Digitized by Google

M
h::21.
~~3B i 17~~
M. k. 21

Digitized by Google

XX. g. 11

Digitized by Google

Digitized by Google

Q. ENNII POETAE

VETVSTISSIMI

QVAE SVPERSVNT

FRAGMENTA

AB

HIERONYMO COLVMNA

CONQVISITA DISPOSITA ET EXPLICATA

AD

IOANNEM FILIVM.



ALESANDRINA

SVPERIORVM PERMISSV.

NEAPOLI,

Ex Typographia Horatij Saluiani.

CIƆ. IƆ. XC.

Vr

Digitized by Google

ELENCHVS FRAGMENTORVM Q. ENNII.

IN PRIMO TOMO CONTINENTVR

RELIQVIAE

Annalium.

IN SECVNDO

Phageticorum,
Epigrammatum,
Scipionis,
Epicharmi,
Aſoti,
Satyrarum,
Protreptici,
Praeceptorum.

IN TERTIO

TRAGOEDIARVM,

Medeae,
Iphigeniae,
Achillis,
Aiacis,
Telamonis,
Hectoris luſtrorum,
Alexandri,
Andromaches,
Hecubae,
Eumenidum,
Duloreſtis,
Erechthei,
Creſphontis,
Athamantis,
Andromedae,
Telephi,
Thyeſtis,
Phoenicis,
Menalippes,
Alcmaeonis,
Creſſarum,
Alceſtidis,
Nemeae,
Ilionae, ſiue Polydori.

COMOEDIARVM,

Amphithraſonis,
Ambraciae,
Pancratiaſtae,
Item incertarum Tragoediarum, & Comoediarum.

IN QVARTO

Euemeri, ſiue Sacrae hiſtoriae, in quo etiam minutiora quaedam habentur fragmenta, quae incertum prorſus fuit, quónam referenda eſſent.

Digitized by Google

HIERONYMVS COLVMNA

IOANNI FILIO. S.

CVM dolori, Ioannes fili, quo grauiſsimè ex immaturo Matris tuæ obitu affligebar, neque modus inueniretur, neq. mihi in tanta calamitate ſe res offerret vlla, quae aliqua ſaltem ex parte eum imminueret; id tādem conſilij capere viſum eſt, vt grauioribus ſtudijs intermiſsis, animum ad manſuetiores Muſas, quibus magnopere ab ineūte aetate fuerā delectatus, reuocarem. Quam inſtituti mei rationem non mediocriter auxit tua paternae propenſionis aemulatio. Videbam enim te incredibili quodam deſiderio flagrantem, veteres Latinae linguae Scriptores perquirēdi, atq. adeò pernoſcendi. Itaq. cùm primùm potui tanquam in portum aliquem contuli me in Bibliothecam, atque, vt vno tempore, & huiuſmodi ſtudiorum oblectatione animum moleſtia, aegritudineq. leuarem, et tibi tua ſponte currenti calcaria adderem,

Digitized by Google

rem, euoluere coepi quicquid olim veterum Poëtarum fragmentorum ex antiquis Grammaticis collegeram; primumq́; fato neſcio quo Ennij patris occurrerũt: quae ſimulatq. tibi in manus tradidi, eaq́; ſummis, vt aiunt, labijs delibaſti, captus germana illa eloquentia, & natiuo Romani ſermonis candore, vehementer ingemuiſti, quòd tam pauca ex tam magni Poëtae monumẽtis reliqua ſupereſſent. Ac illud potiſsimùm me in magnam tui exſpectationem adduxit, quòd qualis quantusq́; ille fuerit, ex paucis reliquijs, tãquam Leonem ex vnguibus, iudicaſti. Quare exiſtimãs gratiſsimum me tibi facturum, conatus ſum quoad eius fieri potuit, ea fragmenta, quae à proprio veluti corpore ſeiuncta, & minutiſsimas in partes diſcerpta in veterum monumentis inueneram, in ordinem digerere, & poëſeos veluti formã cõficere, vt aliquam ipſius Ennij imaginẽ, vel ſaltẽ imaginis vmbram tibi ante oculos conſtituerem. Et quamuis proſpicerem quantum difficultatis, atque laboris huiuſmodi res eſſet habitura, cùm praeſertim multa ab Antiquis incerta, nulla nec Auctoris, nec operis facta mentione referantur, vt paſsim nobis, aut coniectura, aut diuinatione agendum fuerit: tamen tua cauſſa omnia mihi facillima, ac propemodũ explicata viſa ſunt.

Quan-

Digitized by Google

Quantum deniq. operae dederim, vt deprauata emēdarem, carmina in numeros redigerem, verbum carmini, carmen loco, locum libro, librum operi reſtituerem, cōmemoratione nihil opus eſt. Quodſi minus aſſequutus ſum, illud tamen communi omnium conſenſu nobis concedi oportet, labore noſtro eſſe factū, vt tam nobili Auctore, quāuis mutilo Latina Bibliotheca non modò augeretur, ſed etiam illuſtraretur. Vt autem vndique haec Ennij ſcripta ſpeciem illam venerandae vetuſtatis redolerent, ſtudui diligenter ex ueteribus inſcriptionibus veterem ſcribēdi rationem temporum longinquitate exoletam reſtituere. Addidi praeterea commentarios, quibus explicaui ea, quae ſuſpicatus ſum, tibi id aetatis eſſe obſcuriora. Atq. in hac quidem parte veniam mihi dari ab ijs peto, ſi qui erunt, qui nouitatis ſtudio allecti, eos aliquando ſumpſerint in manus, ſicubi longiores fuimus, ſi interdum etiam ad minutiora quaedam, & humiliora deſcendimus. Illius enim rei potiſſimùm à me ratio habita eſt, vt tibi, tuiſq; ſtudijs conſulerem: daremq; operam vt à te omnia quàm minimo labore intelligerentur. Auctores etiam ſaepe cùm Graecos, tum Latinos cum Auctore noſtro contuli, vt non ſemper verba interpretari, ſed quandoq. ſentētias expēdere,

dere, & de re ipſa aliquid ſtatuere videremur. Graeca, quae proferri accidit enarrãdo, feci Latina ferè ſemper, ſed alibi ſententiam tantùm expreßi, alibi verba, alibi pari tractu orationis, alibi paucis multa contraxi, quibus modis exerceri te velim in conuertendo. Nam quicquid hoc eſt, quod in praeſentia, Fili, ad te mitto, praecipuè ea cauſſa mitto, vt habeas in quo te exerceas, ac paternis inhaerens veſtigijs, longè aliquid maius aliquando praeſtes. Etenim ſi mutae maiorum noſtrorum imagines ſolent nos ad illorum imitationem excitare, erit tibi profectò loquẽs imago Patris tui, quam in hoc libro cernes, aliquis veluti ſtimulus, quo incitatus, per ſpatioſißimos gloriae campos currens, ad exoptatam metam peruenire maturiùs poßis. Ennium autem ipſum impenſiùs coles, ſi memoria repetes, hunc illum eſſe, qui Muſas primùm in Italiam deduxit, quo Africanus neq. viuus, neq. mortuus carere potuit, qui deniq. ſi non fuiſſet, Virgilium quidem tantum non haberemus. Accipe igitur à Patre munus, & lege libenter: & ſi quando otium nacti erimus, quo ſcis quàm parum abundamus, maiora à nobis exſpectato. Vale mi Fili, & indoli tuæ faueat Deus, vt mihi, tuiſq; omnibus pro familiae dignitate reſpondeas.

AVG.

Digitized by Google

AVG. DON.

AD

HIERONYMVM COLVMNAM.

COLVMNA nobilis, quae honore regali
Praeſignis, alta candidum caput tollens,
Honos theatri ſtas, decuſq. Romani,
Quid haec vetuſta imago, quam Senis fulcis?
Quem nam virum, aut heroa, quem refert Diuum?
Sed partibus multis mutila ſitu obducta eſt:
At ſic tamen vel maximi eſt, honoremq.
Habet verendae, & gratiam vetuſtatis.
Iam quis ruinoſa eruiſſe de terra
Quiuit? nam oportuit locis, reor, mille
Caliginoſis, abditiſq. & infernis
Sudare, nec, niſi Hercules, pote id quiſquam.
Is poſtea autem membra fracta, diſrupta,
Quàm iunxit aptè! non queo ſatis certè
Mirari, amorq. creſcit vſq. ſpectandi.
Sic ſanè: vtrunq. clarum, vtrunq. mirandum, &
Viſendum opus vel Italis, vel externis,
Vt alterum decenter alteri eſt aptum.
Statuae Columna gratiam recentem addit,
Antiquum honorem huic illa. iam nihil, ne vnquam
Cadant, verendum, ſic ligata prudenter,
Fixaq. imago: ſic Columna firmata.
O Sol, & imbres, ſpirituſq. ventorum,
Geluq. parcant, & furor precor longè
Sit barbarorum, vt vſque ſaluum, & illaeſum,
Tantum theatri, & Vrbis hoc decus duret.

IVLIA-

IVLIANI BARADAE I. C.

SCipiadae magno, pater Enni, plurima debes,
Qui ſecum vt taceas, intulit in tumulum:
Plura tamen magno debes tute ipſe Columnae,
Qui, ſecum vt viuas, extulit è tumulo.

EIVSDEM.

PRaemia quae magno ſoluentur digna Columnae,
Qui potuit laceri iungere membra Senis:
Armiſonumq. animum longinquae reddere vitae,
Quo renouet luctus Africa terra ſuos?
Scipiadae manes cingent huic tempora quercu,
Cùm ciuis ciuem ſeruet ab interitu.
Poſtera diuinos aetas adolebit honores,
Cùm ſuperet medicos hic Epidaure tuos.

EIVSDEM.

PRaeſcia mens Enni prohibet, ne funera facſit
Quis ſibi, neu leſſum funeris ergo habeat:
Scilicet aſpiciens, olim te Magne futurum,
Per quem mox vitae reſtituendus erat.
Ipſe ſibi Vates, at tu illi Phoebus Apollo es,
Talia qui optanti reddita vota facis.

EIVSDEM.

QVae nunquam vatum mediocria dona recepit,
Fert caelo armiſonum celſa Columna Senem.

FRANC. MASSARII SCYLACAEI LL. D.

QVi tulit à domita nomen Carthagine, iuſsit,
Vt quae Romanum conderet vrna ducem,

Ne

Ne indonata forent tanti praeconia Vatis,
Illa eadem Calabri clauderet oſſa Senis.
Sed tu magna legens diſcerpti membra Poëtae,
Illuſtranſq. tua doctè Columna face,
Extinctas longè maiori laude Camoenas
In lucem à nigra nocte redire iubes.

EIVSDEM.

CRedere ſi fas eſt, animas excedere Auernis
Sedibus, atq. alias induere exuuias:
Ennius hic cuncti dicent, Hieronymus hic eſt,
Sicut Maeonides Ennius ante fuit.
Nam qua ſic diuulſa coirent carmina lege,
Ni qui Hieronymus eſt, Ennius ille foret?

IACOBI PIZOLI SICVLI SAVOCENSIS.

Θαῤῥήσας πάλαι χρόνε ῥωμαίων μεγαθύμων
Ἀ᾽ξάκατ᾽ ἔργα φαγεῖν, καὶ κλέος ἀφανίσαι,
Ἀργαλέον πειράσω νήπιε, νηδὺν ἐπλήσω
Οὐχ ὡς κάρτα πόθεις, βρώσιος, ἀλλὰ κόπων.
Ἦλθε γὰρ ἐξαπίνης Ἱερώνυμος ἀστεροπαῖος,
Ὅς σε ταράξειν ὅλως σῷ γένει ἐκδικέων.
Χ᾽ ἅπερ ἔφαγες τλῆμον παρακόψας, πάντα μάλ᾽ ὦκα
Ἤμεσας ὧδε βίῃ, ἄλγεα πλεῖστα φέρων.
Λοιπὸν δὴ χρόν᾽ ἐμοὶ πεισθεὶς, καλῶς διακρίνων,
Ἔσθιε τῶν βροτέων, ἀθανάτων δ᾽ ἀπέχου.

VETERVM DOCTOR. VIROR.
DE ENNIO
AVCTORITATES, ET TESTIMONIA.

Terentius in prologo Andriae.

Qui cùm hunc accuſant, Naeuium, Plautum, Ennium
Accuſant, quos hic noſter auctores habet.

Lucilius Epiſtola.

Item quaevis non magna pars, poëma eſt illa. Poeſis opus totum, totaq. illa ſumma eſt vna θέσις, vt Annales Ennij.

Cicero Acad. quaeſtionem. libro. I.

Quid enim cauſſae eſt, cur poetas Latinos Graecis litteris eruditi legant, Philoſophos non legant? An quia delectat Ennius, Pacuuius, Attius, multi alij qui non verba, ſed vim Graecorum expreſſerunt Poëtarum?

Idem libro I. de Finibus.

Quis enim tam inimicus poenè nomini Romano, qui Ennij Medeā, aut Antiopā Pacuuij ſpernat, aut reijciat? Qui ſe ijſdem Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas litteras oderit?

Idem libro II. De Natura Deorum.

Hoc qui exiſtimant fieri potuiſſe, non intelligo cur idem putet, ſi innumerabiles vnius, & viginti formae litterarum vel aureae, vel quales libet, aliquò conijciantur, poſſe ex his in terram excuſſis Annales Ennij, vt deinceps legi poſſint, effici: quod neſciò an ne in vno quidem verſu poſſit tantum valere fortuna.

Idem libro I. De Oratore.

Sed poſt animaduerti hoc eſſe in hoc vitij, quod ea verba, quae maximè cuiusq. rei propria quaeq. eſſent ornatiſſima atq. optima occupaſſet aut Ennius, ſi ad eius verſus me exercerem, aut Gracchus, ſi eius orationem mihi fortè propoſuiſſem, ità ſi ijſdem verbis vterer, nihil prodeſſe, ſi alijs, etiam obeſſe, cùm minus idoneis vti conſueſcerem.

Idem libro III.

Atque id primùm in Poëtis cerni licet, quibus eſt proxima cognatio cum Oratoribus, quàm ſint inter ſeſe Ennius, Pacuuins Attiuſque diſsimiles: quàm apud Graecos Aeſchylus, Sophocles, Euripides: quam-

quámque omnibus par paenè laus in diſſimili ſcribendi genere tribuatur.

Idem in Oratore.

Sed in omni re difficillimũ eſt formá (qui χαρακτὴρ Graecè dicitur) exponere optimi: quòd alijs aliud videtur optimum. Ennio delector, ait quiſpiam; quòd non diſcedit à communi more verborum. Pacuuio inquit alius, omnes apud hunc ornati elaboratique ſunt verſus: multò apud alterũ negligentius. Fac alium Attio; varia enim ſunt iudicia, vt in Graecis, nec facilis explicatio, quae forma maximè excellat.

Idem De opt. gen. Orat.

Nec Andromacham igitur, aut Antiopam, aut Epigonos Latinos recipiunt, ſed tamen Enniũ, & Pacuuium, & Attium potius, quàm Euripidem, & Sophoclem legant.

Auctor ad Herennium libro IV.

Etenim cùm poſſimus ab Ennio ſumptum, aut à Graeco ponere exẽplum videtur eſſe arrogantiae illa relinquere, & ad ſua deuenire.

Idem paullò poſt.

Ità vt ſi de Tragedijs Ennij velis ſententias eligere, aut de Pacuuĩanis periodos: ſed quia planè rudis id facere nemo poterit, cùm feceris, te litteratiſſimum putes, ineptus ſis, propterea quòd id facilè faciat quiuis mediocriter litteratus.

Horatius Poëtica.

— ego cur acquirere pauca
Si poſſum inuideor? cùm lingua Catonis & Enni
Sermonem patrium ditauerit: & noua rerum
Nomina protulerit?

Idem ibidem.

— & Enni
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut operae celeris nimium, curaq. carentis
Aut ignoratae praemit artis crimine turpi

Ouidius lib. I. Amor. Eleg. XV.

Ennius arte carens, animoſiq. Attius oris
Caſurum nullo tempore nomen habet.

Idem lib. II. Triſt.

Vtque ſuo Martem cecinit grauis Ennius ore
Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Idem ibidem,

Sumpſerit Annales, nihil eſt hirſutius illis,
Facta ſit vnde parens Ilia nempè leget.

Propertius libro III. Eleg. II.

Hic cecinit Curios fratres, & Horatia pila,
Regiaq. Aemilia victa trophaea rate:
Victricesq. moras Fabij, pugnamq. ſiniſtram,
Cannenſem, & verſos ad pia vota Deos:
Annibalemq. lares Romana Sede fugantes,
Anſeris & tutum voce fuiſſe Iouem.

Idem libro IV. Eleg. I.

Ennius hirſuta cingat ſua tempora quercu.

AElianus apud Suidam.

Ἔννιον ἐπαινεῖν ἄξιον.

Quinctilianus libro x. cap. I.

Ennium ſicut ſacros vetuſtate lucos adoremus, in quibus grandia & antiqua robora, iam non tantam habent ſpeciem, quantã religionẽ.

Macrobius libro I. Satur. cap. IV.

Ennius enim, niſi cui videtur inter noſtrae aetatis politiores munditia reſpuendus.

Idem libro VI. cap. III.

Nemo ex hoc viles putet veteres poëtas, quòd verſus eorum ſcabri nobis videntur. Ille enim ſtilus Enniani ſaeculi auribus ſolus placebat: & diu laborauit aetas ſequuta, vt magis huic molliori ſtilo acquieſceretur.

Idem libro eodem cap. IX.

Nam quia ſaeculum noſtrum ab Ennio, & omni bibliotheca vetere deſciuit, multa ignoramus, quae non laterent, ſi veterum lectio nobis eſſet familiaris.

Agellius libro IV. cap. VII.

Valerius Probus Grammaticus inter ſuam aetatem praeſtanti ſcientia fuit. Is Annibâlem, Aſdrubâlem, & Hamilcârem ità pronunciabat, vt penultimam circumflecteret; vt eſt in Epiſtola eius ſcripta ad Marcellum, in qua Plautum, & Ennium, multosq. alios veteres eo modo pronunciaſſe affirmat.

Seneca apud eundem libro XII. cap. II.

Quidam ſunt tam magni ſenſus Q. Ennij, vt licet ſcripti ſint inter hirco-

hircoſos, poſſunt tamen inter vnguentatos placere.

Idem libro VIII. Epiſt.

Non id ago nunc hac diligẽtia, vt oſtendam quantum tempus apud Grammaticum perdiderim: ſed vt ex hoc intelligas, quantum apud Ennium, & Attium verborum ſitus occupauerit: cùm apud hunc quoque, qui quotidie excutitur, aliqua nobis ſubducta ſint.

Idem libro III. De ira.

Non aequis quendam oculis vidiſti, qui de ingenio tuo malè loquutus eſt. Recipis hâc legem? Ergo te Ennius, quo non delectaris, odiſſet: & Hortenſius ſimultates tibi indiceret: & Cicero, ſi derideres carmina eius, inimicus eſſet?

Acron Horatij interpres.

Attius & Ennius legem metri in fabulis minimè ſeruauerunt. Nam quoſdam verſus longiores habent.

Anticlaudianus.

Illic pannaſo plebeſcit carmine noſter
Ennius ——

Nonius in Poëſis, & Poëma.

Poëſis eſt perpetuum argumentum, & rhythmus, vt Ilias Homeri, & Annales Ennij.

Iſidorus libro IX. Etymol. cap. I.

Romana lingua eſt, quae, poſt Reges exactos, à Populo Romano caepta eſt: quam Naeuius, Plautus, Ennius, Virgilius, poëtae; & ex oratoribus Gracchus, Cato, & Cicero, vel caeteri Oratores, & Poëtae effuderunt.

Idem libro I. cap. XXXVIII.

Hexametros autem Latinos primùm feciſſe Ennius tradit, eosque longos vocat.

Idem paullò poſt agens de metro Elegiaco.

Hoc autem vix omnino conſtat, à quo ſit inuentum, niſi quia apud nos Ennius eo prior vſus eſt.

Codrus Vrceus.

Non verſus Enni difficilis placet.

Iulius Caeſar Scaliger de Ennio.

Pande ſinus, age, nec linguae te ſubtrahe noſtrae,
Pande Helicon: purae ſoluite ſacra Deae.
Tantus amor veſtri, tantae probo gloria laudis:

Vix alius veſtras vt mereatur opes.
Magne ſenex, cui torua graui ſonat horrida cantu
Buccina, bellaci cùm crepat haſta manu:
Dic Romae, dic Phoebigenis, te huic condere vitam,
His donare ſacrae ſemina magna tubae.

HISTORIA AB ANNALI IN QVO DIFFERAT.

Cicero libro II. De Oratore.

AGE verò, inquit Antonius, qualis Oratoris, & quanti hominis in dicendo putas eſſe hiſtoriam ſcribere? Si, vt Graeci ſcripſerunt, ſummi, inquit Catulus; ſi, vt noſtri, nihil opus eſt Oratore: ſatis eſt non eſſe mendacem. Atqui ne noſtros contemnas, inquit Antonius, Graeci quoq. ipſi ſic initio ſcriptitarunt, vt noſter Cato, vt Pictor, vt Piſo. Erat enim hiſtoria nihil aliud, niſi Annaliũ confectio: cuius rei memoriaeq́. publicae retinendae cauſſa, ab initio rerum Romanarũ vſque ad P. Mutiũ Pont. Max. res omnes ſingulorum annorum mandabat litteris Pont. Max. efferebatq́ in albũ, & proponebat tabulam domi, poteſtas vt eſſet populo cognoſcendi, hique etiam nunc Annales maximi nominantur. Hanc ſimilitudinẽ ſcribendi multi ſequuti ſunt, qui ſine vllis ornamentis, monimenta ſolum temporum, hominum, locorum, geſtarumq́. rerum reliquerunt. Itaq́. qualis apud Graecos Pherecydes, Hellanicus, Acuſilaus fuit, alijq́. permulti, talis noſter Cato, & Pictor, & Piſo, qui neque tenent quibus rebus ornetur oratio (modò enim huc iſta ſunt importata) & dum intelligatur quid dicant, vnam dicendi laudem putant eſſe breuitatem.

Agellius libro v. cap. XVIII.

Hiſtoriam ab Annalibus quidã differre eo putant, quòd cùm vtrũq. ſit rerum geſtarum narratio, earum tamen propriè rerum ſit hiſtoria, quibus rebus gerendis interfuerit is, qui narret. Eamq́. eſſe opinionem quorundam, Verrius Flaccus refert in libro de ſignificatione verborum quartô. Ac ſe quidam dubitare ſuper ea re dicit. Poſſe autem videri putat, non nihil eſſe rationis in ea opinione, quòd hiſtoria grauem ſignificat rerum cognitionem praeſentium. Sed nos audire ſoliti ſumus, Annales omnino id eſſe, quod hiſtoriae ſint; hiſto-

hiſtorias, non omnino id eſſe, quod Annales ſint. Sicuti quod eſt homo, id neceſſario animal eſſe, quod eſt animal, non id neceſſe eſt hominem eſſe. Ità hiſtorias quidem eſſe aiunt rerum geſtarum, vel expoſitionem, vel demonſtrationem, vel quo alio nomine id dicendum eſt. Annales verò eſſe, cum res geſtae plurium annorum, obſeruato cuiusq. anni ordine, deinceps componuntur. Cùm verò non per annos. Sed per dies ſingulos res geſtae ſcribuntur, ea hiſtoria Graeco vocabulo ἐφημερὶς dicitur. Cuius Latinum interpretamentum ſcriptum eſt in libro Sempronij Aſellionis primo. Ex quo libro plura verba adſcripſimus, vt ſimul ibidem, quid ipſe inter res geſtas, & Annales eſſe dixerit, oſtendemus. Verum inter eos inquit, qui Annales relinquere voluiſſent, & eos qui res geſtas à Romanis perſcribere conati eſſent, omnium rerum hoc interfuit. Annales libri tantummodo, quod factum quoque anno geſtum ſit, id demonſtrabát. Id eorum eſt, quaſi qui diarium ſcribunt, quam Graeci ἐφημερίδα vocant, nobis non modò ſatis eſſe video, quod factum eſſet id pronunciare, ſed etiam quo conſilio, quaq. ratione geſta eſſent, demonſtrare. Paullò poſt idem Aſellio in eodem libro. Nam neq. alacriores ad Remp. defendendam, neq. ſegniores ad rem perperam faciũdam Annales libri commouere quicquam poſſunt. Scribere autem bellum quo initum Conſule, & quo modo cõfectum ſit, & quis triumphans introierit, exque eo libro, quae in bello geſta ſint, iterare, id fabulas non predicare ait. Interea quid Senatus decreuerit, aut quae lex, rogatioúe lata ſit, neque quibus conſilijs ea geſta ſunt iterare, id fabulas pueris eſt narrare, non hiſtorias ſcribere.

Seruius ſupra I. Aeneidos.

Inter Annales, & hiſtoriam hoc intereſt. Hiſtoria eſt eorum temporum, quae vel vidimus, vel videre potuimus, dicta ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν, ideſt videre. Annales verò ſunt eorum annorum, & temporum, quae aetas noſtra non nouit, vnde Liuius ex annalibus, & hiſtoria conſtat. Haec tamen cõfundũtur licenter, vt hoc loco pro hiſtoria inquit annales.

Praecipui Annalium Rom. Scriptores.

Liuius Andronicus primus verſibus Romanorum res geſtas complexus eſt, libris XVIII. deinde Ennius, Attius, Hoſtilius, Furius Antias, Cornelius Seuerus. Soluta verò oratione Fabius Pictor, L. Calpurnius Piſo, Fannius, Aelius Tubero, Libo, Cn. Gellius, Cn. Velleius, M. Cato, Atticus, Licinius Macer, Claudius Quadrigarius, Caelius, Caſſius Hemina, Feneſtella, Poſthumius Albinus, Tanuſius.

Q. ENNII VITA
HIERONYMO COLVMNA AVCTORE.

De opt gen. Orat.

Q. ENNII, quem M. Cicero ſummi Epici Pcëtae, & M. Varro Muſarum diſcipuli praeconio honeſtarunt, vitam ſcripturus, operaepretium exiſtimaui, primùm ea perſequi, quae ad illius patriam, genus, mores, omnemq. vitae progreſſum pertinent; deinde dicendi genera, figuras, caeteraq. pcëtica pigmenta, quibus mirificè ſuas lucubrationes exornauit: ac denique nonnulla attingere, ex quibus quantùm ille in omni ſcientiarum genere praeſtiterit, perſpectum omnibus, ac cognitum eſſe poſſit. Huius igitur patria, vt ab ea ordiamur, quae antiquior parens eſt, Rudiae fuerunt, quas Ptolemaeus Ῥῴδιαν *appellauit, Hermolaus Byzantius* Lib. 6. *in ijs, quae ex Stephano collegit,* Ῥωδάς, *Strabo* Ῥωδαίους; *quã Graecorum vrbem, ac Ennij patriam fuiſſe, tradidit. Hoc idem à Mela* Lib. 3. Lib. 12. *Pomponio comprobatur, & à Silio, qui de Ennio loquens, ait,*

— Rudiae genuēre vetuſtae:
Nunc Rudiae ſolo memorabilę nomen alumno.

Pro Arch. In Monoſyl. *Inde Cicero eum Rudium appellauit, & Rudinum Auſonius,*

Vnde Rudinus ait, diuuôm domus altiſonum cael.

Quin & ipſemet Ennius poſtquàm fuit Romana ciuitate donatus de ſe ipſo cecinit,

Nos ſumu' Romanei, qui fuuimus antè Rudinei.

Fuerunt autem Rudiae Lupijs finitimae, à quibus, vt ab indigenis accepimus, minus duobus M. paſſum aberant. Quod etiam videtur Lib. 6. *innuere Strabo, cùm vtranq. vrbem inter Meſsapiae iſthmi mediterraneas commemoret. Duabus his Ciuitatibus vnus olim populus fuiſſe fertur; quemadmodum de Neapoli, & Palaepoli proditũ eſt. Cuius quidem rei teſtis verus, ac praeſens eſſe poteſt ſubterranea*

quae-

quaedam ſpecus, quae inter Rudiarum veſtigia, & Lupias viſitur: qua in bellorum periculis, vt in ſua Iapygia ſcribit Galateus, altera vrbs alteri mutua praeſtabat auxilia. Quo verò tempore, & à quibus Rudiae dirutae, ac ſolo penitus aequatae fuerint, non ſatis conſtat: ſed fama eſt, eos, qui ex illarum excidio ſeruari potuerunt, ad Lupienſes confugiſſe, à quibus non modò perhumaniter recepti ſunt, verùm etiam quarta ciuitatis parte donati: quam de ſuo nomine, quod hactenus retinet, Rudianã appellarunt. Contrà verò Tarẽtini Ennium ſibi ciuẽ vendicant tũ Euſebij auctoritate, tum etiã re In chron. *quaſi per manus tradita. Non longè enim à Tarento xij. millia paſſuum lateritias moles, aggeres, rudera, buſta fictilibus vaſculis, ac oſsibus plena oſtendunt, vbi quondam Rudias fuiſſe affirmãt, quae hodie quaſi antiquum nomen ſeruantes, Ruſcae appellantur. Nec quidem Euſebium latuit, quamuis Tarentinum Ennium fuiſse dixerit, eum Rudijs eſſe ortum. Nam cùm eodem volumine teſtatum reliquerit, quoſdam aſserere illius oſſa ex Ianiculo Rudias eſſe trãſlata, videtur innuere eum cum gentilibus ſuis in patria ſepeliri voluiſse. Nec abſque ratione Tarentinum fuiſse prodidit: nam illius ciuitatis fama ob bellicam virtutem, ampliſsimaſq. fortunas adeò increbuerat, vt ſua nominis celebritate propinquarum vrbium nomina obſcuraret. Qua etiam ratione Achilles cùm re vera Phthius fuerit, tanquàm celebriori loco ortus Lariſſaeus dictus eſt. Ora autem in qua Rudiae, ſiue hae Tarentinae, ſiue illae Lupijs proximae fuerint, ab initio à Peucetio Oenotri fratre Peucetia appellata fuit: deinde verò communi denominatione Iapygia, Salentina, Meſsapia: vnde Ennius à Suida poëta Meſſapius dictus eſt: cuius parentes qui fuerit, prorſus ignoratur. Seruius tamen in explicatione illius Maronis loci,*

At Meſſapus equũm domitor Neptunia proles, Lib 7.

refert Ennium iactare ſolitum, ſe ex Meſsapo Neptuni filio eſſe oriundum. Quod etiam Silij auctoritate comprobatur, Lib. 12.

Ennius antiqua Meſſapi ab origine Regis.

Hic Meſſapus, qui, vt Poëtae commenti ſunt, inuulnerabilis habitus eſt, ex Euboea in Italiam demigrans, regionem in qua conſederat, de ſuo nomine Meſſapiam appellauit. Haec, vt Nicander ait in

Libro II. τῶν ἑτεροιουμένων, *à Tarento porrigitur vſque ad extremam Italiae oram, vbi Brunduſium poſitum eſt: quae mox vt à Licinio, et* Lib 15 c. 1. *Iſidoro traditum eſt, mutato nomine Calabria nuncupata fuit: vnde* Lib 3 de Arte aman. *ab Ouidio dictum eſt, Ennium in Calabris montibus eſſe ortum. Natus eſt anno ab Vrbe condita decimoquarto ſupra quingenteſimū, Q. Valerio, & C. Mamilio Coſſ. vt in libro I. de Poëtis à M. Varrone traditum eſt, & à Cicerone in Bruto his verbis cōprobatur,* Atque hic Liuius, qui primus fabulā C. Clodio Caeci filio, & M. Tuditano Coſs. docuit, anno ipſo antequàm natus eſt Ennius, pòſt Romam conditam autem ccccc x, vt hic ait, quem nos ſequimur. Eſt enim inter Scriptores de numero annorū controuerſia. Attius autem à Q. Max. quinctùm Conſule captū Tarento ſcripſit Liuium annis xxx, poſtquàm eum fabulam docuiſſe, & Atticus ſcribit, & nos in antiquis commentariis inuenimus: docuiſſe autem fabulam annis pòſt x i, C. Cornelio, Q. Minucio Coſs. ludis Iuuentatis, quos Salinator Senenſi praelio vouerat. In quo tantus error Attij fuit, vt his Coſs. x l. annos natus Ennius fuerit: cui cùm aequalis fuerit Liuius, minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quàm ii, qui multas docuerunt ante hos Coſs. & Plautus, & Naeuius. *Quod paucioribus rurſus repetit in I. Tuſculana,* Annis ferè ccccc x pòſt Romam conditam Liuius fabulam dedit, C. Clodio Caeci F. M. Tuditano Coſs. anno antè natum Ennium, qui fuit maior natu quàm Plautus, In Chron. & Naeuius. *Venit Ennius Romam primùm, vt ab Euſebio proditum eſt, M. Porcio Catone Quaeſtore: quod Aemylius Probus in ipſius Catonis vita his verbis confirmauit.* Praetor Cato prouinciam obtinuit Sardiniam, ex qua Quaeſtor ſuperiore tempore ex Africa decedens, Q. Ennium poëtam adduxerat, quod non minoris aeſtimamus, quàm quemlibet Cap. 35. ampliſſimum Sardinienſem triumphum. *In qua prouincia, vt ab Auctore de viris illuſtrib. accepimus, fuit Cato Graecis literis ab Ennio eruditus: quas, vt ipſemet teſtatur apud M. Tullium in libro, quem illius nomine Catonem inſcripſit, iam ſenex didicit, eaſq. ſic auidè arripuit, quaſi diuturnam ſitum explere cupiens.*

Quare neſcio quonam pacto idem Cato in Oratione quadam, vt in I. Tuſculana refert Cicero, M. Nobiliori vt probrum obyecerit, quòd Coſ. ſecum in Aetoliam Ennium duxiſſet: cùm prior Cato ſecum, vt diximus, eum è Sardinia Romam adduxiſſet. Domum ibi in Auentino monte habuit, vt ſcribit Euſebius, & innuit M. Varro, cùm illum dicit Tutilinae loca incoluiſſe: nam huic numini in Auentino ara dicata erat ad populi Romani tutelam. Cùm igitur Romae diuerſaretur ob ſuauiſſimos mores, animiq. moderationem multos ſibi in Vrbe clariſſimos viros non ſimulata, ac fucata, ſed ſancta, ac ſyncera amicitia deuinxit. Ita enim ſe ex animo amicum fuiſſe, vereq. beneuolum profitetur, In chron. li. 4. de lin. Lat.

Ego eo ingenio natus ſum, amicitiam
Atque inimicitiam in fronte promptam gero.

Praecipuos verò amicos habuit vicinum ſuum Galbam, cum quo & deambulare, & frequenter eſſe conſueuerat: & M. Fuluium Nobiliorem: à cuius filio iam patrio inſtituto ſtudio literarum dedito, vt in Bruto ait Cicero, fuit ciuitate donatus, cùm Triumuir Coloniam deduxiſſet. Sed in Oratione pro Archia videtur tanquàm de Romana repub. benemeritum in ciuium numerum adſciri meruiſſe. Sic enim inquit, In caelum huius proauus Cato tollitur, magnus honos populi Romani rebus adiungitur. Omnes denique illi Maximi, Marcelli, Fuluij, non ſine communi omnium noſtrûm laude decorantur. Ergo illum, qui haec fecerat Rudium hominem maiores noſtri in ciuitatem receperunt. *Et verò M. Fuluius id tandem ex Ennij familiaritate praeconij conſequutus eſt, vt tantum Poëtam ſuarum laudum buccinatorem habuerit. Nam victoriam, quam ille contra Aetolos, & Ambraciotas adeptus erat, inſigni laude Ennius celebrauit. In quo bello ipſum etiam ſtipendia feciſſe, Cicero in Bruto auctor eſt, & in Oratione, quam paullò antè memorauimus: vbi inquit,* Iam verò ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellauit Fuluius, non dubitauit Martis manubias Muſis conſecrare. *Militauit etiam cũ Torquato in Sardinia, vbi primus ſeſe inter hoſtes exhibuit, perinde atq; Orpheus, qui depoſito pectine contra Cizicũ ſtrenuè dimicauit. Hinc Silius de Ennio loquẽs,* Auct. de uir. illuſ. cap. 52

Is prima in pugna, vates vt Thracius olim
Infectam bello quateret cùm Cizicus Argon,
Spicula depoſito Rhodopeïa pectine torſit:
Spectandum ſeſe non parua ſtrage virorum
Fecerat,& dextrae gliſcebat caedibus ardor.

In quo bello centũ militibus praefuiſſe, ex verſibus ſequentibus, qui paullò ſuperius ab eodem Silio referuntur, apparet,

Miſcebat primas acies, Latiaeq. ſuperbum
Vitis adornabat dextra decus —

Centuriones enim eo vitis inſigni auctoritatem praeſeferebant in nefarios milites animaduertendi. Quod à Plutarcho in Galba, & a Macro Iurecõſulto lib. II. de Re militari, alijsq. quamplurimis proditum eſt. Nauauit praeterea cum Scipione maiore egregiam in bello operam, vt Claudianus teſtatur, qui de ſummo illo Duce loquens, ait,

In laud. Silic.

Non ſine Pierijs exercuit artibus arma,
Semper erat vatum maxima cura Duci.
Gaudet enim virtus teſtes ſibi iungere Muſas:
Carmen amat quiſquis carmine digna gerit.

Et poſt. Haerebat doctus lateri caſtriſq. ſolebat
Omnibus in medias Ennius ire tubas.

Lib. 2. de Orat.

Summa quoque ſibi cum Scipione Naſica familiaritas intereſſit, vt ex hoc M. Tullij loco ſatis intelligi poteſt, Naſica cùm ad poëtam Ennium veniſſet, eiq. ab oſtio quaerenti Ennium, ancilla dixiſſet, domi non eſſe; Naſica ſenſit illam domini iuſſu dixiſſe;& illum intus eſſe. Paucis poſt diebus cùm ad Naſicam veniſſet Ennius, & eum à ianua quaereret, exclamat Naſica, ſe domi non eſſe: tum Ennius, Quid? Ego non cognoſco vocem, inquit, tuam? Hic Naſica, Homo es imprudens: ego cùm te quaererem ancillae tuae credidi, te domi non eſſe; tu mihi non credis ipſi? *Fuit quoque Caecilio Statio carus, quo cum diu coniunctiſſimè verſatus eſt. Quanta denique frugalitate ac parſimonia reliquum vitae tempus traduxerit, opeſq. contempſerit, hoc vel vno Euſebij teſtimonio colligi poteſt: qui eum vnius tantùm ancillae miniſterio vſum fuiſſe, tradit. Cum verò ad ſenectam perueniſſet, eam aequiſſimo ferebat animo; hiſq. verſibus fortis, &*

In Chron.

 victo-

victoriis equi ſenectuti ſuam comparanis;

Sicut fortis equus ſpatio qui ſaepè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

Ad cuius ſenectutem cùm etiam ingens paupertatis malum acceſſiſſet, ea animi fortitudine vtriuſque incommoda ſuſtinebat; vt ijs paenè oblectari videretur. Obijt inter ſecundum, ac tertium bellum Punicum, Olympiade CLIII, annos natus LXX, Caepione, & Philippo iterum Coſs. vt in Catone tradit Cicero; vt autem in Bruto, Q. Marcio, Gn. Seruilio. Nec propterea ſibi ipſi inconſtans eſt: cùm eoſdem Liuius, Tabulaeq. Capitolinae Q. Marcium Philippum, Gn. Seruilium Caepionem nominent. Perijt maximo articulorum cruciatu, quo ſaepè ob immoderatum vini potum vehementer affligebatur. Vnde Flaccus, Lib. 1. Epiſt.

Ennius ipſe pater nunquàm niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda —

Quod etiam vitium Calliſthenes Aeſchylo obijecit, quem Tragoedias ſcribere dicebat, poſtquàm vino meraciore incaluiſſet. Idemq. de Alcaeo, & Ariſtophane proditum eſt. Cratinus eodem laborans vitio, negabat quempiam bonum poëtam euadere poſſe; niſi immodicis meri potationibus indulgeret. Quare Niceratus in quodam Epigrammate ſcripſit Vinum poëtis equi magni loco eſſe; nec aquae potu fructuoſum quid perfici poſſe. Serenus de Ennij podagra ait,

Ennius ipſe pater dum pocula ſiccat iniqua
Hoc vitio tales fertur meruiſſe dolores.

Et Ennius de ſeipſo, Nunquàm poetor, niſi podager. *Sepultus eſt via Appia, intra primùm ab Vrbe lapidem in Scipionis ſepulcro; qui eius amicitiam vſqueadeò perofficioſè coluit, vt ſecum vnà condi, eiq. ſtatuam in monumento erigi iuſſerit; ne conglutinata diu cũ illo cõcordia, quem foris ſocium, domi ſuorum geſtorum, ac laudum praeconem habuerat, morte dirẽpta videretur. Cicero pro Archia,* Priſ. lib. 8. Euſeb. in Chron.

Carus fuit Africano ſuperiori noſter Ennius: itaq. in ſepulcro Scipionum putatur is eſſe conſtitutus. *De qua etiam re Liuius,* Romae extra portam Capenam in Scipionum monumento tres ſtatuae ſunt, quarum duae P. & L. Scipionũ dicũtur eſſe: tertia poëtae Q. Ennij. *Valerius Max.* Superior Lib. 38.

Africa-

Vale. Max. de Capitone Glorie cap. 14. lib. 8. Item Livius 38 & Ennius cap. 7. & Euseb. in Chronica ex Agellius lib. 14. c. 5.

Africanus Ennij poëtae effigiem in monumētis Corneliae gentis collocari voluit: quòd ingenio eius opera ſua illuſtrata iudicaret: non quidem ignarus, quamdiu Romanum imperium floreret, & Africa Italiae pedibus eſſet ſubiecta, totiuſq. terrarum orbis ſummum culmen arx Capitolina poſſideret, eorum extingui memoriam non poſſe: ſi tamen litterarum quoque lumen illis acceſſiſſe, magni æſtimans. Vir Homerico, quàm rudi, & impolito praeconio dignior.

Lib. 7. c. 34. Plin. lib. 7. c. 30

Plinius, Prior Africanus Q. Ennij ſtatuam ſepulcro ſuo imponi iuſſit, clarumq. illud nomen, imò verò ſpolium ex tertia orbis parte raptum in cinere ſupremo cum Poëtae titulo legi. *Sed non omnino exploratum eſt, ſuperioris Africani cineres eo tumulo contegi, cum ab alijs quibuſdam proditū ſit, eum Linterni conſenuiſſe, ibiq. vita functum, atque cum vulgata illa inſcriptione ſepultum, INGRATA PATRIA NE OSSA QVIDEM MEA HABES. Ennius verò hoc ſibi ipſi epitaphium condidit,*

Adſpicite ô Ceiueis ſenis Ennij imagini' formam:
Heic voſtrûm panxit maxuma facta patrum.
Nemo me lacrumis decoret, nec funera fletu
Facſit: quur? volito viuo' per ora virûm.

Lib. 35. c. 4.

Reliquit tenuium ſuarum facultatum haeredem Pacuuium poëtam Tragicum ex ſorore nepotem, vel, vt ait Plinius ex filia. Fuit vir omni virtutū genere ornatus, & , vt de eo tradit Cicero, — haud magna in re Sed fidei plenus. *T. Aelius Scillo opinatus eſt praeclariſſimos eos verſus, qui ex VII. Annali deſcripti ſunt ſub perſona cuiuſdam Seruilij Gemini familiaris, Ennium de ſe ipſo praedicaſſe: in quibus Poëtae fidem, modeſtiam, comitatem, rerum cognitionem, & prudentem linguae cohibitionem conſpicere licet. Nūquàm enim niſi in tempore, frugaliter, & liberè loquebatur: ferturq. ab eo*

Cic. 2. de Orat.

dictum, Flammam à ſapiēte facilius ore in ardente opprimi, Quàm bona dicta teneat. *Memoriae quoque proditum eſt, Ennium perfectè abſolutam Graecae linguae, Latinae, & Oſcae cognitionem habuiſſe. Quare ſe tria corda habere, dicere conſueuerat: reſpiciens fortaſſe ad tricorporis Geryonis figmentum, qui à pleriſque Sophiſtam trium linguarum peritia inſignem fuiſſe, perhibetur.*

Oſci

Oſci autem Campaniae populi fuerunt, ab Oſco Rege ità appellati: quorum praecipuae vrbes erant Puteoli, Baiae, Cumae, Neapolis. Hi, & Opici, quaſi Ophici dicti ſunt, ἀπὸ τῶν ὄφεων, *quòd plurimis ea regio ſerpentibus ſcateat: vel, vt Auctori eius libelli placet, qui Manethoni Aegyptij nomine circumfertur, quòd eorum Regis inſigne erat ſerpens: vnde adhuc Itali tetrum quodam ſerpentum genus Oſcorzonem vocant. Horum lingua, vt teſtatur Eudoxus lib. VI.* περιόδου τῆς γῆς, *diuerſis linguis commiſta fuit: qua Romani, cùm ea gens deficeret, in ludicris vti coeperunt. Quod hoc Titinij loco ex fabula, cui Quinctus nomen erat, comprobari poteſt,*

Qui Opſcè, & Volſcè fabulantur, nam Latinè neſciūt.

Ex quo vſus inualuit, vt ὀπικίζειν, *Barbarè loqui ſignificet: & Opici Barbari dicerentur: & inde Oſcum ludicrum: quod, vt ait Tacitus, erat leuiſſimae apud vulgum delectationis.* Lib. 4. *Proprium autem illius idiomatis erat, extremas quarundam dictionum partes abſcindere, vt* capital, facul, difficul, famul, cael, gau: *pro, capitalis, facultas, difficultas, famulus, caelum, gaudium. Qua etiam lingua Pacuuius* vngulum, *pro, anulum dixit, & Alfius lib. I. belli Carthaginienſis* Mamertem, *pro, Martem: licet eam vocem Varro dicat* Li. 4 de lin. Lat. *Sabinam eſſe. Paucae quaedam aliae apud Auctores Oſcorum voces reliquae ſunt: vt* multa *pro poena pecuniaria;* veia, *ſiue* veha, *pro plauſtro, à vehendo;* Meſius, *pro Maio menſe;* caſnar, *pro ſene;* ſollum, *pro toto, & ſolido;* petora *pro, quatuor;* Lucetius, *pro Ioue;* pipit, *pro, quicquid. Conſtat item ex Suetonij libello de illuſtrib. Grammaticis, Liuium, & Ennium ſemigraecos fuiſſe, & vtraque lingua domi, foriſq. docuiſſe: Nihilq. amplius quàm Graecè interpretabantur: ac ſi quid Latinè ipſi compoſuiſſent, praelegebant. Quamobrem praeter quod Graecis vocibus frequenter vſus eſt, vt* rumphea, machaera, termo, lychni, pauſa, malaca, ſophia, *& ſimilibus, Latinas quandoque dictiones Graeco more inflexit. Ionicè enim in genitiuo pro, Metij Fufetij,* Metico Fufetico, *& in datiuo pro, populo Romano,* populoi Romanoi, *antiquiſſimorum Graecorum imitatione dixit: qui,* ι, *quod nunc in datiuis* τῷ, ῳ *puncti ſigno*

ſubſcri-

ſubſcribitur, olim poſt ω ſcribebant, vt in vetuſtiſsimis eorum libris marmoreisq. inſcriptionibus videre eſt: in quibus pro, λαῷ, λαῷι, & huiuſmodi paſsim obuia ſunt. Item in accuſatiuo do, *pro, domum Doricenſium ritu protulit, & in praeterito pro, tuli,* tetuli *ſyllabico augmento propoſito. Saepè etiam in dicendi modis* ἑλληνίζει. *Nam quid aliud verba illa,* bona, dictu; inclitu', ſaltu, ſuccincti corda, *& ſimilia, quàm Graecam redolent eloquutionem? Ad eorum etiam ſimilitudinem infinitum pro nomine poſuit, vt,*

Annal. 8. Aſt occaſus vbi, tempuſue audere repreſſit,

hoc eſt audaciam. Ita Graeci τὸ θαῤῥεῖν *pro,* τὴν θαῤῥίαν *dicunt. Inter-*
Annal. 1. *dum parè Atticiſſat, vt,* Cutantels magna cum cura —— &
Lib. incer. Adgrettus fari, *pro, aggreſſus, σ, in τ, eorum more mutato.* Nec *tantùm in minutis his rebus Graecos ſtudiosè eſt imitatus, ſed conatum omnẽ adhibuit, vt inexauſtis illorum diuitijs Latinae linguae egeſtatem locupletaret. Multa in primis, vt ſummam ſibi ad poëticam facultatem gloriam compararet, ex vberrimo Homeri fonte in ſuos Annales deriuauit: cuius inſiſtens veſtigijs, primus heröici*
Lib. 1. *carminis maieſtatem in Latium intulit. Sic enim de illo ait Lucretius* —— qui primus amoeno

Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.

Lib. 12 *Confirmat idipſum Silius,*

Hic canet illuſtri primus bella Itala verſu
Attoletq. duces caelo ——

Sed quoniam Homerus ex omni Graecorum dialecto characteres delibauit, ſuisq. poëmatis interſeruit, Ennius, ne tranſuerſum, vt aiunt, ab eo vnguem diſcederet, multas exteras dictiones Romanis immiſcuit. Idq. ab vtroque factum puto, vt peregrinis huiuſmodi verbis eandem ſcriptis dignitatem, ac venuſtatem tribuerent, quã nouae res è remotis regionibus aduectae, aptè, concinneq. collocatae praeſeferre conſueuerunt. Ennius igitur Gallica lingua ambactus *dixit; Sabina,* cata, *&* calcus, *Etruſca,* falae, *&* ſubulo; *Praeneſtina,* tongo: *quae regio quamuis Romanis proxima eſſet, verbis tamen plurimum differebat. Vnde Plautus in Truculento,*

Vt Praeneſtinis conia eſt ciconia.

Maro denique tantorum Poëtarum exemplo non abhorruit diuina

ſua

ſua carmina alienigenis aliquot vocibus conſpergere. Sabina enim
lingua cupentus *dixit; Perſica,*gaza; *Macedonica,* phalanx; *Gal-*
*lica,*vri, geſa; *Punica*, magalia. *Primus Ennius antiquam Roma-*
norum conſuetudinem, quae nullam geminabat litteram, aboleuit.
Eos enim non dubium eſt, ſolum, *pro, ſollum;* torum, *pro, torrum,*
hoc eſt torridum, polet, *pro, pollet; & ſimilia olim enunciaſſe. Hic*
igitur vtpote Graecus, vt ait Feſtus, Graeco more vſus eſt; qui In Solitaur.
aequè ſcribentes, ac legentes mutas, liquidas, & ſemiuocales
duplicabant. Confirmat Victorinus in libello de Orthographia Anti-
quos Romanos litteras non geminaſſe; ſed ſupra litteram, quam ge-
minari oportebat, ſicilicum tanquàm geminandi ſignum imponere,
conſueuiſſe. Praeterea Ennius, licet, vt ait Cicero vetera contem- In Orat.
pſerit, plerunque tamen antiquis admodùm vocibus vſus eſt, quas
demum penitus exploſit poſteritas, vt ſperes, *pro, ſpes;* mis, *pro,*
mei; ſam, *pro, ipſam;* ſum, *pro, eum;* ſos, *pro, ſuos;* horitor, *pro, hor-*
tator; debilo, *pro, debilis;* veter, *pro, vetus;* crebriſurus, *pro, val-*
lum; endo, *pro, in;* ques, *pro, quis;* lapi, *pro lapide;* anuis, *pro, anus,*
viãs, *pro, viae;* cette, *pro, date, & alijs huiuſmodi. Quare Papinius* Lib. 2. S.
rudẽ Ennij Muſam appellauit; & pleriq; Ennianam elocutionẽ tan
quàm incomptã, & horridã reſpuerunt. Contrà verò Adrianus Cae
ſar adeò vetuſtũ huiuſmodi dicendi genus amauit, vt, quẽadmodũ,
à Spartiano proditum eſt, Ennium Virgilio, & Caecilium Ciceroni,
& Salluſtio praetulerit. Et quamuis non eam inficias durum inter-
dum, vt illa ferebat aetas, Ennium aliquantulum eſſe: nihilominus
veluti in orientali litore praecioſi lapides, pura Latina verba ex ve
ro antiquo Latio emicant in eo, quae feliciora illa ſaecula redolent,
cùm nulla adhuc peregrinitas Vrbem inuaſerat. At ſi aliqua minus
fortaſſe ijs placebunt, quibus vetuſtatis ſapor palatum exſurdaue-
rit, erunt ſaltem antiquitatis canitie veneranda. Itaque Virgilius
caſtiſſimus, ac religioſiſſimus Latinitatis auctor non modò ab eo ſae-
pè & ſaepius verba, & periodos, ſed integros etiam verſus mutua-
ri, non eſt dedignatus. Apud quem cùm in tanta exiſtimatione En-
nium fuiſſe conijci poſſit, minimè verum eſſe arbitror, quod à Gram
matico illo, qui ex varijs Scriptoribus Virgilij vitam coaceruauit,
proditũ eſt: eum ſcilicet Ennianae lectioni vacãtem, amico, quid age

ret interroganti, reſpondiſſe, ſe aurum ex Ennij ſordibus colligere.
Pro Myr. *Fuit praeterea nō ſolùm Ciceronis teſtimonio Auctor valde bonus,*
Lib. 2. Triſ. *ſed adeò acri ingenio praeditus, vt eum quoque ingenioſum Poëtam appellauerit. Vnde Ouidius,* Ennius ingenio maximus —
Li. I. Amor. *Qua in re quantùm veritatem collimauit, tantum in eo, quod ſequitur,* arte rudis, *& alio loco,* arte carens, *ab illa deſciuit. Nec mirum quidem ſi Ouidius poëſeos artem, in qua ipſe non multum excelluit, in Ennio non deprehendit, cùm tantummodo naturali quadam dicendi facilitate, ac fertilitate valuerit. Quantam verò Homerica aemulatione Poëta noſter in poëtica facultate praeſtantiam fuerit conſequutus, ex his, quae dicemus perſpicuum fore exiſtimo. Sin autem non eadem trutina omnem artem, venuſtatem, varietatem, quas ex ingēti Homerica meſſe Plutarchus, ſiue alius quiſquis fuerit in libello de illius vita coniecit, cum his, quae ex his fragmentis colligemus, penſari poſſunt; veniam mihi iure concedi expoſco. Facilè enim potuit vir ille ſummo ingenio, grauiq. iudicio ex integris XLVIII. Homeri voluminibus, tā varia, multiplicíq. eruditione refertis, vt inde multorū Philoſophorū dogmata effluxerint, colligere, atque aſſeuerare Homerū non ſolùm Aſtrologiā, Philoſophiā, Medicinā, rerumq. omniū ſcientias, ac artes calluiſſe: verùm etiam omnē in eo dicendi copiā, vbertatē, leporem, & dignitatē magnopere efflorescere. Mihi verò, qui adeò ei impar ſum viribus, arduū ſanè, ac perdifficile erit, ex tā laceris, conciſiſq. ſegmentis, quae cum Homerica Iliade, & Vlyſſea tanquā Formicae cū Elephantis ſunt comparanda, hoc ipſum vel mediocriter conſequi poſſe. Ac primùm, vt à dicendi generibus, quae Graeci χαρακτῆρας vocant, initium ſumam, ea tria eſſe ab ijs, qui Rhetorices artem profitentur, traditum eſt. Quorum primum graue dicitur, quòd ſelectarum dictionum, & excellentiū ſententiarū habeat apparatū. Alterū huic ex aduerſo reſpondet, tenue, humi ſerpens, & rerū materia, & dictionibus nihil à cōmuni vſu remotis. Poſtremū ex his compoſitū, nec nimia laſciuit vbertate, nec immodica gracilitate lāgueſcit: quorū paſſim apud Homerū, Virgiliū, & alios occurrent exēpla. Faciam igitur periculum, num aliqua ſingulorū generū veſtigia in tam paucis reliquiis dignoſci poſſint. Primi itaque generis exemplum habetur in IX Annali,*

Qui

Qui tum viuebant homines, atque aeuū agitabant,
Flos delibatus popoli, Suadaeq. medulla.

Et in VIII, Tolltur è medio ſapientia, vei geritur res.
Spernitur orator bonus horridu' miles amatur;
Haud docteis dicteis certanteis, ſed maledicteis,
Miſcent inter ſeſe inimicitias agitanteis.
Non ex ioure manuconſertum, ſed magi' ferro
Rem repetunt, regnumq. petunt: vadunt ſolida vei.

Et in III, Proletariu' poplicitus ſcutiſq. feroq.
Ornatur ferro, moeros, vrbemq. forumq.
Excubijs curat ——

Humilis, atque exilis generis ſpecimem ex V Annali peti poteſt,
Orator ſine pace redit, Regiq. refert rem.

Et ex III, Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit.

Medij verò, quod altius ſe aliquantum erigit, tale eſt in I,
—— ſcripſere alij rem
Verſibu', quos olim Faunei, Vateſq. canebant:
Quòm neque Muſarum ſcopulos quiſquā ſuperārat
Nec dicti ſtudioſus erat ——

Nec ab his aliud orationis genus, quod nos floridum, Graeci ἀνθηρὸν vocant, praetermiſit. Quod enim vnquam pratum & florum varietate, & pulcritudine conſperſum cum ornatiſsimis hi verſibus conferri poteſt? in quibus nomina adeò ſunt verbis coagmentata, vt copia cum grauitate, & venuſtas cum proprietate certare videantur, Annal. 7

Incedunt, arbuſta peralta ſecuribu' caedunt:
Percellunt magnas quercus excinditur ilex:
Fraxinu' frangitur, atque abies conſternitur alta.
Pinus proceras peruertunt: omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſiluaï frunduſai.

Nec tantùm optimis, ſonantibuſq. verbis Ennius ſuis ſcriptis attulit dignitatem, verùm etiam eleganti litterarum delectu: quas, vt rei materia poſtulabat ſummo artificio inculcauit. Sunt enim litterae, vt Halicarnaſſaeus in libello περὶ τῆς συνθέσεως tradit, ſaepè ad imitandum aptiſsimae; quorum ipſa rerum natura

magiſtra eſt: quae nos tum ad effingendas animantium voces, tum ad aliarum rerum ſonos imitandos idoneos efficit. Quibus enim litteris aptiùs decidentis arboris fragor exprimi potuit, quàm fra, fra
Annal. 6. *ſyllabis inter ſibilantes, & aſperas litteras repetitis?* Fraxinus frangitur — *Quapropter aeſtimandum eſt non caſu, ſed ratione aliquando* καππακισμῷ, *vſum eſſe,*

Annal. 1. Curanteis magna cum cura concupienteis.

Aliquando σιγματισμῷ,

Trag. incer. Salmacida ſpolia ſine ſudore, & ſanguine.

In Alex. *Intereà* ἀλφαβισμῷ — animus atque aures auent Auide —

Trag. incer. *Quandoque* πιτακισμῷ, Pes pede premitur —

Lib. incer. *Et,* Brunduſium polcro praecinctum praepete portu.

Aliquoties δελτακισμῷ,

In Phoen. Quam tibei ex ore orationem duriter dicteis dedit.

In Thyeſte. *Item,* Et me Apollo delectat, ductat Delphicus.

Nonnunquam ἰωτακισμῷ,

Trag. incer. Eos deduci quàm reliqui, euehi, quàm deſeri malui.

Trag. incer. *Interdum* ταυτακισμῷ, Vt tibei Titanis Triuia —

Subinde verò aut, n, *literam inculcauit,*

Trag. incer. Illic eſt nugator nihili, non nauci homo,

Lib. 2. Satyr. *aut,* o, Reſtitant, occurſant, obſtant, obſtrigillãt, obganniũt,

Trag. incer. *aut,* q, Quanquàm quiſquam cuique, quod cõuenit, negat,

In Phoen. *ſiue,* f, Suauiter ſuſpitionem ferre falſam, futilium eſt,

Ibid. *ſiue,* u, Sed virum vera virtute viuere animatum adiecit.

Texuit etiam ſaepè verſus concinna numerorum ſtructura, & rebus, de quibus loquitur maximè congruẽtibus: ſedatis ſcilicet, ut Regiam grauitatem oſtenderet,

Annal. 1. Ollei reſpondet Rex Albaï longaï,

velocibus, vt celerrimum Solis curſum, & nauis velocitatem explicaret,

Lib. incer. Intereà fugit albu' iubar Hyperioni' curſum,

Lib. incer. *&,* Labitur uncta carina per aequora cana celocis.

Sed verſus ille, & pedum celeritate, & litterarum aſperitate nulli eſt
Lib. incer. *ſecũdus,* Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

Contrà verò quàm temperato pedum inceſſu, quàm lenibus, ac fluen-

tibus

tibus litteris fluuium placidè labentem deſcribit?

Quod per amoenam Vrbem leni fluit agmine flumen. Annal. 5.

Praeterea peritorum Muſicorum exemplo, qui ne audientes faſtidio afficiant, ſonos mutant, heroicos verſus non ſemper à ſpondeo, vel dactylo inchoauit, ſed ab alijs pedibus, quos tanquàm nothos hexameter recipit, vt Cluebat, Auium, Dies, Veluti, Capitibus. *Aliquando verſibus ſyllabam in fine addidit, vt logiori numero aliquid maius oſtenderet: ſicut in illo hominis proceritatem deſignauit,*

— magna oſſa lacerteiq. Apparent homini — *Interdum in trithemimeri breuem ſyllabam produxit,* Lib incer.

Ad genua ſe proſternunt ſtatim lacrumanteis, Lib incer.

Et, Imbricitor Aquiloq. ſuo cum flamine contrà. Annal. 17.

Quandoque in penthemimeri,

Si quid me fuerit humanitus vt teneatis. Annal 2.

Et Menſas conſtituit, Idemque Ancilia primus. Annal. 1.

Aliquando hepthemimeri,

Interea fugit albu' iubar Hyperioni' curſum: Lib incert

Et, Inijcit, irritatu' tenet, occaſu' iuuat res. Annal. 5.

Nunc verò videndum eſt, quibus Schematibus, quibuſue Tropis, tum ad variandam, tum ad exornandam orationem vſus ſit. Appoſuit quandoque per πρόσθεσιν *in dictionis initio litterā, vel ſyllabā, vt*

Gnateis parce tuis — *pro,* nateis: & Lib. incer.

Quòm ſaxum ſciſcinderit, *pro,* ſcinderit. In Menalip.

Contrà verò aliquoties è dictionibus litteram, vel ſyllabam tribus locis ſuſtulit, aut à prima dictionis ſede per ἀφαίρεσιν,

Ferro, non auro vitam cernamus vtrique, Annal. 5.

pro, decernamus: *aut per* συγκοπὴν *è media*

O Tite, ſi quid ego adiuro, curamue leuaſſo, Lib. incer.

pro, adiuuero: *& vt, alibi,* aſpra, genit, repoſtus, porgite, euenat, & liberūm quaeſendū, *pro,* aſpera, genuit, repoſitus, porrigite, eueniat, & liberorum quaeſendorum: *aut ab vltima per* ἀποκοπὴν, — endo ſuam do, *pro,* domum. *Aliquando contrario ſchemate, quod* παραγωγὴ *Graecè dicitur, ad dictionis finem aut litteram addidit,* Lib incer.

face

Annal. 1. — face verò Quòd te cum precibus pater orat —
pro, fac, *aut ſyllabam,*

In Telepho. Et ciuitatem uideo Argiuôm incendier.

Item quandoque alio ſchemate, quod ſyncopae è diametro aduerſatur, & à Grammaticis ἐπένθεσις *dicitur, inter primam, & ultimam dictionis ſyllabam, aut litteram interpoſuit, ut,*

Lib. Incer. Buteo, ſanqualis, immuſculus, aqquila, vultur,
pro, aquila: *aut ſyllabam,*

Annal. 1. Omnis cura, vireis, vter eſſet Endoperator,
Ibid. *pro,* Imperator. *&,* Nerienem Mauortis — *pro* Martis. *Diuiſit ſaepè per* διαίρεσιν *unam in duas ſyllabas,*

Ibid. Lunaï portum eſt operae congnoſcere Ceiueis.
Et alibi, terraï frugiferaï; ſiluaï frunvuſaï; Rex Albaï longaï; Suauis ſonus Egeriaï. *Verùm non ſemper haec figura dictionis eſt, ſed ſermonis aliquando cum rei diſtributione,*

Annal. 7. Alter nare cupit, alter pugnare paratu' eſt.
Lib. Incer. *Et,* Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis.

Mutauit quandoque per ἀντίθεσιν, *ſiue per* ἀντίστοιχον *litteram pro littera, ut,* ollei, *pro,* illei; Menerua, *pro,* Minerua. *Interdum per* ἔκτασιν, *ſiue* διαστολὴν *ſyllabam natura breuem produxit,*

Ann. Incer. — viroſq. valenteis Contūdit crudelis hiemps —
Contrà verò per συστολὴν *longam corripuit. Saepè etiam duabus vocalibus concurrentibus per* συναλοιφὴν *priorem quaſi deleuit, ut in Hecuba, ubi crebra huiuſmodi vocalium concurſione vaſtam, ac hiantem reddidit orationem,*

Adſum, atq. aduenio Acherūte, vix via alta, atq. ardua.
Et, Vnde animae excitātur, obſcura vmbra aperto oſtio.

Eliſit aliquando per ἔκθλιψιν m, *litteram cum ſua vocali ante vocalem,*
Annal. 5. Quod per amoenam vrbem leni fluit agmine flumen.
Annal 16. *Et,* Nauorum imperium eſt ſeruare inſuperantum.
Ibid. *Item,* Aeſtatem autumnus ſequitur —
Quandoque verò non eliſit,

Annal. 5. Dum quidem vnus homo Romae totei ſupereſcit.
Annal 10. *Item,* Inſignita ferè tum millia militum octo.
Lib incer. *Et,* Quòm illud, quo iam ſemel eſt imbuta veneno.

Alicubi

Alicubi per ζεῦγμα diuerſas clauſulas uno verbo concluſit.

Menſas conſtituit, Idemq. ancilia primus

Libaq. Fictores, Argeos, & Tutulatos.

Alicubi per ὑποζεύξιν, quae ſuperiori contraria eſt, ſingulis clauſulis ſingula verba coagmentauit, vt in Erectheo.

Arma rigent, horreſcunt tela —

Item — arbuſta peralta ſecuribu' caedunt, Annal. 6.

Percellunt magnas quercus, excinditur ilex,

Fraxinu' frangitur, atque abies conſternitur alta;

Pinus proceras peruertunt —

Subiunxit identidem per ἐπιζεύξιν idem verbum abſque aliqua interſtitione, maioris vehementiae gratia, vt in Alcmacone,

Incede, incede, adſunt, adſunt, me me expetunt.

Illuſtrauit etiam orationem per aliquot carminum initia eiuſdem vocis repetitione: quae figura ἐπαναφορὰ dicitur.

Te nunc ſancta precor venus, & genetrix patri' noſtrei Annal. 1.

Vt me de caelo viſas cognata parumper.

Teq. Quirine pater veneror, Oramq. Quirini,

Teq. pater Tiberine tuo cum flumine ſancto.

Coniunxit praetereà non raro antecedenti nomine nomen, aut verbum ex eodem figuratum per παρονομασίαν, vt in Phoenice,

Stult' eſt, qui cupida cupiens, cupidenter cupit.

Et in Satyris,

Nam qui lepidè poſtulat alterum fruſtrari

Quem fruſtratur, fruſtra eum dicit, fruſtra eſſe.

Nam qui ſeſe fruſtrari, quem fruſtras ſentit:

Qui fruſtratur, is fruſtra eſt, ſi non ille eſt fruſtra.

Item per προσονομασίαν, quae non paruam cum ſuperiori figura habet cognationem, ait,

In volgum uolgas, artemq. expromis inertem. Lib. incer.

Et, Iſq. Helleſponto pontem contendit in alto. Lib. incer.

Praetereà in Andromache, Arce, & vrbe orba ſum: *in Phoenice*, — aduerſus aduerſarios: *& in Hectoris luſtreis.* — atq; haſta hoſtiuit è manu. *Ornauit etiam ſingula interdum nomina ſingulis adiunctis per figuram, quae χάρις τῶν ὀνομάτων dicitur.*

Marſa manus, Peligna cohors, feſtina uirũm vis.

Collocauit nonnunquàm multas voces ab eodem elemento incipientes per παρόμοιον: quod & ἀπρέπεια dicitur, quaſi indecens, & abſurda verborum ſtructura,

Lib incer. O Tite tute Tati, tibi tanta tyranne tuliſti,

Quandoque eodem elemento per ὁμοιοτέλευτον dictiones, vel ſententias terminauit,

Trag incer. Eos deducti, euehi, quàm deſeri malui.

Annal. 8. *Et,* Haud docteis dicteis certanteis, ſed maledicteis.

Eiuſdem generis eſt ὁμοιόπτωτον, quod, vt apud Aquilam Alexãder Numenius ait, ità appellatum eſt, quia membra in eoſdem caſus cadunt, vt,

Lib. incer. Moerenteis, flenteis, lacrumanteis, ac miſerenteis.

Subinde locos eiuſdem nominis caſibus varietate diſtinctis exornauit: quod ſchema πολύπτωτον appellatur,

Trag incer. Pes pede premitur, armis teruntur arma.

In Hect. Lustr. *Et,* Caſtreiſq. caſtra, ultrò iam ferè occupat.

Interdum per ἀσύνδετον ſententiam protulit ſublatis coniunctionum vinculis. Ex ſolis nominibus,

Lib. incer. Marſa manus, Peligna cohors, feſtina uirũm uis.

Ex ſolis verbis,

Lib. 2. Satyr. Reſtitant, occurſant, obſtant, obſtrigillãt, obganniũt.

Eadem figura celeritatem aliquando incitat, & energiam,

Age, adſta, mane, audi, itera —

Huic πολυσύνδετον, quod coniunctionibus abundet, aduerſatur,

Lib incer. — diuũmq. hominumq. pater Rex.

Lib incer. — patrem diuũmq. hominumq.

Annal. 7. 15. 3. Ibid. *Item,* — clamq. palamq. — ferroq. lapiq. — ſcuteiſq. ferroq. — urbẽq. torũq. *Intereà, vt varietate audientiũ animos oblectaret, inter praeſtãtiora ſchemata haud ſecus vitioſa quaedã inſeruit, quàm in epularibus accubationibus prudens Modiperator, ut conuiuarum palatum excitet, dulcibus, lautiſq. dapibus acorem, & omphacium miſcet. Cuiuſmodi eſt ἀμφιβολογία: qua non ſine ſumma arte vſus eſt, cùm Apollinem Pyrrho reſpondentem facit,*

Annal 5. Aio te Aecida Romanos vincere poſſe.

Vtri

Vtri enim Oraculum promittat victoriã, ex ſtructurae vitio incertum eſt. Onerauit quandoque per πλεονασμὸν *ſuperuacuis verbis orationem,*

Vento, quem perhibent Graium genus aëra, lingua. Annal. 3.

Item, blanda voce vocabat; quianam; indelocei; Tiberis flumen; Africa terra; antehac. *Interdum per* ταπείνωσιν *non explicauit eam, quam denotabat rei magnitudinem,*

Et detotondit agros laetos, atque oppida caepit. Annal. 8.

Et, Ad caelum clamor voluendu' per aethera vagit. Ibid.

Vſus eſt etiam παλιλογίᾳ, Curanteis magna cum cura. Annal. 1.

Et, — quae nunc nominatur nomine Argo. In Med.

Quin & ἔκλειψιν *adhibuit in illo verſu,* Annal. 5.

Nomine Purrhus, vti memorant, à ſtirpe ſupremo.

Qui enim id memorent, in legitima ſenſus conſtructione deficit. Vſurpauit quandoque per ἀκυρολογίαν *improprias dictiones, vt traſnare pro, volare,*

Tranſnauit cita per teneras caliginis auras. Annal. 1.

Nec κακόφατον *intactum reliquit,* — nulla eſt in me metus, Trag. incer. priuſquàm ſam, &, in inferanoctis. *Praetereà tota illius carminis ſtructura incondita eſt, inſuauiterq. ſonat,* Annal. 7. & 1.

O Tite tute Tati tibi tanta tyranne tuliſti.

Nonnunquam per ὑπερβατον *ſiue* ἀναστροφὴν *praepoſitionum ordinem peruertit,*

Quî cum multa volup, ac gaudia clamq́. palamq́. Annal. 7.

Et, Annuit ſeſe mecum decernere ferro. Annal. 2.

Item in Phagetica, Cumas apud: *& alibi,*

Olim cernebant magneis de rebus agendis. Annal. 12.

Variauit perſaepè orationem per ἐναλλαγὴν *generis nominum,*

Ni metus vlla tenet, ritè in virtute quieſcant. Lib. incer.

Et, Viuam, an moriar, nulla eſt in me metus. Trag incer.

Item, à ſtirpe ſupremo, lupu' foeta, lupu' femina, caemẽtae cadunt. *Aliquando per Enallagen generis pronominum, vt in altera Medea,*

Quis es tu mulier, quae me inſueto nũcupaſti nomine?

Per genera verborum, vt aucupo, ſortio, depopulo, eloquo,

B luctor,

lucto, inſequo, praelio, cuncto, cono, regredio, partio, moro. *Per tempora,*

Annal. 1. Exſpectant velutei Conſol, quòm mittere ſignū Volt — *pro, expectabant; &,*

Ibid. Ilia dia nepos quas erumnas tetuliſti?

Vbi praeteritum pro futuro poſitū eſt. Per mutationē coniugationis,

Annal. 8. Certare abnueo, metuo legionibu' labem,

pro, abnuo: *& alibi* ſonit, *pro,* ſonat. *Per numeros,*

Annal. 3. Vento, quem perhibent Graium genus aëra lingua.

Lib. Incer. *Et,* — pars Ludicrè iactant ſaxa inter ſe licitanteis.

Annal. 15. *Item,* Caeruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum,

pro. confertis ratibus. *Per partiū mutationē, ſcilicet infinitū pro*

Annal. 8. *nomine,* Aſt occaſus vbei, tempusúe audere repreſſit,

hoc eſt audaciam. *Item nomen poſuit pro aduerbio,*

Lib. Incer. Quanquàm multa manus ad caeli caerula templa,

pro, multū. *Nomen pro gerundio,* belliq. peritus, *pro,* bellandi.

Annal. 1. *Verbum pro participio, — fari donauit diuinum pectus habere, pro, ad habendum. Poſitiuum pro ſuperlatiuo,*

Ibid. Atque Anchiſes doctu', Venus quem polcra Dearum.

Lib. Incer. *Et,* Optuma caelicolum Saturnia magna Dearum.

Superlatiuum pro poſitiuo,

Annal. Incer. Exin per terras poſtquàm celerissimu' rumor.

Per praepoſitionis mutationem,

Annal. 12 Ob Romam noctu legiones ducere caepit,

In Telam. *pro,* Ad Romā, *&,* — quoius ob os Graij ora obuertebāt ſua.

Et in compoſitione,

Annal. 14. Omnes occiſei, obcenſeiq. nocte ſerena.

Et haec de figuris dictionum dicta ſufficiant. Nunc de conuerſionibus, quas Graeci τρόπους *vocant, dicemus: & primùm de Translatione; qua ſaepè Ennius tam prudenter vſus eſt: vt ea non in alienum locum irrepſiſſe, ſed in proprium immigraſſe videatur. Haec igitur figura, quae Graecè* μεταφορά *dicitur, vel ab ijs, quae corporis ſunt, verba ſumit, & ad animum transfert, vt,*

Annal. 4. Quò vobis menteis rectae, quae ſtare ſolebant
Ante hâc dementi ſeſe flexêre ruina?

Et,

Et, — quianam dicteis noſtreis ſententia flexa eſt? annal. 7.
Vel à brutis ad homines, vt in Aſoto,
Tibicina magno clamore mugit.
Et, — clamore bouanteis. annal. 14.
Item, — animusq. in pectore latrat. Annal. 10.
Et in Alex. Habet is coronam vitulans victoria.
Vel à ſenſu praeditis ad ſenſus expertia,
Capitibu' nutanteis pinos, rectosq. cupreſſos. Lib. incer.
Et, Raſtros dente fabres — Annal. 8.
Item de naui, — volat ſuper impetus vndas. Annal. 14.
Contrà verò à ſenſu expertibus ad ea, quae ſenſu praedita ſunt,
Flos delibatus populi, Suadaéq. medulla. Annal. 9.
Et, — à ſtirpe ſupremo. *Vel à ſenſu carentibus ad ſimilia,* Annal. 5.
— fit terreus imber, annal. 8.
— purpureis gemmauit pampinus vuis. Lib. incer.
Verrunt extemplò placidè mare marmore flauo. Annal. 14.
Aliquando vno verſu duas translationes cõplexus eſt, — haſteis
Horret ager, campeiq. armeis ſublimibus ardent. Annal. 1.
Et, Nunc hoſteis vino domitei, ſomnoq. ſepultei. annal. 8.
Item in Erecbtheo,
Arma rigent, horreſcunt tela —
Expreſsit in Hecuba per μετάληψιν *immenſam ſpecus magnitudinem, cùm ait,*
— vbei rigida conſtat, & craſſa caligo inferûm.
Nam ex craſsitudine gradatim conſideratur opacitas, ex opacitate nigredo, ex nigredine tenebrae, è tenebris profundus ſpeluncae hiatus. Eadem figura in VIII. Annalis idem paenè oſtendit,
Tum caua ſub montem latè ſpecu' intu' patebat.
Et in XI, Altè delata petreisq. ingentibu' tecta.
Poſuit interdum per μετωνυμίαν *Vulcanum pro igne,*
Cum magno ſtrepitu Volcanum ventu' vegebat. Lib. incer.
Martem pro bello,
Quòm veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Lib. incer.
Cumulanit etiam id, quod continet, pro eo, quod continetur,
Africa terribili tremit horrida terra tumultu, *pro Afris,* Lib. incer.

In Scip. *Item,* Deſine Roma tuos hoſteis — *Pro Romanis,*
Lib. incer. *Et,* — vertunt crateres ahenos, *pro vino. Praetereà effectum pro efficiente, vt in Annalibus,* diſcordia tetra, *in Satyris,* caepe moeſtum, triſte ſinapi, *& in Thyeſte,* tarda ſenectus. *Ad haec orationis ornamenta non paruam per* ἀντονομασίαν *varietatem, ac dignitatem addidit. Aut enim adiectiuum pro ſubſtantiuo poſuit, vt, pro Pyrrho,* Aeacida; *pro Iunone,* Saturnia; *pro Annibale,* Poenus; *aut ex his, quae alicui propria, ac praecipua ſunt, certam, ac definitam perſonam denotauit, vt* Omnipotens, *&,*
In Hect. Lustr.
Lib. incer. — diuûm pater, atque hominum Rex, *pro Ioue: aut ex rebus geſtis, vt de Fabio Max.*

Annal. 12. Vnus homo nobeis cunctando reſtituit rem.

Mira etiam Epithetorum copia Enniana effloreſcit oratio: quibus nunquàm impropriè, ſed locis ſemper congruè decẽtibus, & accommodatis vſus eſt, vt res magis & perſpicuitate affluerent, & venuſtate. Eaq. aut ab animo accepit, vt, bonus Ancus, bona femina, Orator bonus, Nauus homo, *&*

Annal. incer. Egregiè cordatus homo catus Aeliu' Sextus:

aut à corpore, vt, horridu' miles, altus Cyclops, polcer Romulus, crinitus Apollo, veter Priamus: *aut ab accidentibus, vt,* tarda ſenectus, cana aequora, marmor flauum, mortiferum bellum: *aut ab extrinſeco, vt,* famul infumus: *aut à loco, vt,* Romana iuuentus, Marte Pelaſgo, Graius homo Rex, Marſus augur, Iliacus coniector: *aut à proprietate, vt,* mare ſalſum, caeruleum ſale, aequora ſalſa, Auſter imbricitor, aſpra oſtrea: *aut à Tranſlatione,* lapideum cor, ferreus imber. *Pari quoq. venuſtate per* συνεκδοχὴν *ſua poëmata illuſtrauit. Siue enim ex vno plures intellexit,*

Lib. incer. — de moeris res gerit Opſcus:

Annal. 8. *Item,* Et detotondit agros laetos, atque oppida caepit.

Odyss. α. *Quo Tropo Homerus de ſolo Vlyſſe dixit,*

— ἐπεὶ Τροίης ἱερὸν πτολίεθρον ἔπερσε:

ſiue ex parte totum,

Annal 8. Labitur vncta trabes remeis roſtrata per altum:

Lib. inc. *et alibi,* Labitur vncta carina — *ſiue ex genere ſpeciem, vt*

quadru-

quadrupes, *pro equo : & alio loco,*

Cedunt ter quatuor de caelo corpora ſancta Auiũ — Annal. 1.

Qua voce non quaſcunque aues intelligit, ſed eas tantùm, quae augurijs idoneae ſunt: ſicut Homerus, Ὀδυσ. γ.

Ὄρνιθας γνῶναι, καὶ ἐναίσιμα μυθήσασθαι:

aut contrà ex ſpecie genus, tale eſt illud in Medea,

Caeſae cecidiſſent abiegnae ad terram trabes:

pro quibus omnem lignorum materiam ad nauium aedificationem aptam, intelligit : vel ex materia rem confectam,

Qui ferro minitere — *pro gladio, &,* Annal. 2.

Annuit ſeſe mecum decernere ferro : Ibid.

&, — date ferrum qui Me anima priuem — In Hecuba.

vel ex antecedentibus conſequens, Lib incert.

Nauibus explebant ſeſe, terraſq. replebant. Annal. 2.

Luſit per ὀνοματοποιΐας *in voce* taratantara . *Item per* ἀλληγορίαν *aliud expreſsit, & aliud ſignificauit,* Annal. 1.

Quòm neq. Muſarum ſcopulos quiſquam ſuperârat. Ibid.

Et, Nos auſi reſerare — Annal. 3.

Item, Hac noctu filo pendebit Etruria tota. Lib. incer.

Et, Vt clauum rectum teneam, nauimq. gubernem.

Quin & Prouerbia ſuis carminibus, cùm id ſibi res poſtulare videbatur, tanquàm emblemata interpoſuit, vt, Lib incer.

Quaerunt in ſcirpo (ſoliti quod dicere) nodum. Lib incer.

Et, — quod minimum eſt, neque (vt aiunt)

M.u facere audent — *Itē ad deſignandā facti celeritatē,*

— dictum factumq́. facit frux. Annal. 9.

Nec ὑφωτείαν *praetermiſit, cùm in Telamone ait,*

Hiccine Telamō ille eſt, modŏ quē gloria ad caelũ extulit?

Quē adſpectabāt, quoius ob os Graij ora obuertebāt ſua?

Oppoſuit quandoque non abſque venuſtate per ἀντίθετον *contrarias dictiones,* — mortalem fortuna repentè Annal. 8.

F eddidit, vt ſummo è regno famul infumus eſſet.

Et, Nauibus explebant ſeſe, terrasq́. replebant Lib incer.

Et, Suarum rerum incertei, quos ego mea ope ex Trag incer.

In certeis certos, compoteſq. conſilij Dimitto —

Addidit

Addidit ſaepè τῇ περιφράσει orationi robur, quae, vt Alexander Sophiſta tradit, eo tropo maiori augetur ſignificatione. Pro ouibus enim, lanigerum genus *dixit; pro marinis monſtris,* Nerei filios; *pro auibus,* genus altiuolantum; *pro piſtrino,* vbi molarum ſtrepitus; *pro Annibale,* ferocia Poeni; *pro Ioue,* Saturno ſancte create. *Item,* Deum genus, Graijum genus, liberorũ, genus, *pro Dijs, Graecis, liberis. Nec reſpuit per κατάχρησιν improprijs verbis vti, vt pro caelo,* fretum caeruleum; *&* caeli fretũ;

Annal.2. *& pro campis,* aequora campei. *Interpoſuit nonnunquam per*

Lib. incer. *τμῆσιν integram dictionẽ inter diſſectae orationis partes,* — cere, comminuit, brum. *Expoſuit interdum per ὕστερον πρότερον, ſiue per ὑστερολογίαν primùm id, quod ſecundo loco fit, vt,*

Annal.7. Per liquidum mare eant, ſudanteis, atque ſedenteis.

Prius enim nautae ſedent, quàm ſudent. Diſſoluit quoque orationis ſeriem per alterius ſententiae interpoſitionem: qui tropus διάλυσις, ſiue παρένθεσις appellatur,

Annal.7. Nec quiſquam Sophiam (Sapientia quae perhibetur)
In ſomneis vidit, priuſquàm ſam diſcere coepit.

Annal. 5. *Et,* Nomine Purrhus (vtei memorant) à ſtirpe ſupremo.

Sed perſaepè pluribus modis in augenda re admirabilem ſuperlatione reddidit orationem. Hyperbole enim aut rem plus aequo verbis ſimplicibus auget, vt,

In Telam. Hiccine Telamõ ille eſt, modò quẽ gloria ad caelũ extulit?

Annal.8. *Et,* Ianque ferè poluis ad caelum vaſta videtur.

Annal.17. *Item,* Tollitur in caelum clamor exortus vtriſq.

In Androm. *Aut per comparationem,* — ſed quaſei
Ferrũ, aut lapis dura rarẽter gemitũ Conatur trahere —

Annal.15. *Et,* Vndique conueniunt velut imber tela Tribuno.

Annal. 8. & 14 *Aut per translationem,* — fit ferreus imber, — volabat ſuper impetus vndas, *&,* — haſteis

Annal.1.

Annal. 6. Horret ager, campeiq. armeis ſublimibus ardent.

Et, — tamen ipſa volans abſtulit haſta Inſigne —

Annal. incer. *Idem etiam tropus in extenuatione habet ſuperlationem*
— viroſq. valenteis Contudit crudelis hiemps —

Annal.8. *Item,* Clamor ad caelum voluendu' per aethera vagit.

Et de

Et de ſole loquens, — intereà fax Occidit — Annal.16.

Crebrò etiam per ὁμοίωσιν *rem ignotā per eius, quae magis nota eſt, ſimilitudinem expreſsit: cuius tria apud Eundem genera comperimus. Aut enim per Imaginem, ſiue* εἰκόνα, *vt Graeci dicunt, perſonas, vel quae perſonis conueniunt, inter ſe comparauit, vt,* Annal. 9.

Cyclopis venter velut olim turſerat altei
Carnibus humaneis diſtentus —

Aut per Collationem, ſiue παραβολὴν *res genere diſsimiles comparauit, Ab equo,*

Et tum ſicut equus, qui de praeſepibus actus Annal.2.
Vincla ſueis magneis animeis abrumpit, & inde
Fert ſeſe campei per caerula, laetaq. prata,
Celſo pectore, ſaepè iubam quaſſans ſimul altam
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Et, Sicut fortis equus ſpatio qui fortè ſupremo Lib. Incer.
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

A cane, — animusq. in pectore latrat, Annal.10.
Velutei ſi quando vincleis venatica velox
Apta ſilet cani', fortè feram ſi nare ſagaci
Senſit, voce ſua nictit, vlulatq. ibei acutè:

Et, Tantundem quaſi foeta canes ſine dentibu' latrat. Lib Incer.

Item à rebus inanimis,

Erubuit mulier ceu lacte, & purpura miſta. Annal.12.

Aut per exemplum, quod Graecè παράδειγμα *dicitur, rem aliquā ex hiſtoria petitā explicat, vt dilucidiorē, & probabiliorē orationē faciat,* Exſpectant, velutei Conſol, quòm mittere ſignum Annal.1.
Volt, omneis auidei ſpectant ad carceris oras,
Quà mox emittat picteis ex faucibu' currus.

Pertinent etiā magnopere ad orationis nitorem rerū deſcriptiones:

Aurorae, Vt primùm tenebreis abiecteis inalbabat Dies — Annal 6.

Et, Exin candida ſe radijs dedit icta foras lux. Annal. 1.

Noctis, Intereà Sol albu' receſſit in infera noctis. Ibid.

Et, Vertitur intereà caelum cum ingentibu' ſigneis. Annal 6.

Mediae noctis,

Nox quando medijs ſigneis praecincta volabat. Annal.16.

Locorum

Annal.1. *Locorũ,* Eſt locus Hiſperiam, quam mortales perhibebant.
Lib. incer. *Et,* Brunduſium polcro praecinctum praepete portu.
Annal 8. *Pugnae,* Conſequitur,ſummo ſonitu quatit vngula terram.
Iamque ferè poluis ad caelum vaſta videtur.
Haſtati ſpargunt haſtas,fit ferreus imber:
Denſantur campeis horrentia tela virorum.&c.

Naumachiae,

Annal.14. Verrunt extemplò placidè mare marmore flauo;
Caeruleum ſpumat ſale,conferta rate pulſum.
Labitur vncta carina; volat ſuper impetus vndas,
Quòm procul adſpiciunt hoſteis accedere venteis
Nauibu' veliuoleis, magno clamore bouantes.

Accedit his ὑποτύπωσις, *ſiue Subiectio,quae oculis res paenè ſubijcit,*

Lib. Incer. Oſcitat in campeis caput à ceruice reuulſum,
Semanimesq. micant oculei,lucemq. requirunt.

Sed quàm accurata eſt illa Meretricis deſcriptio?

— quaſi in choro pila
Ludens datatim dat ſeſe,& communem facit.
Alium tenet,alij nutat,alibei manus
Eſt occupata,alij perpellit pedem:
Alij dat anulum ſpectandum à labreis:
Alium inuocat,cum alio cantat,attamen
Alijs dat digito litteras —

Tribuit aliquando maioris Energiae gratia per προσωποποιίαν *inanimis rebus ſenſum,vt in Scipione,*

Teſteis ſunt campei magnei —

Et in III. Satyrarum, — teſteis ſunt
Latei campei,quos gerit Africa terra politos.

Tribuit etiam in quadam Satyra humanas formas rebus omnino formis expertibus; in qua haud ſecus Mortem cum Vita contendentem introduxit,quàm Prodicus apud Xenophontem Virtutem, & Voluptatem. Item de Nocte tanquam formam habente,dixit, Lib.2. Memorab.

Annal.16. Nox quando medijs ſigneis praecincta volabat.

Ex eodem genere eſt Imaginũ effictio,ſiue εἰδωλοποιία, *vt illa Polydori in Hecuba. Eſt & his quaſi finitima perſonarum deſcriptio,*

quae

quae προσωπογραφία dicitur, ut illa Pyrrhi Epirotarum Regis: cuius primùm nomen explicat, nomine Purrhus, *tum genus,* — à ſtirpe ſupremo, *poſtremò ingenium, & mores,* Annal. 5.

— ſtolidum genus Aeacidarum

Bellipotenteis ſunt magi', quàm ſapientipotenteis.

Huc etiam pertinent veſtium deſcriptiones,

Pendent peniculamenta vnum ad quemq. pedum. Annal. 11.

Et, — tergus igitur ſagu' pinguis opertat. Lib. incert.

Enitet & inter ſchemata mirum in modum χαρακτηρισμός: quo non minus Oratores, quàm Poëtae ad viuũ tanquàm pictores eorũ, de quibus loquuntur, vitia, ac virtutes paenè exprimunt: quemadmodum totus ille de Seruilij amico locus: in quo Ennius eleganti progreſſu latiùs eſt euagatus. Explicauit quandoque per συντομίαν res quantumuis magnas, ac graues, breui, ac compendioſo verborũ ambitu. Quid enim grauius, quid breuius quàm illud de Fabio Max. encomium, Annal. 9. Annal. 12.

Vnus homo nobeis cunctando reſtituit rem:

Non ponebat enim rumores ante ſalutem.

Ergo poſtq. magiſq. virei nunc gloria claret.

Amauit interdum abſq. vllo fuco orationem, petens per κυριολογίαν ab ipſa ſimplicitate, & veritate ornatum. Nam quid purius, quid ſimplicius?

Orator ſine pace redit, Regiq. refert rem. Annal. 5.

Nec ἔμφασιν aliquando neglexit, Nos auſi reſerare, — Annal. 1.

Et, — huius Nate auſpicijs illa incluta Roma. Ibid.

Item, Hectorem curru quadrijugo raptarier. In Andromache.

Hectoris Natum de moero iactarier.

Interdum per interrogationem, quae Graecè ἐρώτημα dicitur, nõ mediocrem ſuis ſcriptis dignitatem auxit,

Quis potis ingenteis oras euoluere belli? Annal 6.

Et, Ecquis extiterit Romae regnare quadratae? Annal. 6.

Conuenit cum interrogatione διαλογισμός, cùm quis ſecum conſilij anceps volutat, quid agat, vel agendum putet, ſibiue reſpondeat, ſic Medea,

Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?

Domum paternamne, an ad Peliae filias?

Nec minori venuſtate κατ' ἐξοχὴν aliquos inducit precãtes Deos,

Annal. 1. Te nũc ſancta precor Venus, & genetrix patri' noſtrei

Vt me de caelo viſas cognata parumper.

Teque Quirine pater veneror, Horamq. Quirini,

Teque pater Tiberine tuo cum flumine ſancto:

Nerienem Mauortis —

Annal. 6. *Et,* — Dij hoc audite parumper,

Vt, pro Romano populo prognariter armeis

Certando, prudens animam de corpore mitto.

In Hect. luſtr. *Item,* At ego Omnipotens te expoſco, vt hoc conſilium

Achiueis auxilio fuat —

Quàm verò efficacibus verbis ad militum animos excitandos Imperatoris illa προτροπὴ, ſiue Adhortatio expreſſa eſt?

Annal. 14. Nunc eſt ille dies, quòm gloria maxima ſeſe

Oſtendat nobeis, ſi viuimu' ſiue morimur.

Aliquando, quapropter aliquid factum ſit, rationem reddit. Talis eſt illa de Fabij Max. cunctatione, & tarditate αἰτιολογία.

Annal. 12. Non enim ponebat rumores ante ſalutem.

Sed quàm fortis, elatique animi eſt illa etiam Telamonis, qua ſe de filij morte conſolabatur,

Ego quòm genui, tum moriturũ ſciui, & ei rei ſuſtuli.

Praetereà ad Troiã quòm miſi ob defendendã Graeciã,

Sciebam me in mortiferũ bellum, nõ in epulas mittere.

Similiter Merope rationẽ affert, cur ſe Creſphon vxorem duxerit,

Duxit vxorem ſibei, liberûm quaeſendûm cauſſa.

Lib. incer. *Nec abſque venuſtate Annibalem κατ' ἐξοχὴν eo verſu intellexit,*

Heis pernas ſuccidit iniqua ſuperbia Poeni.

Crebris quoq. ſententiarũ luminibus magnum ſuis poëmatis ſplendorem, & dignitatem adiunxit. Quid enim illuſtrius dici poteſt?

— quei ipſus ſibei

In alt. Med. Sapiens prodeſſe nequit, nequicquam ſapit.

Trag. incer. *Et,* Benefacta malè locata, malefacta arbitror.

Quid verius?

Trag. incer. Amicus certus in re incerta cernitur.

Item,

Item, Nulla ſancta ſocietas, vel fides regnei eſt. Trag. iner.
Quid prudentius? — non eſt ſat bella mouere. Annal. 16.
Quid ad animi magnitudinem accommodatius?
Fortibus eſt Fortuna vireis data. annal. 7.
Quid ad Fortunae inconſtantiã, varietatemq. exprimendã aptius?
— multa dies in bello conficit vnus. Annal. 8.
Et rurſus multae Fortunae fortè recumbunt:
Haud quaquàm quenquã ſemper Fortuna ſequut' eſt.
Et, — mortalem Fortuna repentè Ibid.
Reddidit, vt ſummo è regno famul infumus eſſet.
Et, Non ſemper voſtra euortit, nunc Iuppiter hâc ſtat. annal. 7.
Nunc verò quibus modis animi perturbationes, quas Graeci πάθη vocant, excitauerit, explicabimus. Mouit pathos à loco ſacro, violataq. religione cùm in Andromache ait,
Fana flamma deflagrata,
Et, Iouis aram ſanguine turpari.
A Fortunae volubilitate, ſic Telamonem conquerentem inducit,
Pol mihei Fortuna magis nunc deſit, quàm genus:
Nanq. regnum ſupperebat mihei: vt ſcias quanto è loco
Quonteis opibus, quibus de rebus lapſa Fortuna occidat.
Queritur item Alcmaeon, quòd ex proſpera Fortuna tandem ſit
Circunuentus morbo, exſilio, atque inopia.
Nec eodem caret affectu, cùm quiſquis ille fuerit, non ſine ſtomacho in Ambracia ait, —
Agros audaces depopulant ſeruei, dominorũ dominei.
A viſu, cùm Andromachen facit collapſae, incenſaeq. patriae ruinam deplorantem,
Vidi ego te adſtante ope Barbarica
Tectis caelateis, laqueateis — *Et paullo poſt,*
Haec omnia vidi inflammari. *Item,*
Vidi, videreq. paſſa ſum aegerrimè
Hectorem curru quadrijugo raptarier.
Nec diſsimilis eſt illa Telephi conqueſtio,
Et ciuitatem video Argiuûm incendier.
Excitat inſuper à veſtimẽtorũ ſqualore, & foeditate cõmiſerationẽ,

Regnum reliqui ſeptus mendici ſtola.

Et, Credo,& caueo veſtitus,ſqualida ſeptus ſtola.

Item Telamon,

Strata terra lauēre lacrumis veſtē ſqualam,& ſordidā.

Et Tragoedia incerta,

Ecquis illaec eſt,quæ lugubri ſuccincta eſt ſtola?

Mouit praetereà per omnes ferè aetatis gradus miſericordiā. A pueritia,vt de Aſtyanacte è turri praecipitato,

In Andromache. Nā vbei introducta eſt,puerūq.vt lauarēt,collocāt ī clupeo.

Annal. xei. *A iuuenta,* — viroſq. valēteis Contudit crudelis hiemps —

A ſenectute,Talthybius in Hecuba,

Senex ſum,vtinam mortem oppetiam prius
Quàm eueniat,quòd in pauperie mea
Senex grauiter gemam — *Et ipſamet Hecuba,*
Miſerete anuis,date ferrum qui Me anima priuem —

Commouit etiam miſerationem ab alijs pleriſque rebus. A loco,

Annal. 2. At domus interior gemitu,miſeroq. tumultu.

Lib. incer. *Et,* O domus Ancei,heu quàm diſpari domino dominaris.

In Andromache. *Et illud,*O Pater,o patria,o Priami domus. *A tempore,*

Annal. 7. Quà Galli furtim noctu ſumma arcis adorti
Moenia,concubia,vigileſq. repentè cruentant.

Lib. incer. *A temporis diuturnitate,*

— vbei mille rotam voluēre per annos.

A cauſſa, — poſtquàm diſcordia tetra
Belliferatos poſteis,portaſq. refregit.

Et in Medea optabat Anus illa,ne vnquàm in nemore Pelio exciſae fuiſſent trabes ad Argum conſtruendam,qua deinde Argiui delecti viri pellem illam inauratā arietis petierunt, vnde tam magnas Medea hauſit calamitates.

Trag. incer. *A modo,*Cubitis pinſibant humum —

Annal 11. *Et,* Miſſaq. per pectus dum tranſit ſtriderat haſta.

Lib. incer. *Et,* Oſcitat in campeis caput à ceruice reuulſum,
Semanimeſq. micant oculi,lucemq. requirunt.

Sed quam commiſerationis plena eſt illa Andromaches eiulatio?

Heu reliquias ſemiaſſi Regis,denudatis oſſibus
Per terram ſanie delibutus foedè diuexarier.

Ama-

A materia, Annal. 15.

Occumbunt multi leto, ferroq́. lapique.

Ab imminenti periculo,

Hac noctu filo pendebit Etruria tota. Annal. 3.

Ab inſtauratione pugnae,

Poſtquàm defeſſi ſunt, ſtant, & ſpargere ſeſe Ibid.
Haſteis anſateis, concurrunt vndiq́. teleis.

A temporum calamitate,

Tollitur è medio ſapientia vei geritur res. Annal. 8.
Spernitur Orator bonus, horridu' miles amatur. *&c.*

Ab atteſtatione rei viſae, Lib. incet.

Vulturis in ſilueis miſerum mandebat homonem:
Heu quàm crudelei condebat membra ſepulcro.

Ab addubitatione, quae Graecè dicitur ἀπορία, — quid petam In Andromache.
Praeſidij? quid exſequar? quo nunc aut exſilio, aut fuga
Freta ſim? arce, & vrbe sũ orba, quò accedã, quò applicẽ?

Quae quidem oratio quantam praeſeferat animi perturbationem, abruptu declarat initiũ, crebrae interrogationes, cõciſaeq. ſentẽtiae. Huic nõ diſsimilis eſt illa Medeae oratio, cõſilij dubitatione aeſtuãtis, Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?
Domum paternam ne? an ad Paeliae filias?

Sed haec ob uiolatam à Iaſone fidem, indignationem potius, quàm commiſerationem concitant. Eiuſdem generis ſunt frequentes illae in Hectoris luſtreis interrogationes,

Quid hoc clamoris? quid tumulti eſt? nomen
Qui vſurpat meum? quid in caſtreis ſtrepiti eſt?

Item à pudore, Annal. 17.

Sic mulier erubuit, ceu lacte, & purpura miſta.

A parabola, Lib. Incer.

Sicut fortis equus, ſpatio qui fortè ſupremo
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

Ab imagine, Lib. Incer.

Africa terribili tremit horrida terra tumultu.

A maiori, cùm imbelles neſcio quis militum animos exprobrans, feminae generoſitatem extollit,

Vos

Lib. incer. Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem
Illaq. virgo virei —

A minori, cùm in Iphigeniae immolatione Agamemnonem inducit miſeram Regis conditionem perpendentem, quòd in aduerſis plebem lugere deceat, Regem verò minimè,

Plebes in hoc Regei antiſtat loco: licet
Lacrumare plebei, Regei honeſtè non licet.

A conſimili affectu, qui à Graecis ὁμοιοπάθεια *dicitur,*

Annal. 17. Inſignita ferè tum milia militum octo
Duxit delectos bellum tolerare potenteis.

A ſermonis conuerſione,

Annal. 1. Ilia dia nepos, quas erumnas tetuliſti?

Nec gratia dignitateq. caret, cùm ad inanima, sẽſusq. expertia, ſermonẽ conuertit. Sic Scipio Romam alloquens, campos teſtes laudat,

In Scip. Deſine Roma tuos hoſteis —
Teſteis ſunt campei magnei —

Sic Andromache inferorum loca ſalutat,

Acheruſia templa alta Orcei ſaluete infera.

Annal. 9. *A taciturnitate,* Sed quid ego haec memoro?

In Ambrac. *Et,* Quis eſt, qui noſtreis foribus tam proteruiter?

A doloris magnitudine, vt in Hecuba, quae animo iam conſternata,

— date, *inquit*, ferrum quî Me anima priuem —

A nimia lacrymarum effuſione,

In Telam. Strata terra lauêre lacrumis veſtẽ ſqualã, & ſordidã?
In Creſph. *Et,* Neque miſerae lauẽre lacrumae ſalſum ſanguinem.

Ἀπὸ τοῦ ἀδυνάτου, *vel, vt ita dicam, ab impoßibili,*

Trag. icer. Atque prius pariet locuſta bouem.

Magnam etiã Superlatio vim habet ad animi motus perciendos, vt,

In Telam. Hiccine Telamõ ille eſt, modò quẽ gloria ad caelũ extulit?

Quo in loco Hyperbole cum Ironia coniũcta cumulatius auget pathos. Praetereà in Hectoris Luſtreis ab horribili militũ ſtrage commiſeratio excitatur,

Franguntur haſtae, terra ſudat ſanguine.

Valde etiam per Exclamationem commouetur miſeratio, & praeſertim cùm in peius inſignis rei alicuius mutatio memoratur,

O do-

O domus Ancei, heu quàm diſpari domino dominaris. Lib. incerti

Et eo verſu, quem ſibi totum Maro vſurpauit, Lib. 2 Aen.

Hei mihi qualis erat, quantùm mutatus ab illo. Lib. incert.

Nec illam Andromaches conqueſtionem, quae tota ſanè pathetica eſt, praetermittam,

O Pater, o patria, o Priami domus
Septum altiſono cardine templum,

& quae ſequũtur. Sed paenè exciderat, quàm praecipuè ad miſericordiam perſonae habitus alliciat,

Cogebant hoſteis lacrumanteis, vt miſererent. Annal. 5.

Et, Aegro corde, comis, paſſis latè palmis — Annal. 10.

Et, Ad genua ſe proſternunt ſtatim lacrumanteis. Lib. incer.

Item tota ferè illa Caelij Tribuni in pugna defatigatio habitu depingitur, & praeſertim cùm ait, Totum ſudor habet corpus — Annal. 15.

Quàm etiã Tragicè Hecuba doloris acerbitate cõfecta habitu proditur? Vide, hinc meae, inquam, lacrumae guttatim cadunt.

Et alibi, Medea amore, ac odio ſimul incenſa,

— aegro animo amore ſaeuo ſaucia.

Et cuiuſdam trepidatio,

Tum timido manat ex omni corpore ſudor.

Item à parabola, — ſed quaſei Annal. 16.
Ferrum, aut lapis rarenter gemitum In Andromache.
Conatur trahere —

Sed nimis luctuoſa eſt tota illa Thyeſtis querimonia,

— ipſe ſummeis ſaxeis fixus aſpereis
Euiſceratus, latere pendens, ſaxa ſpargens tabo,
Sanie, & ſanguine atro — *Et illa Alexandri,*
O lux Troiae germane Hector,
Quid ità cum tuo lacerato corpore miſer?
Aut qui te ſic reſpectantibus tractauêre nobeis?

Haec, quae diximus, ſufficiant ad oſtendendam noſtri Poëtae artem, quam ex perennibus poëſeos, rhetoricesq. fontibus affluenter hauſiſſe videtur. Hiſtoriam deniq. qua fide conſcripſerit, & qua ratione non vt Poëta à medio, ſed tanquam Hiſtoricus rem ab initio inchoauerit, in primo Annali explicauimus. Nunc verò de ſumma

multipli-

multipliciq. tanti viri doctrina dicendum eſt, & primùm quid de Dijs illis, qui poëtis fabulandi anſas ſuppeditauerunt, eorumq. prouidentia, de Fortuna, de vaticinio, de animorum immortalitate, eorumque ſede, & tandem de perturbationibus ſenſerit, explicabimus. Initiò Deos eſſe, & quantùm naturae ductu intelligere potuit, rerum humanarum curam habere, aſſeuerauit. Nec me verſus illi mouent, in quibus, quamuis Deos eſſe cenſeat, impiè tamen opinari videtur, eos minimè humanis rebus proſpicere,

Ego Deûm genus eſſe ſemper dixi, & dicam caelitum,
Sed eos non curare opinor, quid agat genus humanũ.
Nã ſi curent, benè boneis ſit, malè maleis, quod nũc abeſt.

Nam ſi integram Telamonis Tragoediam, vnde haec ſumpta ſunt, in manibus haberemus, faciliùs perpendere potuiſſemus, haec verba non ab Ennio tanquàm pernicioſam illã, ac prauam opinionẽ approbante, prolata fuiſſe: ſed Telamonẽ ſuo arbitratu eſſe loquutũ, vt eum animi motus, perturbationeſq. impellebãt. Non enim putandũ eſt Aeſchylũ, Sophoclem, Euripidẽ, quorũ uolumina abſurdis huiuſmodi, teterrimiſq. ſententijs referta ſunt, cùm hanc, vel illã perſonã in fabulis introducunt, omnia, quae ab illis dicuntur, aſſerere. Nam, vt congruũ ſeruent decorẽ, varia perſonarũ genera varijs induunt affectibus, & saepiſſimè adeò diſſentiẽtes, cõtrauertenteſq. faciunt, vt nulla certa eorum ſententia inde elici poſsit. Apud quos, ſi, vt in Platonis dialogis, & Ciceronis de Senectute certa eſſet perſona, ſicut illa Socratis, & Catonis, quas hi conſultò eorum ſententias explicantes conſtituerunt, omnis haeſitatio ſublata eſſet. Itaque ſi Ennius ſerio prouidentiam tolleret, fruſtrà in grauiſsimo Annalium opere Romanum illum ità praecantem induxiſſet, Annal. 1.

Te nũc ſancta precor Venus, & genetrix patri' noſtrei
Vt me de caelo viſas cognata parumper.

Annal. 6. *Et alium alibi ſeſe pro Repub. deuouentem,*

— Dij hoc audite parumper
Vt pro Romano populo prognariter armeis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

Quam etiam opinionem in caueae conſeſſu approbauit. Ita enim in Creſphonte ait,

Eho

Eho tu, Dij, q̃bus eſt poteſtas motus ſuperûm atq. inferûm,
Pacem inter ſe conciliant, conferunt concordiam.

Item in Telepho,

Deûm de conſilio hoc itiner credo conatum modò.

Et in Medea,

Iuppiter, tuq́ue adeò ſumme Sol,
Qui res omneis inſpicis,
Quiq́ue tuo lumine
Mare, terrã, ac caelum
Contines, inſpice hoc facinus'
Priuſquam fiat, prohibe ſcelus.

Rurſum in Annalibus quàm perſpicuis verbis nihil ſine Deorũ voluntate fieri aſſeruit, cùm Pyrrhum Romanorum legatis reſpondentem facit, — doq. volentibu' com magneis Deis. Annal. 5.

Et alium alio loco, Annal. 8.

Non ſemper voſtra euortit, nunc Iuppiter hâc ſtat.

Praetereà in XI,

Malo cruce fatum vt des Iuppiter —

Nec quia Euhemerum, qui impius habitus fuit, non modò praeter caeteros, vt ait Cicero, Ennius eſt ſequutus, ſed etiã interpretatus, Lib. 1. de Nat. Deor. *ob id credendum eſt eadem impietatis nota fuiſſe iniuſtum: immò potius iudicandũ, Euhemerum, & Ennium caeteris, qui ex gentibus ea tempeſtate viuebant, ad veram vnius Dei cognitionẽ magis & propius acceſſiſſe. Nam dum Iouem reliquoſq. Deos, quos credula antiquitas venerata eſt, ex generatoribus ortos, & vt homines morti obnoxios tradunt: quia aliud declarant niſi illos nõ eſſe Deos, ſed alium quempiam ingenitũ, & immortalem quem Ennius apertè ſignificauit, cùm dixit,*

— patrem diuûmq. hominumq́. Lib. incer.

&, — diuûmq. hominumq́. pater Rex, Lib. incer.

cuncta regere, atque moderari? Item alibi,

Tum cum corde ſuo diuûm pater, atque hominũ Rex Annal. 6.
Effatur — *Quo loco fruſtra deſcriberet Deorum concionem coactã fuiſſe, niſi aliquid in ea de rebus humanis ſtatueretur: vt ſaepè ab Homero, & Virgilio factum eſt. Sed locus ille in Epi-*

charmo praeclarè indicat Deum, quem ipſe à iuuando videtur Iouem appellaſſe, non modò rerum omnium auctorem eſſe, ſed illarum etiam curam habere,

Quei mortaleis, vrbeis, atque belluas omneis iuuat.
Quòd heic omneis, & ſub hoc —

Quem eundem in Hectoris luſtreis Omnipotentem appellauit,

At ego Omnipotens te expoſco, vt hoc conſilium
Achiueis auxilio fuat —

At verò in Thyeſte Euripidem ſequutus, aliud ſenſiſſe de Dijs videri poſſet ab eo, quod anteà dixerat. Caelum enim ſic Deum facit,

— Aſpice hoc
Sublime candens, quem vocant omnes Iouem.

In Hecuba *At alio loco quaſi ſeipſum corrigens, Caelum Deorũ ſedem eſſe dicit,*

O magna templa caelitum

Lib. iacer. *Et alibi,* — diuûm domus altiſonum cael. *Et in I. Annali,*

Romulus in caelum cum Deis genitalibus aeuum.
Degit — *Quos nullo detrimento affici exiſtimauit, cùm dixit,* Integros aeui Deos. *Deinde cùm ad ſua vſque tempora vera Dei notio non omnino perſpecta eſſet, ſed quaſi tenebris obuoluta iaceret: nil mirũ ſi plurimùm Fortunae tribuit. Sic enim Pyrrhus Romanorum Legatos alloquitur,*

Annal. 5. Voſne velit an me regnare Hera, quidue ferat ſors.

Et mox, Quorum virtutei belli Fortuna pepercit.

Item VIII. Annali, — mortalem Fortuna repentè
Reddidit, vt ſummo è regno famul infumus eſſet.

Et eodem loco, — multa dies in bello conficit vnus.
Et rurſus multae Fortunae fortè recumbunt.
Haud quaquam quenquã ſemper Fortuna ſequuta'ſt.

Rurſus in XIV. — quae me Fortuna ferox ſic Contudit —

Nec praetermittam locum illum ex Thyeſte,

Heu mea Fortuna, vt omnia in me conglomeras mala.

Nec temporis opportunitatem, quae Occaſio dicitur, tanquam Fortunae pediſſequam, uel comitẽ, parua exiſtimauit in rebus omnibus, & praecipuè bellicis habere momenta. Sic enim in VIII. Annali,

Aſt Occaſus vbei, tempuſue audere repreſſit.

*In II.*Heic datus eſt Occaſus, Horatius inclutu' ſaltu.

In V. — Occaſus iuuat res.

*Et in XVI.*Quo res ſapſa loco ſeſe oſtentatq́. iubetq́.

Tum vaticinationem à Dijs eſſe, eo loco ſenſit,

Atque Anchiſes doctu', Venus quem polcra Dearum
Fari donauit, diuinum pectus habere. *Dehinc animas poſt mortē ſuperſtites eſſe, clariſſimè per inſitā, vel potius innatam gloriae cupiditatē demōſtrauit. Inde amicos prohibet, ne ſe mortuū lacrimis decorent,* — quur? volito viuo' per ora virûm.

Et alio loco ad immortalitatis memoriam reſpiciens, ait,

Reges per regnum ſtatuas, ſepulchraque ponunt: Annal. 16.
Aedificant nomen, ſumma nituntur opum vei.

Nec anima tantùm, quam his verbis in Epicharmo igneā eſſe oſtendit, — at mentis ignis eſt, *& corpore, quod terrae redditur, vt ibidem*, Terra corpus eſt, *hominem conſtare voluit: ſed vmbra etiam, quae poſt mortem ad inferorum loca delabitur, vt de illa Homeri, in I. Annali,* — viſus Homerus adeſſe poëta,

Et de Polydori, in Hecuba,

Adſum, atq. aduenio Acherunte vix uia alta, atq. ardua:
Per ſpeluncas ſaxeis ſtructas aſpereis pendentibus.

Sed ſuam hanc de animarum immortalitate ſententiā Pythagorica tranſanimatione foedauit, vt in Annalium initio explicauimus. Poſteà animae ſedem hinc videtur in ſanguine conſtituiſſe,

Aiax miſſo ſanguine tepido tullij Efflanteis volant — In Aiace.

& in corde praecipuè eam animae partē, quae ratione praedita eſt,

Egregiè cordatus homo Catus Aeliu' Sextus. Lib. incer.

In quo deinceps tanquam vitae fonte omnes animi affectus, perturbationesq. poſuit: amorem videlicet, vt in altera Medea,

Vtinam ne vnquàm me cordis cupido
Corde pedem extuliſſes — *Et alibi,*
Omnes corde patrem praebent, animoq. benigno Lib. incer.
Circunfunduntur — *Moerorem, & triſtitiam,*
Aegro corde, comis, paſſis latè palmeis — Annal. 10.

Et, Vix aegro tum corde meo me ſomnu' reliquit. Lib. incer.

Iram, — animusq́. in pectore latrat. *Cupiditatem,* Annal. 10.

Lib. incer. Nec ſeſe dedit in conſpectũ corde cupitus. *Itẽ timorẽ,*

Lib. incer. At Romanus homo, tamen & ſi res benè geſta'ſt

Corde ſuo trepidat —

Diuerſis quoque locis diuerſas affectuum cauſſas explicauit. Non enim ſine ratione in Alcmaeone dixit,

Tum pauor ſapiẽtiã mihi omnẽ ex animo expectorat.

Nam eorum ſpiritus, qui timore perculſi ſunt, adeò confunduntur, & ob ſanguinem ad cor, tanquàm ad arcem ſe recipientem, refrigerantur, vt pallore, mentiſq. perturbatione paenè exanimati videantur.

Trag. incer. *Vnde etiam ait*

Quod nemo eſt tã firmo ingenio, aut tanta cõfidẽtia,

Quin refugiat timido ſanguen, atq. exalbeſcat metu.

Et quòd timentes ſudore madeant, eo loco oſtendit.

Annal. 16. Tum timido manat ex omni corpore ſudor.

Ex quibus apparet timorẽ ex caloris diminutione oriri: contrà verò vbi de equo generoſo loquitur, indicat calorem magni ſpiritus eſſe fomitem, ait enim,

Annal. 2. Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas.

Cùm verò ſpiritus vehementi calore accenduntur, ira oritur: quae ſi nimis efferbuerit hominem in inſaniam adiget. Vnde praeclarè dixit, Trag. incer. Ira inſaniae initium. *Sed quàm mirificè vnico ſenariolo omnem amoris vim expreſsit?*

In Med. Medea animo aegra, amore ſaeuo ſaucia.

Et alio, honeſtae mulieris pudorem,

Annal. 11. Sic mulier erubuit, ceu lacte, & purpura miſta.

Item alio, vehementem commiſerationis affectum,

Annal. 5. Cogebant hoſteis lacrumanteis, vt miſererent.

Sed cùm Telamonem facit non modò dolorem de filij morte ſumma conſtantia, ac aequabilitate perferẽtem, verùm omni prorſus aegritudine exutum; Stoicorum inhaeret dogmati: qui cunctis animi perturbationibus radicitus euulſis, virtutem in ſumma tranquillitate conſtituunt. Nam quid his verbis, quibus ſuum Telamon lenibat dolorem ſedatius, aut tranquillius dici potuit?

Ego quòm genui, tum moriturum ſciui, & ei rei ſuſtuli.

Praetereà ad Troiã quòm miſi ob defendendã Graeciã.

Sciebam

Sciebam me in mortiferũ bellũ, non in epulas mittere.

In qua de perturbationum vacuitate opinione non perpetuò cõſtans fuit: ſed Peripateticos intereà ſequutus eſt: qui cùm nullo modo fieri poſſe exiſtimarent, vt homines omni penitus animi aegritudine vacarent, mediũ quoddam excogitantes, virtutẽ in mediocritate conſtituerunt. Hinc Pyrrhum facit non adeò victoriae cupidum, & hoſtibus infenſum, vt dolo, aut occulta aliqua occaſione, ſed virtute, ac palàm vincere queat. Ità enim ait,

Nec mî aurum poſco, nec mî pretio dederitis, Annal. 5.

Nec cauponanteis bellũ, ſed belligeranteis. *& totus locus.*

Nũc de virtutibus ijs, quibus excolitur animus, fortitudine, inquã, prudentia, temperantia, & iuſtitia, ne eam philoſophiae partẽ, quae ad mores attinet, Ennius intactam reliquiſſe videatur, verba faciamus. Quid enim aliud, quàm veram animi fortitudinem in medium affert, cùm Ducem illum facit gloriae cupiditate uitam contemnentem, haec proloqui?

Nunc eſt ille dies, quòm gloria maxima ſeſe Annal. 14.

Oſtendat nobeis, ſi viuimu' ſiue morimur.

Et in praeclariſsima illa Seruilij amici imagine quàm pulchris lineis prudentem virum adumbrat?

Multorum veterum leges, diuũmq. hominumq.

Prudentem — *Vbi, quem Graeci* αὐτάρκη *nominãt, ità duobus his verbis,* — ſuoq. contentus, *ob oculos poſuit, vt nihil clarius, nihil apertius. Iuſtum denique quibus coloribus eadem tabula ornatius depingere potuit?*

Ingenium quoi nulla malum ſententia ſuadet,

Vt faceret facinus — *Externa praetereà quaedam bona, quibus Peripatetici poſt animi dotes ſecundas tribuunt, ſua quoque in pcẽſi enumeraſſe videtur: in Anco videlicet bonam exiſtimationem, cùm* bonum *appellauit: in Ilia, & Pyrro nobilitatem, cùm de* Annal. 3. *illa ait,* Ilia dia nepos — *& de hoc,* — à ſtirpe ſupremo. *Numerantur & inter haec diuitiae, quae ab Ennio eo verſu minimè* Annal. 1. & 5. *neglectae videntur.*

Circum ſos quae ſunt magnae genteis opulentae. Annal. 3.

Sed vox illa Pyrrhi Aeacidarũ genere digna virtutẽ diuitijs, in quibus aliqui ſummũ bonũ ſtatuere nõ ueriti ſunt, lõgè praeſtare oſtẽdit,

Nec mî aurum poſco, nec mi pretium dederitis.
Nec cauponanteis bellum, ſed belligeranteis;
Ferro, non auro vitam cernamus vtrique:
Vos ne velit, an me regnare Hera, quidue ferat ſors,
Virtute experiamur — *Tribuit etiam bona ſua corpori,*

Annal. 1. & 2. *nimirũ pulchritudinẽ,* — at Romulus polcer, *celeritatẽ,* — Horatius inclutu' ſaltu, *& ſimilia. An non etiam ad eandem philoſophiae partem, quae in vita, & moribus poſita eſt, ſpectat, quis verè liber dici poſſit, explicare? Quid enim eo ex Phoenice loco praeclarius?* — aduerſus aduerſarios

Ea libertas eſt, quei pectus purum, firmumq. geſtitat.

Huc etiam referri poteſt illud,

Lib. incer. Qui vicit non eſt victor, niſi victu' fatetur.

Quantũ verò utile ſit modũ cupiditatibus adhibere, ſic explicauit,

In Phoen. Stult' eſt, qui cupida cupiens, cupienter cupit.

Filiorum mortẽ aequo animo perferendã, eo Telamonis loco, quem ſuprà retulimus, dilucidè demonſtrauit: & in Creſphonte, mortuos, cùm humanis miſerijs exuantur, non modò nõ eſſe flendos, ſed eos potius, qui in tenebricoſam hanc lucem prodeunt, praeclarè admonuit,

Nam nos decebat coetus celebranteis, domum
Lugere, vbei eſſet aliquis in lucem editus,
Humanae vitae varia reputanteis mala.
At qui labores morte finiſſet graueis,
Hunc omneis amicos laude, & laetitia exſequi.

Inde in Thyeſte, Mortem malorum requiem eſſe, dixit. Quantùm praetereà malefactorum conſcientiae noctes, dieſq. animum ſtimulis agitent, atq. pungant, teſtis eſt acerbiſsimus ille Alcmaeonis cruciatus, qui ob maternam necem Furijs exagitatus exclamat,

Fer mî auxilium, peſtem abige à me,
Flammiferam hanc vim, quae me excruciat.
Caeruleo incinctae angui incedunt:
Circunſtant cum ardentibus taedis.

Amicorum vitia quo pacto ferenda ſint, ita expreſsit,

In Phoen. Vt quod factum eſt futile amici, nos feramus fortiter.

Et quomodo veri à falſis dignoſcantur,

Trag. incer. Amicus certus in re incerta cernitur.

Fidem

Fidem extollit, cùm de ſeipſo ait, — ille vir haud magna in re Lib. incert.
Sed fidei plenus — *Quantùm denique à turpibus, obſcenisq. rebus abhorruerit, illud indicat,*

Flagitij principium eſt nudare inter ceiueis corpora. Trag. icer.

Nec reliquas de moribus philoſophiae partes Oeconomicam ſcilicet, & Politicam penitus omiſit. Nam quod ad Oeconomicam attinet, eo Creſphontis verſu,

Duxit vxorem ſibei liberũm quaeſcendũm cauſſa,

oſtendit magnopere ad rei familiaris curam, atque adminiſtrationẽ pertinere, vxores ducendas eſſe procreationis cauſſa. Illa verò conqueſtio ad deprauatam Politiae formam ſpectat,

Tollitur è medio ſapientia, vei geritur res, *& totus locus.* Annal. 5.

Et ad Reipub. adminiſtrationem,

Vt clauum rectum teneam, nauimq. gubernem. Lib. incer.

Et, Quẽ metuunt, oderunt: quẽ quiſq. odit, perijſſe expetit. Trag. icer.

Sed mirificè verſus illi cum naturae lege conueniunt, Trag. icer.

Homo, quei errantei comiter monſtrat viam,
Quaſei de ſuo lumine lumen accendat, facit
Nihilominus vt ipſei luceat, quòm illei accenderit.

Ex quo loco, ac etiam ex Agellij teſtimonio cognoſcere licet Enniũ iuris ciuilis ſcientia non mediocriter imbutum fuiſſe: quod ſimiliter verſus illi in Hecuba declarant, li. 20. cap. 9

Nunquam ſcripſiſtis, quis parentem, aut hoſpitem
Necaſſet; quo quis cruciatu perbitet.

Pauca haec ad vitam, moresq. ſpectantia ex ſitu, carieq. confectis fragmentis vix erui potuerunt. Nunc, ſiqua de rebus naturalibus veſtigia reliqua ſunt, perſcrutandum eſt. Mundum in primis contra Leucippi, & Democriti opinionem, qui innumerabiles eſſe cenſuerunt, vnum eſſe aſſeruit,

Mundus caeli vaſtus conſtitit ſilentio. In Scip.

Caeli verò motum orbicularem eſſe, & ad motum primi motoris omnes ferri orbes, eo verſu declarauit,

Vertitur intereà caelum cum ingentibu' ſigneis. Annal. 6.

Caelum praetereà ex ignea materia conſtare voluit cùm ait,

Caelum proſpexit ſtelleis ardentibus aptum. Annal. 1.

Ex qua Solem etiam eſſe compactum in Medea demonſtrauit,

Sol,

Sol, qui candentem in caelo ſublimat facem.

Cuius formam rotundam eſſe eo loco tradidit,

Lib. incer. Inde patefacit radijs rota candida caelum.

Inſuper ex illius receſſu oriri noctem,

annal. 1. Intereà Sol albu' receſsit in infera noctis.

Annal. 16. *Et in Oceanum condi,* — intereà fax

Occidit, Oceanumq. rubra tractim obruit aethra.

Noctem denique terrae vmbram eſſe, his verbis ſignificauit,

Annal. 18. Montibus obſtiteis obſtantibus vnde oritur nox.

Cuius omnes partes diuerſis locis recenſuit. Primam, quae noctis initiũ eſt, & prima fax à facibus accendendis appellatur, ita explicauit,

Annal. 3. Prodinunt famulei, tum candida lumina lucent.

Secundam, quae à cubando concubia dicitur,

Annal. 7. Quà Gallei furtim noctu ſumma arcis ardortei

Moenia, concubia, vigileiſq. repentè cruentant.

Dein tertiã, quam intempeſtã Grammatici vocant, quaſi idoneo careat tẽpore ad aliquid perficiendũ, cùm tũc omnia cõſopita quieſcãt,

Annal. 1. Quòm ſuperum lumen nox intempeſta teneret.

Tum quartam, quae eſt mediae noctis inclinatio,

annal. 16. Nox quando medijs ſigneis praecincta volabat.

Demũ quinctã, à Gallis cantu lucẽ praenũciãtibus, Gallicíniũ appellatam,

Trag. Incer. Qui ſilentio noctis fauent faucibus

Ruſſeis cantu, plauſuq. premunt alas.

Inde ſextam, quae quoniam tunc omnia conticeſcunt, conticinium dicta eſt,

In Scip. Mundus caelei uaſtus conſtitit ſilentio.

Ad extremum verò diluculum, quaſi paruam diei lucem,

Annal. 6. Vt primùm tenebreis abiecteis albeſcebat Dies —

Elementa quatuor eſſe ſic in Epicharmo oſtendit,

Aqua, terra, anima, Sol,

Vbi pro Sole ignis poſitus eſſe videtur: nam eodem libro dixit,

Iſthic de Sole ſumptus eſt ignis.

Quo loco elemẽta quoq. oſtendit quandã cũ corporibus ſuperioribus habere cognationẽ. Terrã uero globoſã, & ſphaericã eſſe demonſtrauit, — pilã uix Sol mediã: cõplere choum terroribu' caelei.

Annum in quatuor diuiſit tempora,

Aeſtatem autumnus ſequitur, poſt acrem hiemem ver. Annal. 16.

Nec rerum, quae in aëris regione fiunt, cauſſas ignorauit. Ventum enim hoc modo fluentem aërem eſſe innuit,

Sic denſeis aquila pinneis obnixa volabat Annal. 3.
Vento, quem perhibent Graium genus aëra, lingua.

De ventorum natura, locis, & concertationibus non mediocrem videtur cognitionem eſſe conſequutus,

Concurrunt velutei ventei, quòm ſpiritus Auſtrei Annal. 17.
Imbricitor, Aquiloq. ſuo cum flamine contrà
Endo marei magno fluctus extollere certant.

De Iride plura dicebat, ſed locus eſt planè mutilus,

Arquus vbei adſpicitur, mortalibu' quae perhibetur, Annal. 15.

Sicut ille etiam de pluuijs in Achille,

Nubes per ego Deûm ſubices humidas
Vnde oritur imber, ſonitus aërio ſpiritu.

Somnia non ignorauit plerunq. ex inſitis animo cogitationibus oriri: ut in enarratione illius loci — Viſus Homerus adeſſe poëta, Annal. 1.
explicauimus. Mortem animae priuationẽ eſſe in Hecuba expoſuit,

— date ferrũ quî Me anima priuẽ — *Et in VII. Annali,*
Certando prudens animam de corpore mitto.

Quin etiam quadrupedum mores cognouiſſe, non modò ex pulcherrimis illis equorum, & canũ comparationibus conijci poteſt, verum etiam ex illa famelici Paraſiti deſcriptione in Satyris, Lib. 6.

Alacer, celſus, lupino impetu exſpectans.

Auium quoq. naturam ſagaciter exploraſſe, verſus illi, quos paullò antè de Gallorũ cantu retulimus, & alij alio loco de immani Vulturis edacitate, ſatis indicant. De piſcibus autem nihil eſt, quod dicamus, cùm ex Phageticorum reliquijs perſpicuum ſit, non vulgarem de illis notitiam habuiſſe. Aſtrologiam verò eum non latuiſſe locus ille patefacit, vbi Deorum concionem deſcribens, ait, Conſidunt tecteis bipatentibus — *pro quibus duo hemisphaeria intellexiſſe non dubium eſt. Et in Iphigenia,* Annal. 6.

AGAM. Quid nocti, videtur? SEN. in altiſono
Caelei clupeo temo ſuperat
Stellas, cogens ſublime etiam Atq. etiã noctis itiner.

Augurandi diſciplinae peritum fuiſſe non modò ex Romuli in condenda

dendaVrbe augurij deſcriptione colligi poteſt, ſed hinc etiam,

Annal. 1. Quòm tonuit laeuum benè tempeſtate ſerena:

Lib. incer. *&,* Buteo, Sanqualis, Immuſculus, Aqquila, Vultur.

Quo verſu omnes ferè augurales aues complexus eſt. Nec videtur Necromantiae delirationem praetermiſiſſe, cùm Polydori umbrã ex

In Hecuba *Acheronte aduenientem facit,*

Vnde animae excitantur, obſcura vmbra, aperto oſtio

Altei Acheruntis, falſo ſanguine imagines mortuorũ.

Quo loco Homeri Necyam tangit, qui animas ſanguinẽ bibere facit. An non videtur ex medicinae adytis verba illa deprompſiſſe?

Annal. incer. — viroſq. valenteis Contudit crudelis hiemps —

Quibus frigus oſtendit, vt maximè oſſibus, neruiſq. noxiũ corpora reddere imbeciliora. An non herbarũ vim, & naturã optimè tenuiſ-

Lib. 4. Saty *ſe cenſendum eſt, cùm dixerit,* caepe moeſtum, *&,* triſte ſinapi?

Quòd autem vinum ſomnum conciliet, eo loco perſpicuum eſt,

Annal. 8. Nunc hoſteis vino domitei, ſomnoq. ſepultei.

Et quòd mentem animumq. exhilaret,

annal. 12. Omneis mortaleis victores cordibu' uiueis

Letanteis vino curatos —

Lib. incer. *Ad quem etiam locum pertinet* — forum putealq. Libonis

Mandabo ſicceis, adimam cantare ſeuereis.

Agriculturae etiam cognitionẽ attigiſſe perſpicuum eſt. Sic enim in Praeceptis quãtùm lolium, & auena frugibus inimica ſint, explicauit, Vbei uidit auenam, lolium creſcere

Inter triticum, ſelegit, ſecernit, aufert ſedulò.

Et alio loco ruſtici inſtrumenti mentionem fecit,

Annal. 8. Raſtros dente fabres capſit cauſſa poliendi Agrei —

Muſices quoq. non ineruditũ fuiſſe, ex modorũ, melos, acutae, grauiſq. vocis cõmemoratione apparet. Quarũ rerũ huiuſmodi extant exempla, Ignotus iuuenum coetus alterna uice

In Atham. Inibat alacris Bacchico inſultans modo.

Annal. 13. Matronae melos complent ſpectare fauenteis.

annal. 8. Inde loci lituus ſonitus effundit acutos.

Lib. incer. Iam cata ſigna ferè ſonitum dare uoce parabant.

Annal. 8. Conſequitur, ſummo ſonitu quatit ungula terram.

Lib. incer. Et praeeunte uiro raucus ſonus aere cucurrit.

Cognitae

Cognitae illi quoque, ac perſpectae fuerũt exterae Antiquorum hiſtoriae. De Carthaginienſium enim origine ait, — Poenos Didone oriundos. *Et de eorum ſacrificijs,* Annal. 8.

Ille ſuos Deiueis mos ſacrificare puellos. *De Xerſis copijs,* Annal. 1.
Pontibus inſtratis coniunxit litora Xerſes: Lib. incer.
Isq́. Helleſpõto pontẽ cõtẽdit in alto. *De Priami interitu,*
Quòm ueter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Lib. incer.

De varijs ſepeliendi ritibus,

Neque terram inijcere, neque cruenta In Creſph.
Conueſtire mihi corpora licuit.
Neque miſerae lauêre lacrumae ſalſum ſanguinem. *Et,*
Nã vbei introducta eſt, puerũq. vt lauarẽt collocãt ĩ clupeo. In Andromache.
Et, Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit. Annal. 3.

Nec eum, vt militiae peritum diuerſa armorum genera, bellicaq. inſtrumenta latuerunt; vt Rhumphaea, *cuius in XIV. Annali commeminit. Praeterea alibi,*

Illuricei reſtant ſiceis, ſibineisq́. fodenteis. Lib. incer.
Et, Incedit veles vulgò ſicilicibu' lateis. Lib. incer.
Et, Haſteis anſateis concurrunt vndique teleis. Annal. 3.
Et, — ſuccincti corda machaeris. *Et alio loco,* runata recedit. Lib. incer.
Item, Quae valide venit contorta falarica miſſu. Lib. incer.
Et, Aut permacerat paries percuſſa triſaci. Trag. icer.

Patet etiam partim ex locis, quos ſuprà cõmemorauimus, partim ex his, quos dicemus in rei nauticae cognitione nõ parùm eſſe verſatũ,

Labitur vncta trabes remeis roſtrata per altum. Annal. 8.
Ingenti vadit curſu, quà redditu termo'ſt.
Impetus haud longè medijs regionibu' reſtat.
Et, Tonſillas rapiunt, configunt litus, aduncas. Lib. incer.
Et, Mulſerat hûc nauem compulſam fluctibu' pontus. Annal. 7.

At proprium Gubernatoris munus ſic paucis explicauit,

Vt clauum rectum teneam, nauimq́. gubernem. Lib. incer.

Et alibi Hortatoris, ſiue Portiſculi, — tonſas ante tenenteis Annal. 8.
Parerent, obſeruarent, Portiſculu' ſignum
Quòm dare coepiſſet —
Et, Poſte recumbite, voſtraq́ pectora pellite tonſeis. Annal. 7.
Ponè petunt, exin referunt ad pectora tonſas.

Poſſu-

Poſſumus inſuper ex tribus ſequentibus locis rectè conijcere, & terreſtrium, & maritimarum regionum ſcientiam habuiſſe,

In Med. — Quà pontus Helles.

Annal. I. Lunaï portum eſt operae cognoſcere Ceiueis.

Annal. incer. *Et,* Brunduſium polcro praecinctum praepete portu.

Reliquit multa ſanè, ac diuerſa tam praeclara ingenij ſui monumenta, vt in vnoquoque genere longè alios ſuperaſſe videatur. Enituit praecipuè in XL. Annaliũ libris heroico carmine conſcriptis: in quibus permagnas, ac immortales populi Rom. res geſtas mirificè celebrauit: tantaq. in omniũ exiſtimatione fuerunt, vt per Vrbis compita à Q. Vargunteio, qui illos continuata carminum ſerie conſcriptos in libros digeſſerat, maximo ciuium plauſu publicè recitarentur. Nec Romae tantùm, uerumetiam Puteolis, vt ab Agellio relatum eſt, à quodam Anagnoſte, qui Ennianiſta appellari volebat, homine non indocto, voce admodùm ſcita, & canora ad populum in theatro legebantur. Ex *omnibus verò, qui circunferebãtur Annalium libris, quidam C. Octauij Lampadionis, tanquam alterius Ariſtarchi manu emendatus, ob magnam, ac venerandam vetuſtatem ſummo precio habitus fuit. Hos eoſdem Annaliũ libros propter difficilium aliquot ſententiarum, priſcarumq. vocum obſcuritatem Fl. Caprum dilucidè enucleaſſe proditum eſt. Dedit Tragoedias quamplurimas ſublimi, ac grandi orationis genere: quas partim vertit è Graecis, partim proprio ingenio ſcripſit. Nec ab eo altera ſcena deſtituta fuit: nam Comoedias etiam edidit: quas vtrum conuerterit, an nouas confecerit, mihi nondum compertum eſt: ſed in vtroque fabularum genere extra ſuas numerorum licentia claudicarunt. Quo vitio non modò Ennius, ſed, vt notat Flaccus, caeteri eiuſdem aetatis Romani poëtae laborarunt. Fecit Latinam Epicharmi philoſophiam, & Euhemeri ſacram hiſtoriam. Scripſit Scipionẽ, Phagetica, Epigrãmata, Satyras, Aſotũ, & alia fortaſſe cõplura. Maiora profectò de tam magno uiro dici potuiſſent, ſi aliqua ſaltẽ ex ſuis poëmatis integra extarẽt volumina, quae magna ſtudioſorũ iactura perierũt.*

Margin notes: Suet. de clar. Gram. — Lib. 18. cap. 5. — In Poet.

Q. ENNII VITAE FINIS.

* Aſteriſcus carmini praepoſitus indicat nos illud carmen nullius Auctoris monitu, ſed coniectura tantùm eo loco collocaſſe.

Q. ENNII QVAE SVPERSVNT EX I ANNALI.

MVSAE, quae magnum pedibus pulſatis Olympum. — Var. lib 6. de lin. Lat. Ser. 11. Aen.

*

Lunâi portum eſt operae cognoſcere ceiueis. — Perſ. Sat 6.

*

— uiſus Homerus adeſſe poëta. — Cice. lib 4. Acad.

*

* Tranſnauit cita per teneras caliginis auras. — Seru in 4. Georg.

*

†* Tum memini fieri me pauum — († Commemini.) — Chariſ li. 1.

*

— ſcripſêre alij rem — Cic in Bru. & orat.
* Verſibu', quos olim Faunei, Vateſq. canebant: — Varr. lib 6.
Quòm neque Muſarũ ſcopulos quiſquã ſuperârat — de lin Lat.
— nec dicti ſtudioſus quiſquam erat ante hunc. — Quinct. li. 9. c. 4.
Nos auſi reſerare — — Cice. lib 1. de Diuin.

*

* Nam latos popolos res, atque poëmata noſtra (Verſ. ἀκέφαλος.) — Prob in art. inſtit.
Cluebat —

*

* Atq; Anchiſes doctu', Venus quem polcra Dearum — Idẽ in Vir. Eclog. 6.
Fari donauit, diuinum pectus habere.

*

* — Aſſaraco natus Capys optimus: iſque — Serui. in 3. Geor.
Pium ex ſe Anchiſem generat — (Verſ. ἀκέφαλος.)

*

Eſt locus, Heſperiam quam mortaleis perhibebãt. — Macrob. li. 6 cap. 1.

*

* Ilia dia nepos, quas erumnas tetuliſti. — Cha. Li. Fed. 8. Rect. ſro. Non. Nepos

*

* — huius Nate auſpicijs illa incluta Roma. — Iſid. lib. 15. cap. 1.

*

* Quos homineis quõdam Laurentis terra recepit, — Priſc. lib. 7.
* Quam primùm Caſcei popolei genuêre Latinei. — Vari lib. 6. De lin. Lat.

*

— lupu' foeta —

Char. lib 1.

Dulciferae ficei lactantes vbere toto.

Non. Parum per.

†Endo tuetur, vbei lupu' foemina conſpicit amneis. † Inde.
†Hinc campom celerei paſſu premens parumper, † In campo.
Conijcit in ſyluam ſeſe —

Feſt. Ratus.

* Occiduntur vbei potitur ratu' Romulu' praeda.

Don. de Barbar. Iſid. lib. 1. cap. 34.

* Ollei reſpondet Rex Albai longai.

Non. facesse re.

†Haec ecfatus vbei, latrones dicta faceſſunt. † Haec ef fat⁹ ibiq.

Cic. lib. 1. de Diuin.

Curanteis magna cum cura, concupienteis — Ἀρχαϊσμὸς καὶ καππακισμός.
Regnei, dant operam ſimul auſpicio, augurioq́.
Hinc Remus auſpicio ſe deuouet, atq́. ſecundam
Solus auem ſeruat: at Romulu' polcer in alto
Quaerit Auentino, ſeruans genus altiuolantum.
Certabant, Vrbem Romamne, Remamne vocarét.
Omnis cura vireis, vter eſſet † Endoperator. † indupe rator.
Exſpectant, veluti Conſol, quòm mittere ſignum
Volt, omneis auidei ſpectant ad carceris oras,
Quàm mox emittat picteis ex faucibu' currus.
Sic exſpectabat popolos, atque ore timebat
Rebus, vtrei magnei victoria ſit data regnei.
Interea Sol albu' receſſit in infera noctis:
Exin candida ſe radijs dedit icta foras lux:
Et ſimul ex alto longè polcerrima praepes
Laeta volauit auis: ſimul aureus exoritur Sol.
Cedunt ter quatuor de caelo corpora ſancta
Auium, praepetibus ſeſe, polcreisq́. loceis dant. — Agellius li. 6. cap. 6. — Verſ. ἀκέφαλος.
Conſpicit inde ſibei data Romolus eſſe priora,
Auſpicio regni ſtabilita ſcamna, ſolumque. — Σιγματισμός.

Macrob. lib. 6. cap. 1.

* Nec pol homo quiſquam faciet impunè animatus
Hoc, niſi tu: nam mei calido das ſanguine poenas.

Non. Toruiter.

* Aſt heic, quem nunc tu tam toruiter increpuiſti.

Quòm

* Quòm tonuit laeuum benè tempeſtate ſerena. — Cic. lib. 2. de Diuin.

† Ipſius ad armentas caſdẽ

† — ad armentas ipſius eaſdem. — Non. Armenta.

* Ille ſuos Deiueis mos ſacrificare puellos. — Idem Puellos, & Feſt. Puelli.

† genuit.

* Saturnus, quem Caelu' † genit — — Non. Caelus & Char. li. 1

* — de qua latè Saturnia terra. — Var. lib. 4. de lin. Lat.

† adſceſcere, algiſcere, & aleiſcere.

* Audire eſt operae pretium, procedere rectè,
Qui rem Romanam, Latiumq́. † augeſcere voltis. — Porph. & Acron. in li. 1. Ser. Sat. 2.

Virgine' nam ſibi quiſq. domi Roman⁹ habet ſas. — Var. Teſtamento. Feſt. Saſ.

Accipe, daq́. fidem, foeduſq́. feri benè firmum. — Macrob lib. 6. cap. 1.

† Aeternum.

† Alternum ſeritote diem concorditer ambo. — Char. lib. 1.

— haſteis. — Ser. 2. Aen.
Horret ager, campeiq́. armeis ſublimibus ardent.

— deſunt riuos, campoſq́. † remant — — Feſt. Remit.

Conſtitit inde locei † propter ſos dia Dearum. — Idem Sos.

* Vnus erit, quem tu tolles ad caerula caeli
Templa, — — Var. li. 6. de lin. Lat.

— quem ſuper ingens
Porta tonat caeli — — Senec. li. 19 Epiſt.

* Romolus in caelo cum Dijs genitalibus aeuum
Degit, — — Cic. 1. Tuſc. & Ser. 6. Aen.

— ô Romole, Romole, dic ō
Qualem te patriae cuſtodem Dij genuerunt?
Tu produxiſti nos † intra luminis oras.
Ô pater, ô genitor, ô ſanguen Dijs oriundum. — Lact. lib. 1. de fal. relig. cap. 15. Priſc. lib. 6.

† endo.

*

Feſt. Quadrata.

Ecquis extiterit Romae regnare quadratae?

*

Non. Fortunatim.

* Mi reliquae fidei, regno, vobiſq. Quirites,
Se fortunatim, feliciter, ac benè vortat.

*

Var. li. 6. de lin. Lat.

* Ollei reſpondet ſuauis ſonus Egeriái.

*

Idem ibid.

* Menſas conſtituit, idemque ancilia primus,

Idem ibid. Feſt. Tutulati.

Libaque fictores, Argeos, & Tutulatos.

*

Non. Parumper. Idem Hora. Macrob. lib. 6. cap. 1 Agellius li. 13. cap 22.

Te nūc sācta precor Ven⁹, & genetrix patri' noſtrei,
Vt me de caelo viſas cognata parumper.
Teque Quirine pater veneror, Horamq. Quirini,
Teq. pater Tiberine, tuo cum flumine ſancto
Nerienem Mauortis —

*

— face verò

Feſt. Orare.

Quod te cum precibus pater orat —

*

Macrob. lib. 6. cap. 1. Idem ibid.

Qui caelum verſat ſtelleis fulgentibus aptum.
Quòm ſuperum lumen nox intempeſta teneret.

*

Feſt. Sum.

† At te non vt ſum, ſummam ſeruare decet rem. † Attu.

Idem Stolidus.

Nam † vidi pugnare ſues, † ſtolidi ſoliti ſunt. † Vide ſolidi.

*

Reliqua deſiderantur

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

Li. 6. de lin. Lat.

MVSAE] Refertur is verſus à M. Varrone, qui vt illi ſaepè mos eſt, praetermiſit authorem. Eundem mutilum quidem, ac deprauatum, non indicata operis inſcriptione, ita Seruius affert ex Ennio.

Li. 11. Aen.

Ad Muſas quae pedibus pulſatis Olympum.

Ab altero quidem integer verſus, ab altero verò auctoris nomen habetur.

betur. Cur autem initio eum collocauerimus, id potiſſimum nos impulit; ſiue, quòd Ennius vnus omnium ad Homericam maieſtatẽ, magniloquentiamq. aſpirans, totum ſe ad illius imitationẽ contulerit, vt alter inde Homerus exiſtimaretur; ſiue quòd Pythagoricorum opinionem ſequutus, ſibi perſuaſerat Homeri animam in ſomnis ſibi viſam, in ſuum corpus, vt paullò poſt dicemus, commigraſſe. Quare cum Homerus in vtriuſq. ſui operis ingreſſu Muſam inuocauerit, decuit etiam Romanum Mæonidem à Muſarum inuocatione eſſe auſpicatum. Confirmat id M. Varro initio librorum de Re ruſtica, cum inquit. *Et quoniam vt aiunt, Dei facientes adiuuant, prius inuocabo eos; nec vt Homerus, & Ennius Muſas, ſed XII. Deos conſenteis*. Qua verò ratione Homerus vtriuſq. poematis exordium à Muſae inuocatione incohauerit, Plutarchus in libello de illius vita explicauit, vt ſcilicet quae dicenda erãt, auguſtiora, maioriſq. ponderis atq. exiſtimationis haberentur: ſiue, vt Euſtathio placet, vt audientes nominis veneratione facilius allicerentur. At Poeta noſter non vnam tantum Muſam, vt Homerus, ſed omnes cõſultò inuocauit. Oportebat enim, dum glorioſas Romani populi res geſtas caneret, incredibileſq. victorias, ac imperij fines longè, lateq. per vniuerſum ferè terrarum orbẽ propagatos, omnes inuocare, ſibiq. propitias reddere. Muſarum quidem numerus incertus eſt: nam Ephorus, & Eumelus Corinthius tres tantum fuiſſe aſſeruerunt, fortaſſe quia tria ſunt muſicae melodiae genera, Enarmonicum ſcilicet, Diatonum, & Chromaticum; aut quia triformis eſt modulandi natura, aſſa nimirum voce, ſpiritu, quo tubarum, tibiarumq. ſonitus excitatur, & ſidiũ intenſione, atq. pulſu. Aratus autem in V. τῶν ἀςρικῶν quatuor poſuit, cum quo Mnaſeas conſentit. Myrtilus, & Epicharmus ſeptem, octo Crates, nouem Pierius Macedo, Heſiodus, & alij quàm plurimi, fortaſſe à numeri praeſtantia: quandoquidem à primo impari quadratus efficitur, & impariter impar, dum in tres terniones diſcinditur, quorum ſinguli rurſus in tres vniones ſecantur. Quamuis nonnulli id ad priſcorum opinionem referant, qui aſſeruerunt, nouem caeleſtes orbes ſua circumuolutione muſicos ſonos diuerſos, atq. diſtinctos efficere, alios quidem graues ex tardiori, alios verò acutos ex celeriori orbium impulſu, atque motu. Harum Calliope tanquàm natu maxima, vt Iamblicus tradit ad Dexippum, eminentiorem obtinet locũ. Cuius rei non ignarus Horatius, ita eam euocauit è caelo: Lib. 3. Car. Od 4.

Deſcende Caelo, & dic age, tibia
Regina longum Calliope melos.

Ad quod etiam reſpiciens Caeſius Baſſus, in lib. 11. Lyricorum ait.

Calliope Princeps ſapienti pſallerat ore.

In quo

Iliad. 1. (margin note beside "mationis haberentur")

In quo verſu & eam principes partes obtinere docuit, & ad nominis enodationem alluſit. Dum enim eam ore ſapienti pſallere dixit, καλῇ ὀπὶ, hoc eſt, ſuaui voce preditam eſſe demonſtrauit. Habitus autem fuit Pierus Muſarum pater, à quo ipſae Pierides appellatae ſunt, quòd primus omnium poëma condiderit, nouemq. filias optimis artibus diuerſiſq. imbuerit diſciplinis: quibus Muſarum nomina impoſuit, vt in libro III. de Choris teſtatur Ariſtocles. Alij non Pieri, ſed Iouis filias fecerunt, in qua opinione Naeuium fuiſſe ex verſu illo apparet.

Nouem Iouis concordes filiae ſorores.

Eas inſuper, quae allegoricè ſcientiae interpretantur, ſimul Olympũ montem eminentiſsimum, in colere commenti ſunt, hoc eſt humani corporis partẽ editiorem — PEDIBVS MAGNVM PVLSATIS OLYMPVM.] Pulſare pedibus eſt choreas ducere, quarum Muſas praeſides fuiſſe auctor eſt Srabo libro X. Nec ab re quidẽ, effinxerunt Muſas manus inter ſeſe mutuo prenſantes, choaeas ducere, cum virtutes vnà iunctae cohaereant, aliaq. dependeat ab alia.

Lib 6. faſt. Ouidius. *Pars uiridem celeri ter pede pulſat humum*

Li. 1. de Arte. Idem. *Ludius aequatam ter pede pulſat humum*

Lib. 1. Car. Od 37. Horatius *— nunc pede libero*

Pulſanda tellus —

Lib. 1. Apollonius Rhodius. — κραιπνοῖσι πέδον ῥήσσουσι πόδεσσιν

In Iph. in Aud. Chorus apud Euripidem ait, Pierides in Deorum conuiuio aureis ſandaleis impreſſo veſtigio terram pulſantes, ad Pelei nuptias veniſſe.

Πιερίδες ἐν δαιτὶ θεῶν
Χρυσεοσάνδαλον ἴχνος
Ἐν γᾷ κρούουσαι
Πηλέως εἰς γάμον ἦλθον.

Arrianus eadem elocutione ait. κρούειν τοῖς ποσὶ τὴν γῆν. Praetereà pulſare pedibus, incedere eſt, Virgilius, qui hoc loco Ennium potius in

Lib. 10. verbis, quàm in ſignificatione eſt imitatus.

— almaq. curru

Noctiuago Phoebe medium pulſabat Olympum.

Lib. 6. Met. Ouidius., *Iam labor exiguus Phoebo reſtabat, equique*

Pulſabant pedibus ſpatium decliuis Olympi.

Olympus autem aliquando caelum intelligitur quaſi ὁλόλαμπος, vel ὅλος λαμπρὸς, vt exponit Plutarchus in libello de Vita Homeri, & Theõ

Lib. 3. Car. Od. 3. nobilis Arati interpres, quod Horatius ſignificans, caelum *lucidas ſedes* appellauit.

ὀδυσ. ζ. De quo Homerus.

Οὔλυμπόνδ', ὅθι φασὶ θεῶν ἕδος ἀσφαλὲς αἰεὶ

Ἔμμε-

Ἔμμεναι, οὔτ' ἀνέμοισι τινάσσεται, οὔτε ποτ' ὄμβρῳ
Δεύεται, οὔτε χιὼν ἐπιπίλναται, ἀλλὰ μάλ' αἴθρη
Πέπταται ἀνέφελος, λευκὴ δ' ἐπιδέδρομεν αἴγλη.

Quandoque Macedoniae mons eſt, vt placet Varroni, ſiue Theſſaliae, vt vult Herodotus, ſiue inter vtranq. ſitus, vt alij aſſerunt, aſſurgens, vt Geometrica ratione menſus eſt Zenagoras, ſupra X. ſtadia: quiq. eam aëris regionem vertice ſuperat, quam nubes attingunt. Vnde Lucanus. *— nubes excedit Olympus.* Li 6. de lin. Lat. lib 7. Lib. 2.

Eandem rem ſic vberiùs extulit Claudianus. In Panegyr. Manlil.

— ſed vt altus Olympi
Vertex, qui ſpatio uentos hyemeſq. reliquit,
Perpetuum nulla temeratus nube ſerenum
Celſior exſurgit pluuis, auditq. ruentes,
Sub pedibus nimbos, & rauca tonitrua calcat.

Meritò igitur Olympus mons, cùm nullis ſit perturbationibus obnoxius, hoc ſibi cum caelo commune nomen comparauit. Eſt inſuper alius in Myſia Olympus mons, in cuius radici bus fertur Annibal Byrſam ciuitatem condidiſſe, dum apud Bythiniae regem moram traheret, ita ab Olympo rege, vt Dionyſius Mileſius tradit, appellatus: ſiue vt alij malunt ab Olympo tibicine, Marſyae diſcipulo. Alius eſt in Gallograecia clarus victoria Manlij Volſonis, alijq. etiam alijs in locis. Muſas verò Olympiadas eſſe appellatas, placet Euſtathio: tanquam ὀλύμπια δώματ' ἐχούσας, vel tanquam Iouis Olympici filias, Varroni autem, pòtius ab Olympo Macedoniae monte, quàm à caelo, quandoquidem à terreſtribus locis Libethrides, Pimpleides, Pimpliades, Theſpiades, Heliconiades cognominatae ſunt. Vnde Heſiodus illas facit in Heliconis vertice circa Iouis aram tripudiantes. In Iliad. β. lib. 6. de lin. Lat. In Theogō.

Καί τε περὶ κρήνην ἰοειδέα πόσσ' ἁπαλοῖσιν
Ὀρχεῦνται, καὶ βωμὸν ἐρισθενέος Κρονίωνος.

Et paullò poſt,

Ἀκροτάτῳ Ἑλικῶνι χορούς ἐνεποιήσαντο

MAGNVM] Eodem epitheto antè Ennium vſus eſt Homerus. Iliad. α.

Κρατὸς ἀπ' ἀθανάτοιο, μέγαν δ' ἐλέλιξεν Ὄλυμπον.

& rurſus. — τῷ δ' ὑπὸ ποσσὶ μέγας πελεμίζετ' Ὄλυμπος.

LVNAI PORTVM] Hunc verſum Cornuti monitu, in primi Annalis initio collocauimus, qui exponens hos Perſij verſus ad Sabinum, *— mihi nunc Ligus ora* Iliad. Θ. Satyr. 6.

Intepet, hibernatq. meum mare, quà latus ingens
Dant ſcopuli, & multa litus ſe ualle receptat.
Lunai portum eſt operae cognoſcere ciues.
Cor iubet hoc Enni, poſtquam deſtertuit eſſe

Maeoni-

Maeonides, Quinctus pauone ex Pythagoreo.

inquit, Perſium hũc uerſum ad ſuũ carmen de Ennij carminibus trãſtuliſſe: & ſic dixiſſe Enniũ in Annalium ſuorũ principio, ubi ſe dicit uidiſſe Homerũ. Fieri tamen potuit, vt cùm è Sardinia rediјſſet (quẽadmodum in vita diximus) in hoc portu quieti ſe tradens, in ſomnis ſibi viſus videri ſit, in Parnaſſo eſſe, ibiq. Homeri animam per aliorũ corpora ad ſe veniſſe. De Luna autem primo Etruriae oppido, portu
Lib. 3, cap. 5 nobili, vt ait Plinus, haec à Srabone tradita ſunt: Τούτων δὴ μὲν Λοῦνα πό-
lib. 5. λις ἐστὶ, καὶ λιμήν. καλοῦσι δ' οἱ Ἕλληνες Σελήνης λιμένα, καὶ πόλιν. ἡ μὲν οὖν πόλις οὐ μεγάλη: ὁ δὲ λιμὴν μέγιστός τε καὶ κάλλιστος, ἐν αὐτῷ περιέχων πλείους λιμένας, ἐγχιβαθεῖς πάντας, οἷον ἂν γένοιτο τὸ ὁρμητήριον θαλαττοκρατησάντων ἀνθρώπων τοσαύτης μὲν θαλάττης, τοσοῦτον δὲ χρόνον. περικλείεται δ' ὁ λιμὴν ὄρεσιν ὑψηλοῖς, ἀφ' ὧν τὰ πελάγη κατοπτεύεται, καὶ Σαρδὼν, καὶ τῆς ἠϊόνος ἑκατέρωθεν πολὺ μέρος. Sententiam huius loci ita Latinè expreſsimus. Luna igitur ciuitas, & portus eſt. Vocant autem Graeci Σελήνης, hoc eſt Lunae & portum, & vrbem. Ciuitas quidem, non ſanè magna eſt, maximus verò, & pulcherrimus portus, plures alios intra ſe portus complectens, omnes haſtae longitudine profundos, adeoq. vt omnibus, qui maris imperio potiti ſunt, multos per annos eſſet perfugiũ. Clauditur autem vndiq. portus excelſis montibus, ex quibus longè ſubiectum pelagus luſtratur oculis, nam & Sardinia, & magna vtriuſq. litoris pars inde proſpicitur: de qua Silius libro VIII.

Tunc quos à niue is exegit Luna metallis,
Inſignis portu, quò non ſpatioſior alter,
Innumeras cepiſſe rates, & claudere pontum.

— EST OPERAE COGNOSCERE] Deeſt *pretium*, Sicut aliquando apud auctores deeſt *operae* Cornel. Tacit lib. I. *Germanico pretium fecit, conuertere agmen*, & lib. II. *Res, eo anno prolatas, haud re-*
Lib 2 Epiſt. *ferrem, niſi pretium foret*. Integrè Horatius,

Sed tamen eſt operae pretium cognoſcere —

Satyr. 6. Et Iuuenalis

Eſt operae pretium penitus cognoſcere —

Plura de hac voce adnotauit Budaeus in Pand. Valla tamen interpretatur, *fructuoſum, & ad rem pertinens*: videturq. vox ab operarijs translata. Indeq. Liuius ſuam hiſtoriam exorſus eſt. — VISVS HOME-
Li 4. Acad. RVS] Refert his verbis Cicero hoc ἀκροτελεύτιον. *Eadem ratio eſt ſomniorum. Num cenſes, Ennium eum in hortis cum Seruio Galba uicino ſuo ambulauiſſet, dixiſſe, Viſus ſum mihi cum Galba ambulare? At cùm ſomniauit, ita narrauit, uiſus Homerus adeſſe poeta*: & eodem libro. *Ea ſunt (inquit) eiuſmodi, quae à te diligentiſſimè tractata ſunt, dormientium, & uinolentorum, & furioſorum uiſa imbecilliora eſſe, dicebas, quàm uigilantium,*

tium, ſiccorum, ſanorum. Quomodo? Quia cùm experrectus eſſet Ennius non diceret, ſe vidiſſe Homerum, ſed viſum. Viſa enim dicuntur non quae ſunt, ſed quae eſſe videntur. Non enim Homeri corpus Ennio per quietem apparuit, quod multis antè ſaeculis contabuerat: ſed quoddam Homeri ſpectrum, ſeu ſpecies, quam Ennij phantaſiae aſſidua de illo cogitationis impulſio repraeſentauerat; quem prae manibus noctes, & dies habebat, cuiuſq. maieſtatem, ſublimitatemq. cùm ſummopere admiraretur, eum ſibi vnicè imitandum propoſuerat. Nam, vt de eodem in ſomnio Scipionis loquitur Cicero, fit ferè, vt cogitationes, ſermoneſq; noſtri pariãt aliquid in ſomno tale, quale de Homero ſcribit Ennius, de quo videlicet ſaepiſsimè vigilans ſolebat cogitare, & loqui. Nec quidem dubium eſt, vigilantibus nobis, cogitationum, quibus magnopere dediti ſumus, quaedam impreſſa remanere veſtigia, vnde earum nobis in ſomnis ſpecies, & ſimulacra referuntur. Quamobrem Philippidem illum, equorum amorem nomine ipſo praeſeferentem facetè, vt aſſolet, confinxit Ariſtophanes ἐν νεφέλαις, equos ſomniantem. Vnde Terentianus Charinus. In Andel. Act. 5, Sc. 6.

——num ille ſomniat
Ea, quae uigilans uoluit?

Idem etiam luculentiſsimè explicauit Lucretius, Lib 4.

Et quoi quiſque ferè ſtudio deuinctus adhaeret,
Aut quibus in rebus multùm ſumus antè morati;
Aut in qua ratione fuit contenta magis mens;
In ſomnis eadem plerumq. videmur obire:
Cauſſidici cauſſas agere, & componere leges:
Endoperatores pugnare, & praelia obire:
Nauita contractum cum ventis degere bellum.

Quem imitatus Petronius,

Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſaeuit in vrbes.

Item, *Qui cauſſas orare ſolent, legeſq., forumq.*

Et paullò poſt,

Aut premit euerſam periturus nauita puppim.

Claudian. *Venator defeſſa toro cùm membra reponit,* In 6 Conſul. Honor.
Mens tamen ad ſiluas, & ſua luſtra redit,

Coniectores apud Attium in Bruto Tarquinij ſomnium interpretantes, aiunt,

Rex, quae in vita vſurpant homines, cogitant, curant, vident,
Quaeq. agunt vigilantes, agitantq. ea, ſi cui in ſomno accidunt;
Minus mirũ eſt. ſed in re tanta haud temerè improuiſo offerũt.

Eiſdẽ paenè verbis, refert Ariſteas in libro de LXXII. interpretibus,

ex his vnũ ad Ptolaemeũ Philadelphũ reſpondiſſe. Etenim ô Rex, in quibus quiſq. plurimùm verſatur vigilãs, etiã per quieté eaȓundé rerũ cura hominẽ recurſat. Ennij verò ſomniũ his verſib' expreſsit Lucretius.

Et ſi praetereà tamen eſſe Acheruſia templa,
Ennius aeternis exponit verſibus edens;
Quò neque permanent animae, neque corpora noſtra.
Sed quaedam ſimulacra modis pallentia miris.
Vnde ſibi exortam ſemperflorentis Homeri
Commemorat ſpeciem, lacrumas effundere ſalſas
Coepiſſe, & rerum naturam expandere dictis.

Putant aliqui, eum verſum, *Quò neque permanent animae, & cet.* cum ſequenti, ex Ennio Lucretium protuliſſe. Sed ego totum hunc locum arbitror eſſe Ennianum, qui fortaſſe ità cecinit,

—— Acheruſia templa
Quò neque permanent animae, neque corpora noſtra:
Sed quaedam ſimulacra modis pallentia miris.
Inde mihi ſpecies ſemper florentis Homeri
Exoriens, viſa eſt lacrumas effundere ſalſas
Caepiſſe, & rerum naturam expandere dictis.

Ex quo loco apparet, Ennium ſequutum eſſe eorum opinionem, qui voluerunt, pòſt mortem non animas ad inferos deſcendere, ſed ſimulacra quaedam. Vnde Virgiliana Dido, cùm ſibi mortem conſciſcere vellet, non ſuam ipſius animam, non corpus apud inferos, ait, deſcenſurum, ſed imaginem,

Vir. 4. Aen. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.*

Lib. 3. Propertius ad eiuſdem ſomnij imitationem,

Viſus eram molli recubans Heliconis in vmbra,
Bellerophontaei quà fluit humor equi:
Reges, Alba, tuos, & regum facta tuorum
Tantum operis neruis hiſcere poſſe meis:
Paruaq. tam magnis admoram fontibus ora,
Vnde pater ſitiens Ennius ante bibit.

Eò alluſit in ſui operis exordio Perſius.

Nec fonte labra prolui Caballino,
Nec in bicipiti ſomniaſſe Parnaſſo
Memini, vt repentè ſic poëta prodirem.

Quae verba eius magiſter, & interpres explicans, ait, *Tangit enim Ennium, qui dicit, ſe vidiſſe in Parnaſſo, ſomniando, Homerum ſibi dicentem, quòd eius anima in ſuo eſſet corpore.* In qua re videtur Ennius commẽtitiam illam opinionem de animarum traductione ſequutus, quam Pythagorici μετεμψύχωσιν vocabãt: quae quãuis à veritate abhorreat, teſti-

teſtibus tamen grauiſſimis non caruit; & in primis Platone, qui in Phaedro, Phaedone, Timæo, extremo de Republica, & XII. de Iuſto multa cóſperſit, quae ex caenoſis huius μετεμψυχώσεως lacunis hauſit: vnde limpidos ſuae philoſophiae fontes conturbauit. Eademq. nota inuſtus fuit etiam Empedocles, qui ſe aliquando puerum, puellam, fruticem, auem, tum etiam piſcem fuiſſe, aſſeuerauit.

Ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε
Θάμνος τ᾽ οἰωνός τε, καὶ εἰν ἁλὶ ἔλλοπος ἰχθύς

Qui verſus hoc modo Latinè conuerſi, leguntur apud Calcidium, à non ſatis docto, vt videtur, interprete, ſiue ille ipſe fuerit, ſiue alius,

Nanque ego iam dudum vixi puer, & ſolida arbos,
Et tali ſexu, inde animal, tum lactea Virgo.

Ad hanc etiam opinionem reſpexit Maro, Lib. 6.

Rurſus & incipiant in corpora velle reuerti.

De qua quidem animorum immigratione in varia corpora Ennium ceciniſſe, teſtatur Lucretius, Lib. 1.

An pecudes alias diuinitus inſinuet ſe,
Ennius vt noſter cecinit ——

Qua quidem opinione imbutus, Homeri animam in ſe aduolaſſe, ſcripſerat. Quapropter fortaſſe Critici eum alterum Homerum appellarunt: ſic enim Horatius, Li. 2. Epiſt.

Ennius & ſapiens, & fortis, & alter Homerus,
Vt Critici dicunt, leuiter curare videtur
Quò promiſſa cadant, & ſomnia Pythagorea.

Proditum eſt, Pythagoram primum in Italiá ex Aegyptijs id dogmatis aduexiſſe, qui poſtquàm eorum edoctus ſapientiam inde reuerſus eſt, in ſubterranea ſpecu ſe abdidit, matrem monens, vt de ipſius obitu famam ſereret, qui, cùm diù pòſt in hominum conſpectu ex improuiſo prodijſſet, multa de animarum palingeneſia, ac de inferis mõſtruoſa, ac praeter omnem fidem commentus eſt. Quod pleriſq. eum cauillandi, deridendiq. anſam praebuit; Cratino praecipuè, ἐν Πυθαγοριζούσῃ, & ἐν Ταραντίνοις, ac etiam Xenophani, qui eum in quadam elegia carpit, quòd cùm aliquando quendam conſpiceret canẽ verberantem, eius miſertus, percuſſorem admonuit, ne ampliùs caederet, quandoquidem eiulatu cognouerit, amici animam in canem cõmigraſſe. Caeterùm antè Pythagoram fertur fuiſſe Orpheus huius opinionis aſſertor, de quibus Olympiodorus, παλαιὸς λόγος Ὀρφικός τε καὶ Πυθαγόρειος, ὁ πάλιν ἄγων τὰς ψυχὰς εἰς τὸ σῶμα, καὶ πάλιν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀνάγων, καὶ τοῦτο κύκλῳ πολλάκις. Nec id quidem videtur alienum ab Homeri ſententia, qui inducit Hectorem, Antilochum, & Achillem cum equis colloquentes. Neq; aliud oſtendere voluit per canem, qui

priùs quàm caeteri domeſtici Vlyſſem cognouit, quàm humanae rationis commercium, agnationemq. cum brutorum animis. Hoc autem Ennij ἀκροτελεύτιον hunc ſibi locum depoſcere videtur. Nam Porphyrio in explicatione praecedentium Horatij carminum, ait, *Ennius in principio Annalium ſuorum ſomniaſſi, ſcripſit, admonitus, quòd ſecundum Pythagorae dogma anima Homeri in ſuum corpus veniſſet.* Qua in re à Cornuto nihil diſcrepat, vt ſupra retulimus. Caeterùm dimidiatũ hunc verſum hoc modo explere poterimus,

In ſomnis mihi viſus Homerus adeſſe poëta.

Lib 2 Aen. Quae verba ex Virgilio repoſuimus, qui ea ex his Ennianis excerpſit,

In ſomnis ecce ante oculos moeſtiſſimus Hector
Viſus adeßе mihi ——

Non enim dubium eſt hoc Ennij ſomnium Maronem ad Hectoris ſomnium tranſtuliſſe: praeſertim cùm verſum illum, quem ſubijcit,

Ser 2 Aen. *Heu mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo,*

Ennij integrum eſſe conſtet. Iiſdem penè verbis Attius in Bruto narrat ſomnium Tarquinij Superbi, cuius ſupra meminimus,

Viſus eſt in ſomneis paſtor ad me adpellere.

TRANSNAVIT CITA PER TENERAS CALIGINIS AVRAS.] Refert ex hoc Annali hunc verſum Seruius, in extremo Georgicorum, explicans illud, *Nare per aeſtatem & caet.* vbi obſeruat, *Nare*, poſitum eſſe, pro, volare, quamuis huius vocis proprietas natantibus, quàm volantibus aptior ſit. Arbitror, hoc loco Poëtam narrare quonam pacto Homeri anima, ſiue vmbra ex inferis in ſuperam regionẽ, per interiectam caliginem euolauerit: & ad Zoroaſtris, & aliorũ, de anima, opinionẽ alluſiſſe, qui eam alatam eſſe voluerunt. Deeſt in mutilis his noſtris decurtatiſq. Seruij commentarijs hic Ennij locus, quem mihi cum ſex alijs miſit Fuluius Vrſinus, vir in omni doctrinarum genere excultiſſimus, & de omni antiquitate optimè meritus, ex integro, ac peruetuſto Seruij exemplari ſuper quatuor libros Georgicorum literis Longobardicis exarato. TVM MEMINI FIE-

Lib 1. RI ME PAVVM.] Apud Soſipatrum ſine metri ratione habetur, *Memini me fieri pauum.* Quo in loco obſeruat peritus Grammaticus, priſcos, pauũ, pro, pauone dixiſſe. Vnde in vtroque genere Auſonius,

Pauaq. de pauo conſtitit ante oculos.

Apud Donatum in Andriae commentario, idem locus habetur, *Memini me fieri tum pauidum:* & rurſus in Phormione, *Memini me fieri paruum.* Nos verò Chariſij lectionem vt ſynceriorem ſequuti, *Tum*, dictionem, ex Donato, in principio addidimus, & aliam trãſpoſuimus; vt decurtati carminis verba numeris non carerent. Sunt tamen qui pro, *fieri, firi*, malint antiquo more legendum eſſe. Ex quo autem

Ennij

Ennij libro hoc hemiſtichiũ deſumptũ ſit, quamuis non liqueat, in propria tamẽ ipſius ſede illud nos collocaſſe exiſtimamus. Nam haec Homeri verba eſſe videntur, qui Ennio narret, ſe pauonem quondam fuiſſe. Quod confirmare poſſumus Q. Septimij Tertulliani teſtimonio, qui in libro de Anima refutans huiuſmodi Pythagorae, & Empedoclis portenta, planiſſimè hunc locum explicauit his verbis, *Pauũ ſe meminit Homerus, Ennio ſomniante, ſed poëtis nec vigilantibus credam. Et ſi pulcherrimus pauus, & quo velit colore cultiſſimus; ſed tacent pinnae, ſed diſplicet vox. & poëtae nil aliud quàm cantare malunt.* Huc etiã ſpectat illud Perſij, quod antè memorauimus.

Cor iubet hoc Enni, poſtquàm deſtertuit eſſe Sat. 6.
Moeonides, Quinctus pauone ex Pythagoreo.

Crediderunt ſiquidem Pythagorici Homerum in pauonem transmigraſſe, quoniam ſua poëmata mira, ac incredibili poëticorum pigmẽtorum varietate conſperſerit, exornaueritq. Caeterùm de hac animarum migratione de corporibus ad alia hominum, ſiue brutorum corpora, haec ferè ab auctoribus tradita ſunt. Sophoclis Scholiaſtes, Heraclides Ponticus, & alij pleriq. teſtantur, Pythagorã aſſeueraſſe, antè Troiani belli tempora ſe Aethalidem, vel vt alijs placet, Ephalidem fuiſſe, in Troiano verò bello Euphorbum, demùm Hermotinum, ſiue Hermippum Samium, deinde Pyrrhum Delium piſcatorem, poſtremò Pythagoram. Alij verò tradiderunt Aethalidem Troianis temporibus fuiſſe Euphorbum Panthoi filium, deinde Pyrrhum Cretenſem, deinde Eleum quendam, cuius nomen prorſus ignotum eſt; & poſtremò Pythagoram. At Pythagoras ipſe in libro quem inſcripſit, Περὶ τοῦ μεταλλαιοῦσθαι τὰς ψυχὰς, καὶ παλινδύνειν εἰς ἕτερα σώματα, aſſerit ſe fuiſſe primùm Aethalidem, deinde Euphorbum Troianum, poſtea Mercurij & Samiae cuiuſdam meretricis filium, tãdem Pythagoram. Li. 6. Theb.
Lactantius verò Firmianus Papinij interpres (vt ipſius met teſtimonio aſſerere poſſumus, quamuis multi neſcio quem Luctatium ſomnient:) aliam tranſmigrationis ſeriem refert; Troiani ſcilicet belli tem- Li. 3. Theb
pore primùm fuiſſe Euphorbum, tum Pythagorã, poſteà pauonem deinde Homerum, cuius tandem anima in Ennium euolauit. Qui verò huius ſequuntur opinionem, *Quinctus*, in Perſij carmine non ad numerum referunt, ſed ad Ennij praenomen. Quinctum enim illũ appellatum fuiſſe, perſpicuum eſt. Qui autem ad numerum referũt, alium tranſmutationis ordinem recenſent, vt nimirũ à pauone quinctus Ennius numeretur. Primùm enim pauonẽ fuiſſe dicunt, deinde Euphorbũ, poſteà Pythagorã, demũ Homerũ (ſi tamen credendũ eſt Pythagoram Homero aetate anteceſſiſſe) poſtremò Ennium. Quocirca magna atque praeclara de ſeipſo pollicitus eſt. Verùm cum haec

aniles

aniles prorſus nugae ſint ac delirantium ſomnia, nihil eſt, quòd in eis confutandis immoremur. — SCRIPSERE ALII] Facit ſibi Poëta attentos auditores, cùm ſe cultiori, ſublimioriq. ſtilo ſcripturum dicit, quàm caeteri, qui eum praeceſſerunt. *Scripsēre* autem dixit, non cecinēre, quod illuſtrium poëtarum propriũ eſt, Naeuio id praecipuè exprobrans, qui primum bellum Punicum rudi, & impolito Saturnio carmine ſcripſerat. An verò rectius ſcripſēre, quàm ſcripſerunt dictum ſit, in Oratore adnotat Cicero, *Nec verò reprehenderim. — Scripsēre alij rem, & ſcripſerunt eſſe verius ſentio: ſed conſuetudini auribus indulgenti, libenter obſequor.* — REM] Poëma, in qua ſignifi-

Li 2. Epiſt. catione Horatius, vt Porphyrio interpretatur,

Tentauit quoq. rem ſi dignè vertere poſſet.

VERSIBV' QVOS OLIM] Saturnios verſus intelligit. Fuit

In Saturno. autem vetuſtiſſimum carminis genus Saturnium, de quo Feſtus; *Verſus quoq. antiquiſſimi, quibus Faunus fata ceciniſſe hominibus videtur, Saturnij appellantur, quibus, & à Naeuio bellum Punicum ſcriptum eſt.* Politianus in Nutricia,

Et modò reprehenſi deflorans carmina Naeui,
Carmina, quae quondam Fauni vateſq. canebant.

Fuit autem dictus Saturnius verſus, quoniam Saturni temporibus Fauni, ac vates eo metro in edendis oraculis vti conſueuerunt: veluti

Li. 6. de lin. Lat. Apollo multis ſaeculis heroico carmine vſus eſt. Quod approbat M. Varro, cùm ait, *Fauni Dei Latinorum, ità vt Faunus, & Fauna ſint in verſibus, quos vocant Saturnios. In ſilueſtribus locis traditum eſt ſolitos fari, à quo fando, Faunos dictos.* Alij autem opinantur, eos verſus ita nominatos fuiſſe, à Saturnia vetuſtiſſima Italiae vrbe, ſiue à Saturnijs, quo nomine Itali appellati ſunt; à quibus perhibetur id genus carminis fuiſſe inuentum: quod minimè cõſentit Attilius Fortunatianus, qui ante Italos eo metri genere Graecorũ antiquiſſimos aſſerit in Comoedijs, & Tragoedijs vſos fuiſſe: de quo verſu loquẽs Terẽtian⁹, ait,

Quem credidit vetuſtas,
Tanquàm Italis repertum,
Saturnium vocandum;
Sed eſt origo Graeca:
Illique metron iſtud
Certo modo dederunt:
Noſtrique mox Poetae
Rudem ſonum ſequuti.
Vt quaeque res ferebat,
Sic diſparis figurae,
Verſus vagos locabant.

Nec

Nec quidem dubium eſt, antiquos illos, praeter quàm quòd duriſſimos eos verſus fecerunt, minimè conſtanti lege, metrorum rationem habuiſſe: nam alios breuiores, alios longiores ediderunt: quamuis Aſconius tradat, ſenarium hypercatalecticum, Saturnium dici. Quo verſuum genere, vt idem ait Fortunatianus, noſtri Duces in tabulis antiquis, quas triumphaturi in Capitolio figebant, victoriae titulum inſcribebant, cuius hoc refert exemplum ex L. Aemilij Regilli tabula, qui nauali praelio Regis Antiochi praefectos ſuperauerat. 2. in Verr.

Duello magno dirimendo, regibus ſubigendis.

Huius etiam tabulae verba extant apud Liuium lib. XL. ſed valdè deprauata. Item ex alia Acilij Glabrionis.

Fudit, fugat, proſternit maxumas legiones.

Extat & alius Saturnius, apud alium Grammaticum ex iiſdem Capitolinis tabulis.

Summas opes qui regum regias refregit.

Scripſimus autem, *Verſibu'*, non, *Verſus*, vt perperàm apud Varronem in VI. de ling. Lat. habetur. & licet ità apud Ciceronem in Bruto legatur, id tamen factum eſt ob ſermonis conſequentiam: ait enim, *Quid? noſtri veteres verſus vbi ſunt? Quos olim Fauni & caet.* Sed tamen apud eundem lib. I. de Diuin. & in Oratore rectè quidem Verſibu' veterum more legitur, qui', in dictionibus in us, deſinentibus, conſona ſequente, elidebant S. quod Ennio aliiſque illius ſaeculi ſcriptoribus perfrequens fuit. Poſteriores verò parcè admodum vſi ſunt. Qua de re Cicero in Oratore. *Quin etiam, quod iam ſubruſticum videtur, olim autem politius, eorum verborum, quorũ eaedem erant poſtremae duae literae, quae ſunt in optumus, poſtremam literam detrahebant, niſi vocalis inſequebatur. Ita non erat ea offenſio in verſibus, quam nunc fugiunt poëtae noui. Ita enim loquebamur, qui eſt omnibu' princeps, non omnibus princeps. Et — vita illa dignu' locoq. non dignus. —* FAVNI VATESQ.] Seruius VII. Aeneidos. *Quidam Deus, inquit, eſt Fatuellus, huius vxor eſt Fatua; iidem ſunt Faunus, & Fauna: dicti autem ſunt à fando, ideſt vaticinando, vnde etiam fatuos dicimus inconſideratè loquentes.* Idem paullò poſt Faunum dictum vult ἀπὸ τῆς φωνῆς, quòd voce, non ſignis futura praediceret. Lactantius. L. I. Diuin. inſt. *Ante Pompilium Faunus in Latio, qui & Saturno auo nefaria ſacra conſtituit, & Picum patrem inter Deos honorauit, & Sororem ſuam Faunam eandemq. coniugem ſacrauit, quam C. Baſſus Fatuam nominatam tradit, quòd mulieribus fata canere conſueuerit, vt Faunus viris:* qui, vt tradit Lib. 2. Aen. Ariſtides in lib. III. de rebus Italicis, editus eſt ex nefario Valerij Tuſculani cum filia inceſtu. CANEBANT] Canere vaticinantes dicebantur, Virgilius.

Sola

Sola mihi tales caſus Caſſandra canebat.

Lib. 6. Et rurſus, *Ipſa canas oro* ——

QVOM NEQVE MVSARVM SCOPVLOS] A rei difficultate. Montes enim aditu difficiles, quos Muſae incolunt, ſcopulos, quaſi loca, vt Graeci dicunt, δύσβατα, appellauit, ob labores, qui in addiſcendis diſciplinis ſunt exantlandi, ex eorum opinione, qui Muſas, ſcientias, & rerum optimarum cognitionem eſſe, arbitrati ſunt. Scopulus enim, non modò rupes mari imminens, ſed quiuis editus locus, vt Heſychio placet, nuncupatur. Cuius verba ſunt, Σκόπελός ἐστι ὑψηλὸς τόπος, ἢ πέτρα, ἢ ἀκρώρεια, ἀφ' ἧς ἔστι σκοπεῖν τὰ κύκλῳ. Dictus eſt autem σκόπελος ἀπὸ τοῦ σκοπεῖν: nec malè Latini deducunt à ſpeculando. —QVISQVAM SVPERARAT] Haec verba in

In Bruto. optimis Ciceronis exemplaribus habentur: in paſſim verò vulgatis deſunt. Eſt autem ſuperare verbum πολύσημον, & hoc loco pro, ſuperaſcendere, poſitum eſt. In qua etiam ſignificatione Virg.

Lib. 4.

Hoc ſuperate iugum ——

3. Geor. Idem —— *ſuperant montes, & flumina tranant.*

Quibus verbis ipſe ſibi blanditur Ennius, innuens eos ſcopulos arduos quidem, atque anteà inacceſſos ſe ſtrenuè ſuperaſſe. Nec, vt ait Cicero, mentitur in gloriando. NEC DICTI STVDIOSVS QVISQVAM ERAT] Nec aliquis hactenus eloquẽtiae operã dederat. Cicero, *dicendi ſtudioſum*, & *eloquentiae ſtudioſum*, ſaepè dixit. ANTE HVNC] Refert hunc locum Cicero in Bruto: & rurſus in Oratore ait, *Ergo Ennio licuit vetera contemnenti dicere, Verſibu' quos olim Fauni, vateſq. canebant, mihi de antiquis eodem modo non licebit, praeſertim cùm dicturus non ſim. Antè hunc, vt ille, nec quae ſequuntur. Nos auſi reſerare.* Verba autem illa, *antè hunc*, placet aliquibus de Ennio ipſo dici, mihi verò de Naeuio dicta videntur; qui licet minus politè ſcripſerit, nemo tamen antè eum elegantioris dictionis extiterat ſtudioſus, cùm rudiora, & impolitiora eſſent antiquorum omnia. NOS AVSI RESERARE] Addo ex coniectura, eleganti ſanè tranſlatione.

Nos auſi reſerare fores ——

Li. 2. Geor. Eadem ferè Maro,

—— *ſanctos auſus recludere fontes.*

De poëticis Muſarum foribus Plato in Phaedro ait, poëtam ſine furore fruſtrà, ἐπὶ Μουσῶν ποιητικὰς θύρας accedere. Quod mutuatus Lucianus in Encomio Demoſthenis ait, non leui furore opus eſſe ijs, qui ἐπὶ ποιητικὰς θύρας adueniunt. Vnde refert Zenodotus vulgatum Graecorum adagium, ἀνεῳγμέναι Μουσῶν θύραι. Ennius igitur cùm antiquum illud carminis genus, vt planè inconditũ, & agreſte reſpueret,

exa-

heramatrum heroicum introduxit; quod ipſe, vt in II. de Legibus ait Lib 1 c. 28.
Cicero, & Iſidorus affirmat, longum appellauit; non quidem à multitudine pedum, quandò longiora metrorũ genera extent: ſed à poëſeos prolixitate, nam quae eo metro ſcribuntur, ob heroicam materiam longiori ſunt orationis ſerie pertractãda. Vnde ait Demetrius, magnificam eſſe omnem longitudinem, quemadmodum & in heroicis metris hexametrum, quod vocatur heroicum propter magnitudinem, & cõuenit heroibus. Cuius verba ſunt, *μεγαλοπρεπὲς γὰρ τὸ μῆκος, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῶν ἡρωικῶν μέτρων τὸ ἑξάμετρον ἡρωικὸν, ὃ καλεῖται ὑπὸ μεγέθους, καὶ πρέπον ἥρωσιν.* Quamobrem ipſum etiam, promiſſum appellauit Flaccus, cùm de epico loquitur, In Poet.

— promiſſi carminis auctor.

Vnde contraria ratione, hendecaſyllabos, minutos verſus, veteres appellarunt. Sentius Augurinus,

Canto carmina verſibus minutis,
His, olim quibus & meus Catullus, Lib. 4. [illegible]
Et Caluus, veteresq. & caet.

Ennius verò his verbis eam ſibi comparaſſe gloriã innuit, quòd apud Latinos primus heroici carminis maieſtatem introduxerit. Quod etiam confirmat Lucretius, Lib. 1.

Ennius vt noſter cecinit, qui primus amoeno
Detulit ex Helicone perenni fronde coronam.
Per genteis Italas omnium quae clara clueret.

Idem apud Silium oraculi vaticinio comprobatur, Lib. 12.

Hic canet illuſtri, primus bella Itala, verſu,
Attolletq. duces caelo —

Mamertinus autem, ſiue quis alius fuerit, qui Genethliacum Maximiano ſcripſerit, eum, Romani carminis primum auctorem appellauit. Indeq. exiſtimo ab Horatio, & Propertio patrem Ennium eſſe Li 1. Epiſt.
dictum, non quòd aetate omnes Latinos poëtas praeceſſerit, cùm Lib. 3.
Naeuium, & Liuium eo antiquiores fuiſſe, conſtet: ſed quòd eius tãquàm communis parentis haeredes extiterint in heroico carmine pangendo. Ennij igitur opera horridus ille defluxit numerus Saturnius. Vnde illi minimè vitio verti debet, ſi huiuſmodi verborum iactatione ſe extollit cum multi nobiles poëtae in ſuo ſcribendi genere primum ſibi locum attribuerint. Lucretius, quòd abſtruſas rerum Lib. 1. & 4.
cauſas Latinis verſibus primus illuſtraſſet, ità cecinit,

Auia Pieridum peragro loca, nullius antè
Trita ſolo: iuuat integros accedere fonteis,
Atque haurire, iuuatq. nouos decerpere flores,
Inſignemq. meo capiti petere inde coronam,

Vnde prius nulli velarint tempora Muſae.
Primùm quod magnis doceo de rebus, & caet.

Lib. 3. Geor. Hinc Maro,
Sed me Parnaſſi, deſerta per ardua dulcis
Raptat amor. iuuat ire iugis: quà nulla priorum
Caſtaliam molli diuertitur orbita cliuo.

Eadem ferè tranſlatione in principio librorum Oppiani de Venatione, Diana cum hortatur, vt aſperam ingrediatur viam, quam nemo hactenus mortalium ſuis calcaſſet carminibus.

Ἔγρεο, καὶ τρηχεῖαν ἐπιστείβωμεν ἀταρπὸν
Τὴν μερόπων οὔπω τις ἑῆς ἐπάτησεν ἀοιδαῖς.

Lib. 1. Illud idem Nemeſianus deſignauit,
—— ducitq. per auia, quae ſola nunquam
Trita rotis, iuuat aurato procedere curru.

Et mox, *— intacto premimus veſtigia muſco.*

Li. 1. Epiſt. In eandem ſurgit iactantiam Horatius,
Libera per vacuum poſui veſtigia princeps;
Non aliena meo preſſi pede ——

Et ſtatim *—— Parios ego primus Iambos*
Oſtendi Latio ——

Li. 3. Odar. Idem, *—— carmina non prius*
Audita Muſarum Sacerdos
Virginibus, puériſq. canto.

Lib. 3. Properti', *Primus ego ingredior puro de fonte Sacerdos*
Itala per Graios Orgia ferre choros.

Et paullò poſt, *—— opus hoc de monte ſororum*
Detulit intacta pagina noſtra via.

Li. 1 Aſtron. Manilius, *Aggredior primuſq. nouis Helicona mouere*
Cantibus, & viridi nutanteis vertice ſiluas,
Hoſpita ſacra ferens, nulli memorata priorum.

Lib. 8. Top. lib. 2 Epiſt. & in Poet. Contrà Choerilus, quem Ariſtoteles, & Flaccus, vt malum poëtam carpunt, nihil vt hi ſuperiores, de ſe ipſo honorificè promittit, ſed modeſtè in ſui operis initio expoſcit veniam, quòd ſcilicet de rebus tritis, ac peruulgatis caneret. Nam poëtis, quos ſuperior aetas tulerat, feliciter obuenit, vt digniores, cultioreſq. materias praeoccuparent, cùm intonſum ad huc pratum haberent, cuius quidem verſus hi ſunt,
Ἆ μάκαρ ὅστις ἔην κεῖνον χρόνον ἴδρις ἀοιδῶν,
Μουσάων θεράπων, ὅτ' ἀκήρατος ἦν ἔτι λειμών:
Νῦν δ' ὅτε πάντα δέδασται: ἔχουσι δὲ πείρατα τέχναι
Ὕστατοι ὥς τε δρόμου καταλειπόμεθ', οὐδέ τοι ἔστι,
Πάντῃ παπταίνοντα νεοζυγὲς ἅρμα πελάσσαι,

NAM

NAM LATOS POPOLOS, RES, ATQ. POEMATA NOSTRA CLVEBAT] A gloria, & dignitate poëtices. Idem in Ambracia eodem verbo vſus eſt,

Per genteis cluebat omnium miſerrumus.

Lucretius de Ennio loquens, videtur ex duobus his verſibus hũc contexiſſe, *Per genteis Italas, omnium quae clara clueret.* Lib. 1.

Obſeruandum eſt, cùm populum dicimus, vnius ciuitatis multitudinem, cùm verò populos, vrbes intelligi. Virgilius eadem ſignificatione, *Littoraq. & latos populos ——* Lib. 1. Aen.

ATQ. ANCHISES DOCTV'] Hi verſus huc non obtorto collo rapti, ſed ſua ſponte tanquàm in propriam ſedem veniſſe videntur. Nam abſolutis inuocatione, ſomnio, laudumq. ſuarum praeconio, ad narrationem Poëta progreditur. Qui Romanas res ſcripturus, ab vltima repetijt origine; nihil in hoc, quem ſibi imitandum propoſuerat, Homerum imitatus. Ille enim in vtroq. poëmate à medijs ferè incipiens, properat ad finem: Ennius verò in Analium diſpoſitione ordineq. rem omnem ab initio proſequens, maluit fidelis hiſtorici, quàm mendacis poëtae praecepta tenere: vt in hac praeclariſſimi operis parte ſine vllo fuco ſyncerus veritatis color eniteſceret. Verebatur enim in mendacij ſuſpicionem incidere, ſi hiſtoriae ordinem praeuertiſſet. Cùm vera hiſtoriae lex ſit, ab initio rem, de qua agitur, diſtinctè, ac dilucidè pertractare, & ad finem vſque rectà progredi, pro vt ſingulae quaeque res geſtae ſunt. Videmus enim Dionyſium Halicarnaſſeum, & Liuium, qui ſummã ſibi ipſis in Romana hiſtoria conſcribenda gloriam compararunt, vt caeteros omittá, qui iniuria temporum perierunt, à remotiſſimis Vrbis incunabulis ſuas hiſtorias inchoaſſe, indeq. perpetuo veluti filo rem omnem ordine ad finem perduxiſſe. Idemq. ab Ennio obſeruatum fuit, qui altè repetito principio, neglecta poëtices lege, à Troiano excidio, Aeneaeq. erroribus, à quo ipſa Romani imperij primordia ducta ſunt, ſuos Annales exorſus, eos continuata ſerie ad ea vſq; complexus eſt, quae ſuis temporibus ſumma cũ populi Romani gloria geſta fuerant. Nec ob id veritus eſt, hanc ſuam poëſim, tanquam κυκλικὴν à Criticis exploſum iri. Ea enim carmina, cyclica vocari, aſſerit Iſidorus, quae cuiuſque materiae ſimplici forma facta ſunt. Nec malè inquit Acron, Cyclicum poëtam eſſe, qui ordinem variare neſcit. Sed tamen id quidem ijs vitio verti debet, qui fabuloſa cõmenti ſunt, quorum finis eſt aures potius demulcere, auditoreſq. in admirationem traducere, quàm vera in medium proferre. In quo vitio lapſus eſt Staſimus, ſiue quiſquis fuerit Cypriae Iliadis auctor, ac etiam Antimachus in Thebaide. Hoc igitur loco cenſeo, Poëtam noſtrum Lib 6. c. 17. In Poetica.

Aeneae poſt Troiae excidium, cum Dijs Penatibus fugam paranti Anchiſen ventura praedicentem induxiſſe: quem augurandi ſcientia praeditum fuiſſe, teſtatus eſt Neuius in III. belli Punici,

Poſtquàm auim adſpexit
Templo Anchiſes, ſacra in
Menſa Penatium, ordine
Ponuntur: immolabat
Auream victimam polcram.

Lib. 2. Aen. Augurantem quoq. Anchiſen facit Maro,

Iam iam nulla mora eſt, ſequor, & quò ducitis adſum:
Veſtrum hoc augurium ——

Lib. 3. Aen. Et alibi, *—— bellum ò terra hoſpita portas,*
Bello armantur equi, bellum haec armenta minantur.

Id autem muneris à Venere fertur eſſe aſſequutus, cùm propè Simoentis fluenta cum ea concubuit — POLCRA DEARVM] Videtur ad Paridis de Venere iudicium alludere. In, *polcra*, autem antiquam retinui ſcribendi rationem, Scauri auctoritate, qui per, o, & ſine aſpiratione, polcram, ſcribendum vult: tùm quòd à polio polcrum, vt à fulcio fulcrum deducatur, tùm etiam quòd Latini ſermo-

Lib. 1. nis natura mediam dictionem non aſpirandam doceat. Varro etiam apud Chariſium negat aſpirari debere, ne duabus cõſonantibus media intercedat aſpiratio. FARI DONAVIT, DIVINVM PECTVS HABERE] Vt ſcilicet diuino correptus numine futura praenoſceret. Fari enim interdum vaticinari eſt. Idem in Alexãdra, *Neque me Apollo fatis fandis, dementem inuitam ciet.*

— ASSARACO NATVS CAPYS] Eſt hic locus ex Seruio Longobardico Fuluij Vrſini deſcriptus, qui exponens verba illa Maronis in III. Georgicorum, *Aſſaraci proles*, ait, *Per Aſſaracum, Troianos dicit, nam Aſſaracus auus Anchiſae fuit. Ennius, Aſſaraco natus Ca-*

Lib. 1. Aen. *pys & caet.* Virgilius alibi eadem ferè circumlocutione Troianos in-

In Epodo telligens, dixit, *domus Aſſaraci*, & Horatius, *Aſſaraci tellus*. Sed vt al-

ode. 13. tiùs originẽ repetamus, ex Dardano, & Batea Teucri filia Eriththo-

Lib. 3. nius natus eſt, qui ex Callirrhoë Scamãdri filia, vt ait Halicarnaſſeus, vel ex Aſtyoche Simeontis filia, ſi Apollodorum ſequimur, Troëm genuit, à quo genti nomen impoſitum eſt. Ex Troë deinde & Acalide Eumenidis filia, vt idem Halicarnaſſeus inquit, natus eſt Aſſaracus. Vt autem tradit Apollodorus Tros ex Callirrhoë Scamãdri filia Cleopatram ſuſcepit, & mares tres, Ilum, Aſſaracum, & Ganymedẽ. Aſſaracus verò ex Clytodora Laomedontis filia, vel, vt alij volunt, ex Hieromneme Simoẽtis filia Capym procreat, ex quo & Naiade Nympha, ſiue Themide Ili filia Anchiſes ortus eſt, cum quo Venus congreſſa

greſſa Aeneam peperit. EST LOCVS] Anchiſes, poſtquàm profatus eſt, Aeneam poſt varios caſus, poſtq. varios erroris anfractus Italia potiturum, vbi fatis annuentibus aeternas ſedes eſſet collocaturus, eius regionem deſcribit. Ex quo tanquàm archetypo totum ferè hunc locum Maro delineauit in I. & III. Aeneidos,

Eſt locus. Heſperiam Graij cognomine dicunt.

— HESPERIAM] Notum eſt, Italiam, Heſperiam dictam fuiſſe, ab Heſpero Atlantis fratre, vel ἀπὸ τῆς ἑσπέρας, quòd occaſui ſubiecta ſit. Hos poëtas imitatus Statius; Li. 7. Theb.

Eſt locus, Inachiam dixerunt Taenara gentes.

ILIA DIA NEPOS] Haec verba, ſuſpicor, Anchiſae eſſe, adhuc Romani imperij incunabula vaticinantis, quibus abrupto narrationis curſu, commiſerationis locum amplificat per conuerſionem ad Iliam, quam nepotem appellauit; quoniam, vt ex Ennij opinione refert Seruius, Ilia Aeneae filia fuit. Nec mihi ſcrupulum inijcit verbũ, Lib. 6. Aen. *tetuliſti*, quod refertur ad praeteritum tempus. Nam diuino numine afflatis, quae futura ſunt, iam eueniſſe videntur: vt mirum non ſit, ſi quae non dum facta ſunt, interdum ut praeterita pronuncient.

QVAS ERVMNAS] Tradunt aliqui Iliam iuxta antiquã Veſtalium legem, ob violatam pudicitiam, ad necem vſque virgis caeſam fuiſſe: alij in carcerem detruſam. Poëta verò noſter, vt admonet Porphyrio, voluit eam in amnem Tiberim iuſſu Amulij fuiſſe proiectam. Lib. 1. Ca q Od. 3. Quod quidem minimè verum eſſe poſſet, ſi, vt ex eodem Ennio refert Seruius, Aeneae filia fuiſſet. Quapropter ſi Porphyrionis opinionem Lib. 6. Aen. ſequamur, Anchiſes eam, neptem appellauit, nõ vt Aeneae filiam, ſed tanquàm ex ſuo genere oriundam. Hoc carmen à Soſipatro, & Nonio integrum refertur: à Feſto verò prior tãtùm pars, à nemine tamẽ Lib. 1. In Nepos. indicata operis inſcriptione. Quod cùm heroicum ſit (quamuis apud Noniũ deprauatis ſyllabarũ modulis legatur) & ad Annalium pertineat ſeriem, hîc locauimus. In quo obſeruant Grammatici, à priſcis, *nepos*, pro, neptis, in feminino genere vſurpari. ERVMNAS] Sine diphthongo ſcripſimus, Soſipatri auctoritate, qui inquit, *Erumnam,* Lib. 1. *Ennius ait, per, e, ſolum ſcribi poſſe, quòd mentem eruat, & per, a, quòd moerorem nutriat.* Fuit autem hic alter Ennius, inſignis Grãmaticus, qui duos de litteris, & ſyllabis libros edidit, itemq. de metris; cuius meminit Suetonius de illuſtribus Grammaticis. Verùm ſi ab, αἴρειν, haec dictio originem ducit, vt tradit Pompeius, non dubium eſt, per, ae, In Aerũnu- ſcribi oportere: quod communi vſu receptum fuit. — TETVLISTI] ſ. ... Pro, tuliſti, antiquo more, Graecorum, vt diximus, imitatione. Eſt huic Enniano dicto ſimile illud Caecilij in ὑποβολιμαίῳ.

Aerumnam pariter tetuliſti meam,

Catullus

Catullus non reſpuit eiuſdem praeteriti formationem.

In Coll'iam. — *rurſus reditum ad vada tetulit.*

Et — *ad Idae tetuli nemora pedem.*

— HVIVS NATE AVSPICIIS] Romulum δεικτικῶς intelli-
Lib. 6. git, vt ex Virgilio cognoſcere licet, qui de eodem loquens vbi Anchiſem facit filio nepotum ſeriem oſtendentem, & quae euentura erant, multis antè ſaeculis praedicentem, tranſcribit integrum húc verſum ex Ennio, qui, vt videtur, Anchiſem ad huc facit in vaticinando perſtantem. — ILLA] Ἐμφατικῶς — INCLVTA ROMA] Extollit à maxima nominis celebritate, vt potè quae olim totius terrarum orbis caput futura erat, ſummoq. imperio potitura. Veteres inclutam pro inclytam ſcribebant, apud quos y, & u, commercia mutua exercebant, quamuis Velio, antiquo ſanè Grammatico videatur eadem eſſe apud nos, u, littera, quae apud Graecos, υ, nam quod illi, κύμινον, κυπάρισσον, κυβερνήτην, nos cuminum, cupreſſum, & gubernatorem,
Lib. 1. dicimus. Lucretius, — *inclute Memmi.*

Quae vox à Graeca κλυτός, formatur, vt — κλυτὸς Ἀχιλλεύς. QVOS HOMINEIS QVONDAM LAVRENTEIS TERRA
Lib. 7. RECEPIT] Hunc verſum Priſciani indicio cognouimus eſſe ex Annalibus, ſed ex quoto libro, prorſus ignoramus. Hiſtoriae autem ordo admonet huc eſſe referendú. Siquidem hoc loco Poëta recenſere videtur, Aenea duce, Troianos laboribus defatigatos Laurentum tandem perueniſſe, vbi poſitis caſtris, eum locú, Troiam appellarút. Qua de re haec à Dionyſio tradita ſunt: Τελευτῶντες δὲ ἀφικνοῦνται τῆς Ἰταλίας εἰς Λωρεντὸν, ἔνθα τῆς πλάνης παυσάμενοι, χάρακα ἔθεντο, καὶ τὸ χωρίον ἐν ᾧ κατεστρατοπεδεύσαντο ἐξ ἐκείνου Τροία καλεῖται. Laurentum verò di-
Lib. 7. ctum fuit à lauro, vt ex Virgilio liquet, quae in illius arce diu ſumma cum religione cuſtodita fuit. Herodianus autem in Commodo tradit, totam eam regionem, quoniam permultis è lauro ſiluis opacatur, Laurentum agrum appellari. QVAM PRIMVM CASCEI] Laus à colonum antiquitate. Coniunximus hunc verſum cum ſuperiori, quoniam ex ſermonis conſequentia, & ſenſu, ſimul appoſitè quadrarę videntur. Vetus codex habet. *Quam priſcei Caſcei.* & hanc veram eſſe lectionem ex illo Ciceronis loco in I. Tuſcul. arbitramur, vbi ait, *Itaq. vnum illud erat inſitum priſcis illis, quos Caſcos appellat Ennius.* De iiſdem D. Hieronymus in Epiſtola quadam ad Niceam, *Nam rudes illi Italiae homines, quos Caſcos Ennius appellat.* Fe-
Li. 6. de lin. Lat ſtus, *Caſcum*, antiquum interpretatur; idemq. Varro, qui vocis originẽ Sabiná eſſe, dicit, quae vſque radices in Oſcam linguam egit. Sed quos Ennius Caſcos appellat, Liuius priſcos Latinos dicit. Virgil. V.
Lib. 1. — *& priſcos docuit celebrare Latinos.*

Hali-

Halicarnaſſeus, Λατῖνοι οἱ καλούμενοι πρίσκοι, qui à Plutarcho in Romu- L.1.Antiq.
lo, προγενέστεροι Λατῖνοι appellantur. Feſtus Priſcas Latinas colonias vo- In Priſcae.
cat; cuius mutilator Paullus ait, Priſcos Latinos, eos propriè appellari, qui fuerunt priuſquàm Roma conderetur. Latini verò dicti ſunt à Telepho Herculis filio cognomento Latino: vel à Latino Albanorum Rege, qui de ſuo nomine, non modò Aborigines, Latinos appellauit, ſed alias complures exteras nationes, quae ad eam Italiae regionem incolendam confluxerant; quae Appenninis montibus, Tyrrheno mari, Tiberi, Lyriq. fluminibus circumcluditur. — GENVERE] Hanc dictionem apud Varronem deprauatam exiſtimo: pro qua, *tonuêre*, vel *coluêre*, fortaſſe reponi debet. Sunt qui hunc verſum legant, ſed prorſus malè,

Quam primùm Caſcei populei caruêre Sabinei.

— LVPV' FOETA] Obſeruat Feſtus vbi id ex Ennio fruſtillum refert, lupum etiã in foeminino genere vſurpari. Vnde Varro in eo libro, vt refert Quinctilianus, quo Romanae Vrbis initia enarrat, Lib. 1.c.10.
lupum foeminam dicit, Ennium, Pictoremq. Fabium ſequutus. Cùm autem locum, vnde deſumptum ſit, non indicet Feſtus, ordinis coniectura ductus hîc locandum cẽſui. Rem verò de infantibus ab altrice bellua enutritis, tanquàm hiſtoriam ex antiquis Latinis ſcripſerũt Q. Fabius Pictor, L. Cincius, Porcius Cato, Piſo, Q. Luctatius Catulus, aliiq. quã plurimi. E Graecis, Diocles, qui primus Graecè Vrbis originem litteris mandauit: Promathion Peparethius, Hieronymus Cardianus, Timaeus Siculus, Silenus, Poſidonius, Eratoſthenes, Polybius, Dionyſius, qui de Romanae vrbis conditoribus loquens, ait, Lib.1.
quòd dum in coeno vagientes volutarentur, lupa fortè ſuperuenit, diſtentaq. recenti à partu vbera eis praebuit, lingua ſimul lutum abſtergens, quo ſe inquinauerant: cuius verba ſunt, Τὰ μὲν δὴ κνυζόμενα κατὰ τοῦ τέλματος ἐκυλινδεῖτο, λύκαινα δέ τις ἐπιφανεῖσα, νεοτόκους σπαργῶσα τοὺς μαστοὺς ὑπὸ γάλακτος, ἐδίδου τὰς θηλὰς τοῖς στόμασιν αὐτῶν, καὶ τῇ γλώττῃ τὸν πηλὸν οὗ κατάπλεω ἦσαν, ἀπελίχμα. De eadem lupa Liuius, adeò, in- Lib. 1.
quit, mitem ſummiſſas infantibus praebuiſſe mammas, vt lingua lambentem pueros Magiſter regij pecoris inuenerit. Sed Virgilius rem Lib. 8.
omnem paucis mirificè expreſſit in Aſpidopoeia: cuius carmina eò libentiùs ſcribemus, quòd Seruij indicio liquet, ea ex Ennio illum ſumpſiſſe. Ita enim de Vulcano ait, qui in Aeneae clypeo,

Fecerat & viridi foetam Mauortis in antro
Procubuiſſe Lupam, geminos huic vbera circum
Ludere pendentes pueros, & lambere matrem
Impauidos, illam tereti ceruice reflexam
Mulcere alternos, & corpora fingere lingua.

Oui-

Lib. 1. Faſt. Ouidius, *Conſtitit, & cauda teneris blanditur alumnis,*
Et fingit lingua corpora bina ſua.

Sed haec quamuis ab Hiſtoricis tradita ſint, ficta tamen commentitiaq. ſunt. Verum autem fuiſſe, multorum opinione receptum eſt, proiectos in Tiberis ripam pueros, à regij pecoris miniſtro fuiſſe inuentos, qui ſuae coniugi tradidit alendos, quam ideò Lupam appellarunt, quòd proſtratae pudicitiae inter paſtores haberetur. Placuit ſiquidem antiquis illius ſaeculi hominibus veritatem fabulae inuolucro praetexere, vt pueris illis, vtpotè tantae Vrbis, tantiq. imperij auctoribus, aliquid ſupra humanum captum tribueretur: nempè vt à voraci bellua crederentur fuiſſe alti, indeq. rei magnitudine, ac nouitate in maiorem ipſorum admirationem homines traducerentur. DVLCIFERAE FICEI] Neque hic verſus vnde ſit, meminit Soſipater. Nos autem cum his connectendum duximus, cùm de Ruminali ficu Poëtam loqui, apertiſſimè pateat; de

Lib. 1. qua Liuius, ubi de ſeruis agit, quibus Amulius iuſſerat, ut pueros in profluentem proijcerent; *ſorte quadam*, inquit, *diuinitus ſuper ripas Tiberis effuſis lenibus ſtagnis, nec adiri vſquam ad iuſti curſum poterat amnis, & poſſe quamuis languida mergi aqua infantes, ſpem ferētibus dabat. Ita velut defuncti Regis imperio, in proxima alluuie, vbi nunc ficus*

Lib. 4. de lin. Lat. *Ruminalis (Romularē vocatam ferunt) pueros exponunt.* De eadem M. Varro ait, *Germalū à Germanis Romulo, & Remo, quòd ad ficum Ruminalem & ij inuenti, quò aqua hyberna Tiberis eos detulerat in alueolo expoſitos*. Item libro I. de ſcenicis Originibus, eiuſdem quoque Ruminalis fici mentionem fecit. Et in fabula Menippea, quae Seſquiulyſſes dicitur, ad hanc arborem reſpiciens, ait, *Vbi quòd lupā aliū-*

Li. 29. Aduers. c. 20. *ni fellarunt olim*. Sic legendum eſt, vt admonet Turnebus in Nonio, verbo, *Alumnos*, vbi malè hactenus pro, *fellarunt*, fefellerunt, irrepſit. Fellare enim veteres, pro mammas ſugere, poſuerunt, quod poſteà malitia inualeſcente, & luxu, in turpem ſenſum detorſerunt. Sed illa Varronis Plutarchus in Romulo vberiùs enunciauit, Ἐνθέμενος οὖν εἰς σκάφην τὰ βρέφη, κατέβη μὲν ἐπὶ τὸν ποταμὸν, ὡς ῥίψων, ἰδὼν δὲ κατιόντα πολλῷ ῥεύματι καὶ τραχυνόμενον, ἔδεισε προσελθεῖν, ἐγγὺς δὲ τῆς ὄχθης καταθεὶς ἀπηλλάσσετο. τοῦ δὲ ποταμοῦ κατακλύζοντος, ἡ πλημμύρα τὴν σκάφην ὑπολαβοῦσα καὶ μετεωρίσασα πράως, κατήνεγκεν εἰς χωρίον ἐπιεικῶς μαλθακὸν, ὃ νῦν Κερμανὸν καλοῦσι, πάλαι δὲ Γερμανὸν ὡς ἔοικεν, ὅτι καὶ τοὺς ἀδελφοὺς Γερμανοὺς ὀνομάζουσιν. ἦν δὲ πλησίον ἐρινεὸς, ὃν Ῥωμινάλιον ἐκάλουν, ἢ διὰ τὸν Ῥωμύλον, ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσιν, ἢ διὰ τὸ τὰ μηρυκώμενα τῶν θρεμμάτων, ἐκεῖ διὰ τὴν σκιὰν ἐνδιάζειν, ἢ μάλιστα διὰ τὸν τῶν βρεφῶν θηλασμὸν, ὅτι τήν τε θηλὴν ῥοῦμαν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ, καὶ θεόν τινα τῆς ἐκτροφῆς τῶν νηπίων ἐπιμελεῖσθαι δοκοῦσαν, ὀνομάζουσι Ῥουμιλίαν, καὶ θύουσιν αὐτῇ νηφάλια, καὶ γάλα, τοῖς ἱεροῖς ἐπισπένδουσιν. Quorū

verbo-

verborum huiuſmodi ſenſus eſt: Impoſitis igitur in alueum pueris, ad flumen deſcendit eos proiecturus: ſed cùm illud vehementi vndarum impetu defluens conſpiceret, accedere eſt veritus: ſed propè ripam deponens, abijt. Creſcente autem fluuio, leuans alueum leniter inundatio, deuehensq́., in loco ſatis molli deſtituit, quẽ nunc Germanum appellant; olim verò, vt exiſtimo, Germanum: quoniam Germanos, fratres vocare conſueuerunt. Nec procul aberat Caprificus, quam Ruminalem dicebant, ſiue à Romulo, vt pleriq́. ſunt arbitrati, ſiue, quia ibi ruminantia pecora captabant vmbram: vel, quod maximè probatur, propter lactationẽ infantium: quãdoquidem mamma à veteribus, Ruma appellata eſt: Rumiliamq́. deam vocãt, quam puerorum educationi praeeſſe, putant: eiq́. Nephalia ſacra faciunt lacte libantes. Haec ferè eadem ab eodem repetuntur in Problematum libro, atque in eo, qui de Romanorũ fortuna eſt inſcriptus. Pompeius ficum illam, Ruminalem appellatam eſſe, ait, quòd ſub ea lupa mammam dederit Remo, & Romulo. Mamma aũt, Rumis dr̃: vnde ruſtici hoedos ſubrumos eos vocant, qui adhuc ſub mammis habẽtur. Seruius ait, hãc ficũ fuiſſe vbi nũc eſt Lupercal in Circo, quà olim Tiberis labebatur, antequàm à Vertuno factis ſacrificijs auerteretur: illamq́, dictã vult Ruminalẽ, à Romulo, quaſi Romularem, vel ſecundũ alios à lacte infantibus dato. Nã gutturis pars, Ruma dicitur. De eadẽ Ouidius, *Arbor erat, remanent veſtigia, quacq́. vocatur* In Ruminalis. Lib. 8. Aen. Lib. 2. Faſt.

Romula nunc ficus, Rumina ficus erat.

Hanc arborem maxima Romani colebant veneratione; haud ſecus ac Samij viticẽ, quae multis ſaeculis ab eis in Iunonis tẽplo cuſtodita fuit: quoniam ſub ea Iunonem editam fuiſſe perhibebant. Plinius, *Colitur ficus arbor in foro ipſo, ac Comitio Romae nata, ſacra fulguribus ibi cõditis, magiſq́. ob memoriam eius, quae nutrix fuit Romuli, ac Remi conditoris, Ruminalis appellata; quoniam ſub ea inuenta eſt lupa infantibus praebens Rumen.* Addidimus huic loco vocem *Ruminalis* quae in Plinij exemplaribus videtur deeſſe. Fuiſſe autẽ hãc ipſam ficum in foro, etiam Sexti Rufi, & P. Victoris auctoritatibus comprobatur. Cornelius Tacitus ait, Neronis tempore hanc arborem, quae ſuper octingentos, ac quadraginta antè annos Remi, Romuliq́. infantiam texerat, mortuis ramalibus, & areſcẽte trunco deminutam, prodigij loco habitam, donec in nouos foetus reuiuiſceret. D. quoque Auguſtinus ait, Rumam, mammam, veteres dixiſſe; indeq́. Deam Rumiam apud Romanos eſſe dictam, quae paruulis immulgeat mammam. De qua Dea meminit Varro in Catone, ſiue de liberis educandis, & in 11. de Re ruſtica, & Plutarchus in Problematis. Deeſt autẽ verbis illis, *Dulciferae fici*, ſub vmbra, vel ſub tegmine, vel aliquid quippiã. — LA- L. 15. c. 18. Lib. 14. L. 4. de Ciui.

CTANTEIS] Scribendum *Lactenteis*, hoc eſt lac ſugentes: quo verbo bis Cicero de Romulo infante loquens, vſus eſt. In ſecundo enim de Diuinatione inquit, *Romulus lactẽs fulmine ictus*. Item in Catilinã. *Tactus eſt etiam ille, qui hanc Vrbem condidit, Romulus, quem inauratum in Capitolio, paruum, atque lactentẽ, vberibus lupinis inhiantem fuiſſe, meminiſtis.* — VBERE TOTO] Enallage numeri, pro vberibus diſtentis. ENDO TVETVR] Endo, pro, in, à Graeca praepoſitione ἔνδον: quae dictio in antiquo Gloſſario exponitur ἐν, εἰς, vbi malè vnica dictione legitur, ἐνεἰς. Hunc locum totum ex Ennio tranſtuliſſe videtur Dionyſius, apud quem lupam, legitur, nihil hominum incurſu exaſperatam, ſed tanquam cicurem ſenſim retuliſſe pedem, & quaſi paſtorum ſtrepitum contemnentem, in ſiluam ſeſe abdidiſſe, arborum denſitate opacã, ac fontibus irriguam, quam Pani ſacram fuiſſe, ferebant, cùm ibi eius ara poſita eſſet. Eius verba haec ſunt, Ἡ δὲ λύκαινα οὐ μάλα ἀγριαίνουσα τῶν ἀνθρώπων τῇ προσόδῳ ἀλλ᾽ ὥσπερ ἂν χειροήθης, ἀποστᾶσα τῶν βρεφῶν ἠρέμα καὶ κατὰ πολλὴν ἀλογίαν τοῦ ποιμενικοῦ ὁμίλου ἀπῄει. καὶ ἦν γάρ τις οὐ πολὺ ἀπέχων ἱερὸς χῶρος ὕλη βαθεῖα συνηρεφής, καὶ πέτρα κοίλη πηγὰς ἀνιεῖσα, ἐλέγετο δὲ Πανὸς εἶναι τὸ νάπος, καὶ βωμὸς ἦν αὐτόθι τοῦ θεοῦ. Caeterùm Dionyſij verba in hoc vno ab Ennianis diuerſa ſunt, quòd hic celeri, ille lento gradu lupam ſeſe in ſiluam recepiſſe, dicit. Poſſet etiam hic locus ob verba illa, VBEI LVPV' FOEMINA CONSPICIT AMNEIS] referri ad ea, quae dixit Liuius, lupam ſitientem ex montibus, qui circa erant, ad puerilem vagitum curſum flexiſſe. Sed fortaſſe pro *amneis*, ambos, legendum; pueros nimirũ intelligendo. LVPV' FOEMINA] Vt ſupra, Lupu' foeta. CELERI PASSV PREMENS PARVMPER] Locus corruptus; qui fortaſſe legendus eſt,

Lib. 1.

Hinc campom celeri paſſu permenſa parumper.

Nam alibi Poëta noſter,

Sed ſola terrarum poſtquàm permenſa parumper.

Nec malè factum exiſtimo, ab huius carminis exemplo illud duobus iam pedibus claudicans, ad concinnam metri conſtitutionem reuocaſſe. OCCIDVNTVR VBEI POTITVR RATV' ROMOLV' PRAEDA] Cenſeo, hoc loco Poëtam expreſſiſſe, quod de pueris expoſitis dicit Liuius. *Cùm primùm adoleuit aetas, nec in ſtabulis, nec ad pecora ſegnes, venando peragrare ſaltus: hinc robore corporibus, animisq. ſumpto, iam non feras tantùm ſubſiſtere, ſed in latrones praeda onuſtos impetum facere, paſtoribusq. rapta diuidere* — ROMOLVS] Pierius ait, apud Aſprum in antiquo codice, *Romolus*, omnino ſcriptũ eſſe per, o, in penultima, vt popolus in XII. Tabulis. OLLEI RESPONDET] *Olli, illi*, vt ait Varro libro IV. de lingua Latina.

Lib. 1.

In 4. Aen.

Profert

Profert poſteriores huius carminis dictiones Iſidorus, & integrum Lib. 1. c. 34.
Donatus: verùm vterque auctoris nomen praetermiſit. Et quamuis De Barbar.
Ennianum eſſe ſuſpicarer ex Seruij verbis, qui ait, olli, pro, illi, ſecūdū Lib. 11. Aen.
Ennium dixiſſe Virgilium: tamē pro certo id aſſeuerare veritus ſum, quouſque mihi tandem Ennium auctorem Attilius Fortunatianus prodidit; qui vt confirmaret, minimū heroicum XII. ſyllabis conſtare, apertè illud ex Ennio in exemplum retulit. Rurſus Ennius,

Ollei reſpondet ſuauis ſonus Egeriai.

Quod loquutionis genus arbitror tam familiare illi fuiſſe, & ab eo tàm ſaepius repetitum, quàm illud ab Homero,

Τὸν δ' ἀπαμειβόμενος ——

Et, Τὸν δ' ἠμείβετο ——

Vſus eſt aliquando ea voce Virgilius, ſiue ad aſpergendam vetuſtatis auctoritatem, ſiue robuſtioris euphoniae gratia, vt in eo verſu,

Olli ſedato reſpondet corde Latinus. Lib. 12.

In quo nō ſolū duas dictiones ex hoc Enniano trāſcripſit, verū ēt eadē ferè ſpondeorū tarditate, Latini regis in reſpondendo grauitatē expreſſit, qua Albani regis Ennius. — ALBAI LONGAI] Vetuſto more diphthongum ſoluit. Virgilius eodem adiuncto,

—— *& longam multa vi muniet Albam.* Lib. 1. Aen.

Iſidorus ideo longam dictam eſſe, ait, quia longum erat oppidum, iuxtà prolixitatem collis, in quo poſitū erat. Quod ex Liuio ſumpſiſſe Lib. 15. c. 2.
videtur, qui inquit, eam ab ſitu porrectae vrbis in dorſo Albani montis, Longam Albam appellatam. Dionyſius autem tradit, Albae addi- Lib. 1.
tum eſſe cognomen Longae, à ſitus forma, ac etiam, vt ab altera Lib. 1.
eiuſdem nominis diſcerneretur. HAEC ECFATVS VBEI LATRONES DICTA FACESSVNT] Obſcu- Lib. 1.
ram huius loci ſententiam ex Dionyſio ſum expiſcatus. Nam cùm Fauſtulus, regij pecoris cuſtos ad Amulium ductus eſſet, Rex illi, niſi vera fateretur, tormenta minatus, percunctatus eſt, num viuerent pueri, & quo nam modo euaſiſſent. Cui cùm verè omnia Fauſtulus expoſuiſſet, ſimulans Amulius à ſua dignitate eſſe alienum, vt eos ſineret, qui ſibi ſanguine coniuncti eſſent, cum paſtoribus ingloriam vitam tranſigere, diligenter explorabat, vbi locorum tum degerent, eoq. maiorem fingebat de his ſolicitudinem ſuſtinere, quòd Deorum prouidentia incolumes euaſiſſe viderentur. Quae verba cùm Fauſtulus ſuſpecta haberet, longeq. à Regis animo remota iudicaret, Iuuenes, reſpondit, in montibus, ſaltibuſq. armenta paſcere; quos ſi apud ſe habere cupit, ſecum mittat, quibus, vbi morentur, indicet. Quod quidem à Fauſtulo eſt excogitatum, vt Amulio illos necandi viam praecluderet. Mox Amulius ſatellitū fidiſſimos miſit,

quibus imperauit, vt quos Fauſtulus indicaret, ad ſeſe quàm primùm adducant. Quae vbi loquutus eſſet Amulius, latrones illicò dicto parentes, iuſſa faceſſunt. Atque haec mihi huius carminis germana v-
16. de Lin. Lat. detur ſententia. *Latrones*, inquit, Varro, *dicti ſunt à latere, quia circum latera erant Regi, atque ad latera habebant ferrum, quos poſtea à ſtipatione, ſtipatores appellarunt, & qui conducebantur mercede: ea enim merces dicitur Graecè λάτρον, καὶ σάτρον. Ab eo veteres poëtae milites nonnunquam appellant latrones, quòd item vti milites cum ferro, aut quòd latent ad inſidias faciendas*. Haec de nominis explicatione à Varrone tradita
In latrones ſunt. Qua de re Feſtus eſt conſulendus, & Seruius ſuper illud ex vltimo Aeneidos,

—— fixumq. latronis
Impauidus frangit telum ——

Plautus Milite,

Nam ego hodie ad Seleucum regem miſi paraſitum meum,
Vt latrones, quos conduxi, hinc ad Seleucum duceret.

12 Ant. lec. c. 4. Iuſtus Lipſius hunc verſum legendum aſſerit,

Haec effatus ibus, latrones dicta faceßunt.

Vult enim hoc loco ibus, pro, ijs ἀρχαϊκῶς intelligi. — DICTA FACESSVNT] Afranius,

Multa, atque moleſta es, potin' vt dicta faceſſas?

1. 4. Aen. Virgilius *Imperio laeti parent, ac iuſſa faceſſunt.*
Lib. 9. Idem, *—— praecepta faceſſunt.*

CVRANTEIS] Non refert Cicero ex quo Ennij libro tranſcri-
Lib. 6 c. 6. pſerit hos viginti verſus: ſed Agelli' eum verſum, qui horum eſt duodeuigeſimus, manifeſtè affert ex primo Annali, quamuis aliquantulum ſanè diuerſum.

Praepetibus hilares ſe ſe polcreisq. loceis dant.

CVRANTEIS MAGNA CVM CVRA] Priſci poëtae ſummo affectabant ſtudio huiuſmodi alliterationes, ſyllabarumq. annominationes. Quos ſectatus Maro, nec ſine ſummo artificio, dixit,

Lib. 3. Aen. *—— Chaonios cognomine campos*
Lib. 1. Aen. Et *—— caſus Caſſandra canebat.*

Obſeruandum quoque eſt in hoc verſu, illud dicendi genus, *Curanteis cum cura*, vehemẽter redolere antiquitatem. Veteres enim huiuſmodi
Lib. 3. palilogijs frequẽter vſi ſunt: vt Varro in Bimarco, *tonitribus toneſcere*. Lucretius, *anxius angor*, Plautus in Sticho, *obſonabo obſonium*, & in Bacchidibus, *machinam machinari*. Idem in Menaech. ipſa eadem palilogia, *Magna cum cura ego illum curari volo.*
Et mox. *Ita ego illum cura magna curabo tibi.*

Ex quo loco apparet, in ſuperioribus, *cum*, praepoſitionẽ figura, quae

παρί-

Digitized by Google

παρέλκον dicitur, redundare: idq̄. Graecorum imitatione. Homerus. n. Ὀδυσ. ξ.

—— ἔβημεν
Οἴκαδε σὺν νήεσσι ——

— AVSPICIO, AVGVRIOQ.] Plautus Aſin. *Quantum ex augurio auſpicij intelligo*. Ex quibus locis perſpicuum eſt, augurium ab auſpicio differre; quamuis vtrumq. ab auibus deducatur. Illud ſiquidem ab auium geſtu, ſiue garritu, hoc ab earum inſpectione tãtùm captabatur. Marcellus verò ait, his intellectib° diſcerni; quòd Auſpicium ſit auium inſpectio, & quae ex volatu auium ſignificetur, & vocibus; Augurium autem rerum omnium coniecturas prudenter, ac diligenter amplectitur. Has autem auium obſeruationes Arabes primũ, ac Phryges inueniſſe, auctor eſt Theodoretus, in libro περὶ πίστεως In Auſpiciũ

— ATQVE SECVNDAM] Proſperam, felicem. SOLVS AVEM SERVAT] Obſeruat, ſimplex pro compoſito. — AT ROMOLVS POLCER] Oſtendit hoc adiuncto, Romulum regiam dignitatem ore praetuliſſe, quandoquidem Reges ferè omnes pulchritudine praediti cõſpiciũtur. Vnde cùm aliquem decoro aſpectu ſignificare volumus, eum dicimus eſſe forma regia. Tacitus libro XVII. *Ipſa* inquit, *aetas Galbae & irriſui, & faſtidio erat aſſuetis iuuẽtae Neronis, & Imperatores forma, ac decore corporis, vt eſt mos vulgi comparantibus*. Max. Tyrius Sermone X. de Smerdice Thracio, adoleſcẽte regali forma, ac liberali aſpectu, à Graecis Polycrati Tyrãno dono dato, inquit, Σμέρδιξ Θρᾶξ ὑπὸ ἑλλήνων, κάλλους μειράκιον βασιλικοῦ, ἐφηβῶν γαῦρον, ἐκομίσθη δῶρον τυράννῳ Ἴωνι Πολυκράτει. Themiſtius, cui Euphrada à ſermonis ſuauitate cognomẽtum additum eſt, in Oratione de clementia Theodoſij Imperatoris ait φύεται δὲ καὶ ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ σπανίως γε τοῦτο καὶ ἐν μακρῷ χρόνῳ, ὅταν ἄμφω συμπέσῃ καὶ συνομαρτήσῃ τῷ κάλλει τῆς ψυχῆς, καὶ ἡ τοῦ σώματος ἀγλαΐα, καὶ οὗτός ἐστιν ἀτεχνῶς ὁ μέγας βασιλεὺς, καὶ οὔτε χωλὸν οὔτε κολοβὸν αὐτοῦ τὸ κάλλος, ἀλλ' ἄρτιον καὶ ὁλόκληρον. Quae doctiſſimi philoſophi & oratoris verba ita Latinè reddidit Hieronym. Donzellinus. Naſcitur Rex & inter homines, ſed tamen raro, & pòſt longa annorum interualla, tunc ſcilicet, cùm animi pulchritudo cum corporis excellentia coniungitur, ac commiſcetur. Atque is certè magnus eſt Rex, cuius eſt forma, & ſpecies integra, omniq. ex parte abſoluta, & perfecta. Dionyſius Halicarnaſſeus libro IIII. Antiquitatum, ἀλλὰ σοί γε καὶ ῥώμη πάρεστιν ἱκανὴ, οἷα τοῖς κράτιστα πεφυκόσι, καὶ μορφὴ τοῦ βασιλείου γένους ἀξία. Hinc Virgilius, vt in Aſcanio regalis dignitatis indolem oſtenderet, pluries ait, Lib 5.

—— *formaq. ante omnes pulcher Iulus.*

Sed haec omnia ex perenni Homerico fonte fluxerunt; apud quem Priamus Agamemnonis corporis maieſtatem, decoremq. conſpiciens,

Iliad. γ ciens, quamuis quiſnam eſſet, planè ignoraret, tamen Regi ſimilem dicit. *Καλὸν δ' οὕτω ἐγὼν οὔπω ἴδον ὀφθαλμοῖσιν*

Οὐδ' οὕτω γεραρόν, βασιλῆϊ γὰρ ἀνδρὶ ἔοικεν.

Lib. 3. c. 2. De eiuſdem Romuli pulcritudine, Ouid.

Pulcer, & humano maior, trabeaq. decorus.

De hac re quaedam attigit diſertiſſimus Muretus in praeclaris ſuis Variarum lectionum libris. QVAERIT AVENTINO] Dionyſius, Liuius, & Florus ab Ennio diſcrepant. Volunt.n. Romulũ Palatium, Remum verò Auentinum templa caepiſſe ad inaugurãdum. Huic autem colli ità nomen inditum eſt, ſiue ab aduẽtu auium, quoniam veſperi ad eum montem ſe recipiebant, ſiue ab hominum aduentu, quia ibi Dianae templum erat, quod maximo Latinorum conuentu celebrabatur: vel ab aduectu, quaſi aduectinus: nam qui eò aduehebantur, rates in Velabro cõſcendebant, cùm hic mons Tyberi, ac paludibus ſecluſus eſſet à Palatio, & Capitolio: vel ab Auentino Albanorum rege ibi ſepulto. — GENVS ALTIVOLANTVM] Auium periphraſis. Alibi.

In Epichar. *— genus penneis condecoratum.*

Lib. 5 6. Vnde fortaſſe Lucretius, & Virgilius.

Lib. 1. & 8. Aen. *Alituum genus, —* & Seneca *— genus aligerum.*

In Hyppol. Veteres autem in huiuſmodi nominũ compoſitione, vt, pennipotentum, caprigenum, noctiuaga, incuruiceruicum, ſiluicultrix, nemoriuagus, & auipedis, vt apud Aulum Serenũ, Graecõrum libertatem imitantes, plurimũ ſe ipſos amabant. CERTABANT VRBEM ROMAM] Diſſidij origo inter fratres ea fuit, quae ſemper ferè inter Reges eſſe ſolet, dominandi nimirum cupiditas, ac etiam Vrbi nomen imponendi, optio. Nam vt ex Dionyſio, & Liuio liquet, vterque

lib. 1. à ſuo eam nomine appellari volebat. ROMAMNE REMAMNE VOCARENT] In alio Ciceronis codice,

— Romam Remoramne vocarent.

Lib. 1. quam Dionyſius Ῥωμορίαν appellat, in qua tradit, Remum fuiſſe ſepultum, vbi viuus vrbem condere conſtituerat. Ouidius, Remuriam vocat, Plutarchus Ῥιμώνιον, eamq. aſſerit ſuis temporibus Ῥιγνάριον appellatam. De quo loco haec à Feſto prodita ſunt. *Remurius ager dictus, quia poſſeſſus eſt à Remo, & habitatio Remi, Remuria item in Auentino dicta: namq. Auentinum, in quo habitaret, elegiſſe Remum dicũt. Vndè vocitatam aiunt Remuriam, locum in ſummo Auentino, vbi de Vrbe cõdenda fuerat auſpicatus.* Romam autem à Romulo dictam, Varro pluries aſſerit libro IIII. ad Ciceronem, Auctor de viris illuſtribus, & Virgi-

Lib. 1. Aen. lius, qui de eo loquens, ait,

— Romanosq. ſuo de nomine dicet.

Sed

Sed de nomine, ac conditore Vrbis magna apud auctores eſt diſſenſio. Nam Cephalon Gergithius non ille, qui ſub Adriano floruit, nouemq. variarum hiſtoriarum libros edidit, Muſarum nominibus inſcriptos, ſed alius antiquiſſimus ſanè auctor, in libro, quē de Aeneae in Italiam aduentu ſcripſit, ait, ſecūda aetate poſt bellum Troianum à Romo Aeneae filio Romam conditam fuiſſe; cui adſtipulatur Demagoras, & Agathyllus. Heraclides autem Lembus, & Damaſtes Sigaeus tradunt, Aeneam cum Vlyſſe delatum è Moloſſis in Italiā, Vrbem condidiſſe, eáq. Romam appellaſſe à Roma Ilienſi muliere, cuius ſuaſu ferūt, caeteras Troianas mulieres, nauigationis, errorisq. taedio affectas, impulſas fuiſſe, vt claſſem exurerent, ibiq. manerēt. Quod & à Plutarcho de Claris Mulieribus, in Romulo, & in Problematis, & ab Halicarnaſſeo ex Ariſtotele refertur. Apollodorus Athenienſis in Euxenide, quā arbitror vnam eſſe ex XLVII. fabulis, quas edidit, ait, ex Aenea, & Lauinia Romum natum, vnde Romae deductū nomē. Callias autem Syracuſanus, qui Agathoclis res geſtas ſcripſit ſecus, quàm geſtae fuerant, prodidit Troianā quandam mulierem, cuius nomen Roma erat, in Italiam claſſe delatā, Latino Aboriginum Regi coniugio fuiſſe deuinctam, ex eaq. Regem duos ſuſcepiſſe liberos, Remum ſcilicet, & Romulum, à quibus conditae Vrbi matris nomen eſt impoſitum. Alcimus, qui Athenaeo teſte Ἰταλικὴν ἱστορίαν ſcripſit, ait, ex Tyrrhenia, & Aenea Romulū natū fuiſſe, ex Romulo Albam, ex qua natus eſt Remus Vrbis conditor. Dionyſius Chalcidenſis vult, fuiſſe Romū Aſcanij filium, vel ſecūdū aliorum opinionem, Emathionis, ab Diomede ex Troia in Italiam miſſum. Alij quidem aſſerunt, Romam conditam à Romo Itali filio, & Electra Latini filia, alij à Roma Itali, & Leucariae filia. Antigonus, peruetuſtus ſanè rerum Italicarum auctor tradit, Romum quendam Iouis filium vrbem in Palatio Romae condidiſſe. Xenagoras Vlyſſis, & Circes tres fuiſſe filios, ait, Remum, Antiam, Ardeam; eosque, conditis tribus oppidis, à ſeſe illis nomina indidiſſe. Agathocles, qui τὰ κυζικηνὰ ſcripſit, vult, à Roma Aſcanij filia Vrbem appellatam. Idemq. ex aliorum opinione tradit, Aeneam ſepultum in vrbe Berecynthia, iuxta flumen Nolon, vndè quēdam ex eius ſtirpe, nomine Romum in Italiam profectum, Vrbem Romam aedificaſſe. Fabius Pictor in fragmētis, quae mihi valdè ſuſpecta ſunt, ait, Italum, Italiae imperio ſuſcepto, filiam ſuam Romam Siculis, & Aboriginibus in Latio praefeciſſe; quae relicta Capena, medium Palatinum tenuit, & in vertice, vbi Exquilino monti haeret, Romam oppidulum condidit, quod Valentiam ſonat. Id poſteà Graeca voce ab Euandro ῥώμη appellatū eſt. Quod, vt D. Hieronymus aduerſus Iouinianū, ait, aut fortitudinis nomē eſt apud Graecos, aut ſublimitatis

iuxta

iuxta Hebraeos. Referunt aliqui, Pelaſgos poſt plurimas deuictas nationes, ad eam oram, in qua nunc Roma eſt, tandem perueniſſe: ibiq. Vrbem aedificaſſe, quam ῥώμην, ex ſuo in armis robore appellarũt. Auctor libelli de diuiſione Italiae, qui C. Sempronij nomine vagatur, negat, Romam à Romulo eſſe dictam; ſed contrà ab ipſa potius Roma, cuius adeò eſt occulta deriuatio, Romulum nomen habuiſſe. Galathas tradit, poſt Aeneae obitum, Italiae imperium ad Latinum Telemachi, Circesq. filium perueniſſe; qui ex Roma Remũ, Romulumq. filios ſuſcepit: idq. vt vrbs in Palatio cõdita, Roma appellaretur, cauſſam fuiſſe potiſſimam. Tradunt quidam, Romam Aeneae filiam, Telepho, Herculis filio nuptã, Vrbi nomẽ dediſſe. Alij Remum Latinorũ Tyrannum, cùm Etruſcos finibus eiecisset, Romam ferunt, conſtruxiſſe. Quo verò tempore, & ſub quibus aſtrorum ſignis, Roma aedificata fuerit, L. Tarrutius, inſignis Mathematicus, ex ijs, quae Romulo paſſim acciderunt, inuenit: vt ex Varrone refert Plutarchus in Rom. De qua re haec in Claudij Tuſci Ephemeridis compẽdio ſcripta ſunt. Ῥωμύλος δὲ κτίζει τὴν Ῥώμην, τῇ πρὸ δέκα μιᾶς καλανδῶν μαΐου κατὰ τὸ τρίτον τῆς ἕκτης. ἢ ὡς ἕτεροι κατὰ τὸ δεύτερον τῆς ὀγδόης. ἡ δὲ ὥρα τῆς πόλεως. ὥρα δευτέρα πρὸ τρίτης, ὡς Ταῤῥούτιος ὁ μαθηματικὸς κατεστήριξεν. ἡλίου μὲν ταύρῳ, σελήνης δὲ παρθένῳ. κρόνου δὲ ζυγῷ, διὸς δὲ λέοντι, ἄρεως ζυγῷ. ἀφροδίτης ταύρῳ. ἑρμοῦ κριῷ. Solinus autem, ex eiuſdem Tarrutij auctoritate, Romae
cap 2. genituram ſatis diuerſam refert. Ait enim, eam conditam fuiſſe vndecimo Kal. Maias, hora poſt ſecundam, ante tertiam, Ioue in Piſcibus, Saturno, Venere, Marte in Scorpione, Sole in Tauro, Luna in Libra conſtitutis. Eutropius verò ait, Romulum exiguam Vrbem
Lib. 1. in Palatino monte conſtituiſſe XI. Kal. Maias, Olympiadis VI. anno III. poſt Troiae excidium, vt qui plurimùm minimumq. tradunt, trecenteſimo nonageſimo quarto. Timaeus Siculus refert, eadem ferè tempeſtate à Romulo Vrbem fuiſſe conditam, quà à Tyrijs in Africa Carthaginem, octauo ſcilicet, & trigeſimo antè primam Olympiadem anno. L. Cincius voluit, anno quarto duodecimae Olympiadis: Fabius Pictor, anno primo octauae Olympiadiis: Polybius, & Diodorus Siculus, anno ſecundo Olympiadis ſeptimae: Apollodorus, Q. Luctatius Catulus, Cornelius Nepos, Eratoſthenes, M. Cato, Dionyſius Halicarnaſſeus, & Theophilus Antiochenus Olympiadis ſeptimae anno primo; alij Olympiadis ſextae anno quarto: ſed maior pars conſentit ſextae Olympiadis anno tertio. Dies verò, quo aeterna Auguſtae Vrbis fundamenta iacta fuerunt, Parilia, vel Palilia dicebatur, qui in honorem Palis, paſtorum Deae celebrabatur, ad arcendos lupos, morboſq. à pecore, ſeu pro partu pecorum: vnde quidam exiſtimant Parilia dicta. Propertius.

Vrbi

Vrbi feſtus erat, dixêre Parilia patres.
Hic primus caepit moenibus eſſe dies.

Ouidius, *Apta dies legitur, qua moenia ſignat aratro,* Lib. I. Faſt.
Sacra Pales aderat, inde monetur opus.

OMNIS CVRA VIREIS] Virgilius, Lib. I. Aen.
Omnis in Aſcanio cari ſtat cura parentis.

– ENDOPERATOR] Ἐπιβάτην. Iuuenalis, Saty. 4.
Quales tunc epulas ipſum glutiſſe putamus
Induperatotem?

Malui antiquam ſeruans ſcripturã, ſcribere in Ennio, **Endoperator**. In Induſtrio. Nam, vt Feſtus inquit, veteres, pro, induſtrio, initio, implorato, & improcinctu, endoſtrium, endoitium, endoploratum, & endoprocinctum dicebanr. Vnde in optimis Lucretij exemplaribus legitur, Endoitium. Endoplorato. Endoprocinctu.
Endoperatores pugnare, ac praelia obire.

EXSPECTANT, VELVTI CONSOL] Poſtquàm dixit in Lib. 4. ſuperioribus, Romulum, & Remum in auguriorum captatione occupari, nunc populi exſpectationem eleganti comparatione illuſtrat, ſumpta ex Circenſibus ludis: qua quidem ob oculos ferè ponit nutãtis populi ſolicitudinẽ, tam magnae rei exitum auidè expectãtis. Videtur autẽ in voce illa, *Exſpectant*, quaedã ſubeſſe quaſi latens morae increpatio. Siquidem rem nouam ſpectandi auiditas facit, vt etiam celeritas longa mora videatur. Quod elegantiſſimè expreſſit Lucretius Lib. 2. hac eadem comparatione,
Non ne vides etiam, patefactis tempori puncto
Carceribus, non poſſe tamen prorumpere equorum
Vim cupidam, tàm de ſubito, quàm mens auet ipſa?

Scripſi, *Conſol*, veterum more, qui, vt ait Velius, aequè confuſas, o, &, u, litteras habuerunt. Nam, Conſol, ſcribebant per, o, cùm legeretur per, u, Conſul. Vnde in multis etiã nominibus variae ſunt ſcripturae, vt, fontes, funtes, frondes, frundes. QVOM MITTERE SIGNVM] Signum mittendi munus, vt ex Liuio, extremo libro VIII. conſtat, Dictatoris, & Praetoris erat. Ità enim inquit, *Nec diſcrepat quin Dictator eo anno A. Cornelius fuerit: id ambigitur belli nè gerendi cauſſa creatus ſit, an vt eſſet qui ludis Romanis, quia L. Plautius Praetor graui morbo fortè implicitus erat, ſignum mittendi quadrigis daret*. Idem etiam munus quandoque Coſſ. exercuiſſe, idem Liuius auctor eſt: qui lib. XLV. ait, C. Licinium poſtremò quadrigas miſiſſe. Hinc pulcherrima illa effluxit tranſlatio, *Miſſum eſt*, cùm ſignificare volumus, aliquid reuocari non poſſe. Nam ſimulac carceribus miſſos rapit vngula currus, tanta equi pernicitate, contentioneq. decurrunt ſpatia, vt nullo pacto habenis retineri poſſint. Cicero libro I. de Finibus, *Quod* Hor. Lib. 2. Ser.

ſemel iam miſſum eſt, coerceri, reprimiq́; non poteſt. Horatius ad Piſones.

— *neſcit vox miſſa reuerti.*

Signum autem Reipub. temporibus, claſſicum fuit, vel aliquid huiuſmodi, poſterioribus autem mappa, quod à Nerone, vt refert Caſſiodorus, primùm fuit inſtitutum. *Mappa verò, inquit, quae ſignum dare videtur Circenſibus, tali caſu fluxit in morem. Cùm Nero prandium protenderet, & celeritatem, vt aſſolet auidus ſpectandi populus flagitaret, ille mappam, qua tergendis manibus vtebatur, iuſſit abijci per feneſtram, vt libertatem daret certaminis poſtulati. Hinc tractum eſt, vt oſtenſa mappa, certa videatur eſſe promiſſio Circenſium futurorum.* Suetonius in eiuſdẽ Neronis vita, *Mox & ipſe aurigare, atque etiam ſpectari ſaepius voluit; poſitoque in hortis inter ſeruitia, & ſordidam plebem rudimento, vniuerſorum ſe oculis in Circo maximo praebuit: aliquo liberto mittente mappã, vnde Magiſtratus ſolent.* Hunc verò Magiſtratum Praetorem fuiſſe, etiam Martialis teſtatur lib. XII.

Cretatam Praetor cùm vellet mittere mappam.

Hinc pro ludis Megalenſibus dixit Iuuenalis Satyra XI,

— *Megaleſiaca ſpectacula mappae.*

OMNEIS AVIDEI SPECTANT] Omnium oculi ad carceris oras ſunt conuerſi, Conſulis ſignum exſpectãtium, quo equi intra repagula coërciti inde repentè proſiliant. Virgilius,

Lib 5. *Intenti ſpectant ſignum* —

— AD CARCERIS ORAS] Carcer, ſiue carceres, locus eſt, vndè ſigno dato, incipiebat curſus. Graecis dicitur ἄφεσις, ὕσπληγξ, γραμμὴ, & βαλβὶς. Terminum verò, & finem quò dirigitur curſus, metã Latinè dicimus: Graecè τέλος, τέρμα, & βατῆρα. De carceribus Varro libro IV, ad Ciceronem, ait, *In circo primo, vnde mittuntur equi, carceres dicuntur, dicti, quòd coërcentur equi, ne inde exeant, antè quàm Magiſtratus ſignum miſit.* Hac etiam ratione ita appellatur locus, quò rei in cauſſis ſonticis detrudũtur. Carceres autem in Circo, vt refert Liuius

Lib. 8. L. Papirio Craſſo iterùm, L. Plautio Venno Coſſ. primũ ſtatuti ſunt. Nec reprehendi iure poteſt Poëta noſter, quòd cõtrà ſuperſtitioſam Grammaticorũ ſolicitudinem, carcer, pro repagulis, in ſingulari numero dixerit; cùm eum ſequutus Maro dicat,

Lib 5. — *ruuntq́; effuſi carcere currus.*

Orae autem hoc loco intelliguntur, Circi extremitates, vndẽ equi ad palinae cõtentionem emittuntur. — PICTEIS FAVCIBVS] Tranſlatio ab animali ad non animal; qua Circi anguſtias intelligit. Inde Virgilius Orci fauces dixit, Plinius, Nili, Liuius, portus, Epiri, &

Lib 6. Li 5. cap 5. Lib... Iſthmi. SIC EXSPECTABAT POPOLOS] Rei cõparationẽ applicat. Eadem ratione ſcriptum eſt, *popolos*, qua ſuprà *Conſol.* Victorinus

ctorinus in fragmento de Orthographia, *Ita noſtri, inquit, vt apparet ex libris antiquis foederum, & ex Legum, qui etiam ex frequenti tranſcriptione aliquid mutarunt, tamen retinent antiquitatem. Nam, o, non ſolùm pro breui, & longa, ſed etiam pro, u, poni, vt, pro, populus, ibi popolos; & vbi piaculum, ibi piacolon; & pro funus, fonos.* — ATQVE ORE TIMEBAT] Vultu populus animi trepidationẽ, commotionẽq. praeſeferebat. INTEREA SOL] Occaſus deſcriptio. — ALBV'] Albus quidem ſua ipſius natura videtur ſol, quamquàm intermedijs vaporibus eius aſpectus interdum nobis varietur. EXIN CANDIDA SE RADIIS DEDIT ICTA FORAS LVX] Chronographia temporis matutini ab albore. Albicat enim Aurora in roſeo colore, haud ſecus ac in igne flamma. Vnde Ennius in Medea, lucem, candentem facem appellauit. Attius in Phoeniſſis,

Sol, qui micantem candido curru, atq. equis
Flamam citatis feruido ardore explicas.

Rurſus Ennius de lucis candore in Menalippe, ait,

Lumine ſic tremulo terra, & caua lumina candent.

Et in Telamone,

Atque hoc lumen candidum claret mihi.

Vet' Poëta, *Sed iam de caelo candens Aurora obſtinet ſuum patrem.*
Idẽ alius, *Ore beato lumine volitans, qui per caelum candidus equitat.*
Pacuuius Chryſe,

Soliſq. exortu capeſſit candorem, occaſu nigret.

Hinc Lucretius candens ſolis lumen dixit, & Ouidius candidam lucẽ. Lib. 4.
LAETA VOLAVIT AVIS] Antequàm accuratè huius loci ſentẽtiam perpenderem, ratus ſum, hîc per auem, Auroram intelligi: eamque Poëtam noſtrũ ſic appellaſſe, vel ob alatum Pegaſum, à quo ipſam trahi, à Lycophrone, alijſque Poëtis traditum eſt: vel, quia ei pennae tribuuntur, vt apud Catullum, Lib. 1 Faſt.

— Memnonis Aethiopis
Vnigena impellente natantibus aëra pennis.

Mox verò cùm rem diligentiùs examinaſſem, aliter ſenſi, ſcilicet in ipſo ſolis ortu, dùm Romulus ſeruaret augurium, multas ſimul aues è longinquo illi apparuiſſe, quarũ numerum cum is minimè diſtinguere potuiſſet, Poëta omnes συνεκδοχικῶς auem dixit. Qua etiá figura paullò ſuperius,

Hinc Remus auſpicio ſe deuouet, atque ſecundam
Solus auem ſeruat —

Quas deinde cùm ꝓprius acceſſiſſent, duodecim eſſe cognouit. Cùm verò dicit, *Et ſimul ex alto longè pulcherrima praepes*, reſpicit ad antiquorum de augurijs opinionem, qui crediderunt, è caelo non ſine

Deorum voluntate aues immitti: cum quibus, quoniam altè volant, & ad ipſorum ſedes proximè accedunt, Deos commercia habere, exiſtimarunt. Laetam autem auem dixit, metonymiae tropo, ab effectu, quòd Romulum laetum reddebant, qui ab illis auguſtum Vrbis auſpicium expectabat. Vel, quòd auiũ laetitia Romuli laetitiam praeſi-

Lib. 1. Aen. gnabat: ſicut illa cygnorum, apud Maronem, futuram Troianorum alacritatem. Eas autẽ aues, vultures fuiſſe ſatis perſpicuũ eſt: quorum aſpectus cur in rebus gerendis feliciſſimus habeatur, rationem reddit Plutarchus in Ploblematis. AVREVS EXORITVR SOL]

Lib 1. & 4. Geor. Euripides χρυσοφαὴς ἥλιος. Virgilius eodem epitheto,

Per duodena regit mundi Sol aureus aſtra.

Idem, *Quod ſupereſt, vbi pulſam hyemem Sol aureus egit.*

— TERQVATVOR] Apparet ex his, veteres numerorum rationem in augurijs habuiſſe. Quorum duodenarius in magna exiſtima-

Lib 1. Aen tione fuiſſe videtur, cùm ex hoc, tùm ex illo Maronis loco,

Aſpice biſſenos, laetantes agmine cygnos.

Duodecim verò vultures Romulo apparuiſſe, omnes rerum Rom. ſcriptores cõſentiunt. Quibus viſis, Romulus animo erectus, Romanos bellicoſos futuros, exiſtimabat, quòd illud auium genus rapax

Lib. 44. ſit, admodumq. cruoris cupidum. Idem augurium ſcribit Dion, Auguſto oblatũ. Qui cùm prima die Comitiorum in Campum Martiũ progreſſus, ſex vultures vidiſſet, ac dũ milites alloqueretur, alios duodecim, id ad Romuli augurium referens, regnum idem ſibi portendi, ratus eſt. Quatuor autem ſimplici t, ſcripſimus, quia natura primam corripit, vt Ennius in hoc loco, & alibi.

Iamq. adeò quatuor partum ——

Hanc ſyllabam Poëtae cùm producere voluerunt, alteram conſonam addiderũt: vt in cuppedo, relligio, relliquus, relliquiae. Sunt qui duas poſtremas huius dictionis ſyllabas in vnam contrahentes, non rectè legant, *Cedunt de caelo ter quattuor corpora ſancta.*

Lib. 1. — CORPORA SANCTA AVIVM] Lucretius,

Nec mortale genus, nec diuûm corpora ſancta.

Lib. eod. Et rurſus, *Hunc tu diua tuo recubantem corpore ſancto,*

Lib. 1. Idem de auibus, —— *corpora cuncta volantum.*

Lib 2. & 5 &, —— *corpora pennipotentum.*

— PRAEPETIBVS SESE, POLCREISQVE LOCEIS DANT] Praepes, à Graeca voce, προπετὴς videtur emanaſſe: apud quos ea dictio ſignificat, qui pronus ruit, vel fertur. Hinc ad loca trãſtulit Ennius, ad quae procliuis eſt allapſus, ſicut etiã alibi, cùm dixit,

Brunduſium polcro praecinctum praepete portu.

In praepetes Aues Praepetes autem aues dicuntur, vt tradit Paullus ille, qui Feſtum

multis

multis partibus amputatis, loripedem reddidit, quae ſe antè auſpicātem ferunt. Nam, praepetere dicebant, pro, anteire. Alijs verò placet, praepetes aues ab auguribus appellari, quae opportunè praeuolant, aut idoneas ſedes capiunt: easq. ab oſcinibus differre, tradunt, quòd illae volatu auguria praebebant, hae ore futura praedicebant: atque ita dictas ab, os, &, cano. Ad haec Seruius, eo verſu, Lib. 6 Aen.

Praepetibus pennis auſus ſe credere caelo,

praepetibus, felicibus, interpretatur. Praepetes enim, boni augurij aues eſſe, dicit. CONSPICIT INDE SIBEI] Rem confirmat ab auſpicio. — STABILITA SCAMNA SOLVMQVE] Metonymia pro regno, ſed concinniùs,

— *ſtabilitaque ſcamna ſolumque.*

Non diſsimile prorſus huic illud eſt, quod Atreus, vt opinor, apud veterem quendam Poëtam pronunciauit,

Addo huc quod mihi portento Caeleſtum pater
Prodigium miſit, regni ſtabilimen mei.

NEC POL HOMO] His verſibus Poëtam exiſtimo Remi interitum eſſe proſequutum: qui, vt certior fuit opinio, non quòd Vrbi nomen imponere, & imperare contēderit, necatus fuit; ſed quòd in fratris contemptum tranſiluiſſet muros, quos ille cōſtituerat, ſanctosq. deuouerat. Vnde Pomponius Iureconſultus libro II. ex Varijs lectionibus, ait, *Ciues Romanos aliàs, quàm per portas egredi nō licere: cum illud hoſtile, & abominandum ſit. nam & Romuli frater Remus occiſus traditur, ob id, quòd murum tranſcendere voluerit*. Liuius, *Vulgatior fama eſt, ludibrio fratris Remum nouos tranſiluiſſe muros: inde ab irato Romulo cū verbis quoque increpitans adiecißet, Sic deinde, quicunque alius tranſiliet moenia mea, interfectum*. Verba haec itaq. à Romulo Remum percutiente proferuntur, increpando, interminandoque ne quis deinceps eadem poena deterritus, idem audeat facinus. Illud verò, *Nec pol homo*, vehementi cum iracundia, & ſtomacho prolatum videtur, vt illud Terentij in Andria, Lib. 1.

Tu pol homo non es ſobrius —

— QVISQVAM FACIET IMPVNE] Citra noxam. Virgilius — *non illi quiſquam ſe impunè tuliſſet.* Lib. 6.

HOC NISI TV] A fortiori, quaſi dicat Romulus, ſi tu frater non impunè feciſti, nemo vtique impunè faciet. — NAM MI CALIDO DAS SANGVINE POENAS] Virgilius ex Ennio, Lib. 9.

Tu tamen intereà calido mihi ſanguine poenas
Perſolues amborum, inquit —

AST HIC QVEM NVNC] In Nonio habetur hic locus, *Ennius Lupiaſt. Quem nunc tu tam toruiter increpuiſti*. Ioſephus Scaliger

 cenſet,

cenſet, legendū eſſe, *Ennius libro I. Aſt hic, quem nunc tu tàm toruiter increpuiſti*. Cuius emēdationi eò magis aſſentimur, quòd apud neminē hactenus Ennium in Lupiaſta citatum offendimus. Nec Nonij emēdatoris probamus opinionē, qui pro, *Lupiaſta*, Pancratiaſte putat ibi eſſe reponendum. Nam eam fabulam non hexametro carmine ſcriptā fuiſſe, ex reliquijs, quae ex tanto naufragio ſeruari poterunt, conſpicuum eſt: & huiuſmodi fragmentum clarè liquet hexametri pedibus cōſtare. Cui ſi, *Aſt hic*, ſpondeus, in prima ſede addatur integer remanebit hexameter. Caeterùm verbi huius, *increpo*, ſignificatio nō multis planè hactenus examinata, anſam praebuit, vt aliquantulū à Scaligeri lectione deflecterem. Itaq. in Nonio legendum exiſtimo, *Ennius libro I.* & mox pro, *Aſt hic, Haſta*, vt ſit verſus,

Haſta, quem nunc tu tam toruiter increpuiſti.

Li 1 Eleg 1. In quo idem ſit, haſta increpare, quod Tibullo, increpare ſtimulo,

Et ſtimulo tardos increpuiſſe boues.

Lib. 2. Nam Romulus rutro, vt ait Dionyſius, in Remi caput inflicto, cum exanimauit. Eſt autem hoc loco increpare, idē quod minitando percutere: quod ira accenſi hominis proprium eſt, qui dum in aliquem furenter irruit, vnà manus, contumelijs, conuicijsq. additis, inijcit. Sed id κατὰ μείωσιν dictum eſt, ſicut illud Maronis, *Pulſatuſue parens*, pro, occiſo. Videntur autem haec à Laurētia amborū altrice expreſſa, quae vt mater vtrunq. diligebat, Romulum incuſans, quòd obiurgādo fratri necem intuliſſet. — TORVITER] Antiquo more, pro toruè, vt apud Plautum ampliter, Terentium duriter, Lucretium longiter, Catullū puriter, Tuberonē inimiciter: pro, amplè, durè, longè, purè, inimicè. Statilius Maximus in libro de ſingularibus apud Ciceronem poſitis, adnotauit ab eo, rarenter pro, rarè dictū eſſe. QVOM TONVIT LAEVVM] Romulus, mortuo fratri ſolutis iuſtis, populique conſenſu firmata imperij ſede, noluit ad regiae dignitatis faſtigium euehi, niſi id prius Dij omine, augurioque comprobaſſent. Vbi igitur illuxit dies, qua de regno quid Dijs placitum eſſet, obſeruaret, ſtans ſub dio & in loco puro, mundoq. victimis ritè mactatis, Iouem precatus eſt, caeteroſq. ſuperos, quos coloniae praeſides conſtituerat, vt, ſi Vrbis nouae ipſorum conſenſu imperio potitus eſſet, de caelo ſignum aliquod felix ederent. Quibus peractis, fulgur à ſiniſtra ad dexteram emicuit. Et hāc nimirùm veram huius carminis ſententiam, certamq. ſedem arbitramur. Hinc prodijt illud Maronis, Lib 2 Aen.

— *ſubitoq. fragore*

Intonuit laeuum —

Lib. 9. Et, *Audijt, & caeli Genitor de parte ſerena*

Intonuit laeuum —

Ouid.

Ouid. *Ille pecabatur, tonitru dedit omine laeuo* Lib.4. Faſt.
Iuppiter, & laeuo fulmina miſſa polo.

Ad eandem quoque ſiniſtrae partis ſuperſtitionem pertinet locus ille Ciceronis in Mario,

Partibus intonuit caeli Pater ipſe ſiniſtris.
Sic Aquilae clarum firmauit Iuppiter omen.

Statius, *Signa feras, laeuusq. tones* —— Li.3. Theb.

Siniſtra verò auguria, & auſpicia ideo feliciora exiſtimarũt, quia quae nobis ſiniſtra ſunt, à Dijs dextera demittuntur. De qua re Dionyſius libro II, Plutarchus in Problematis, Plinius, Pompeius, & Seruius. Varro libro V. Epiſtolicarum quaeſt. ait, *A Deorum ſede cùm in meridiem ſpectes ad ſiniſtram ſunt partes mundi exorientes: ad dextram occidẽtes: vnde factum arbitror, vt ſiniſtra meliora auſpicia, quàm dextra eſſe exiſtimentur.* Chalcidius autẽ vult, Dexteram mundi partem eſſe orientem. Nam cùm mundus animal ſit, id quidem intelligens, dexteras partes eas habebit, in quibus eſt initium motus, & ex qua parte, perinde vt caetera animalia, mouetur primitus. Alijs verò placet ſiniſtras partes ex Augurum diſciplina eſſe ſeptemtrionales: ideoq. inde ſignificatur fulmina eſſe altiora, & Iouis domicilio proximiora. In qbus obſeruationibus adeò Etruſcos peritos fuiſſe proditũ eſt, vt ἀπὸ τοῦ αἰθέρα ἀσκεῖν, quia ſcilicet de caelo ſeruantes aetheri operam darent, denominationem acceperint. Horum diſciplina Attalus philoſophus optimè imbutus, multa monebat conſideranda, vt in fulminibus inſpiceretur, ſcilicet vbi factum eſſet, quandò, cui, in qua re, quale, quantum. Quo quidem ritu à maioribus accepto, Romani in Magiſtratibus creandis perpetuò vſi ſunt, qui tandẽ à Caeſare, cùm omnia iam in eius poteſtatem eſſent delata, neglectus fuit. Hinc Lu- Lib 5.
canus, *Nec caelo ſeruare licet, tonat augure ſurdo.*

— BENE TEMPESTATE SERENA] Hoc quidẽ eſt, quod rem mirabilẽ, ac ꝓdigioſam facit, ſereno ſcilicet, ac ſudo caelo tonare, quod naturaliter fieri poſſe, negat Lucretius lib. VI. Ex hoc Ennij loco ductum eſt illud M. Varronis in Eumenidibus,

Dum ſermone caenulam variamus,
Intereà tonuit benè tempeſtate ſerena.

Sed hîc, *benè ſerena*, pro, valde ſerena intelligimus, vt paullò poſt,

Accipe daq. fidem foedusq. feri benè firmum,

pro, valde firmum: Et in VII. Ann.

Hocce loquutũ vocat, qui cùm benè ſaepe libenter.

Vnde Porphyrio explicans illud Flacci, li.3. Carm.

—— *ſcelerum ſi benè poenitet* ——

ait, *benè*, *pro valde poſitum, vt apud Ennium frequenter.*

Lucretius

Lib. 5. Lucretius, *Donicum contrà pleno benè lumine fulſit,*
Nec ſolū, *benè* pro, valde Poëta noſter vſus eſt, ſed &, *bonum*, pro, magno frequenter vſurpauit: vt ex eodem Porphyrione cognoſcere licet, ſuper illud eiuſdem Flacci,

Lib. 1. Ser. Sat. 1. *At bona pars hominum* ——

Vbi ait, *bona nunc, pro, magna dictum eſt, vt ſaepè Ennius, & alij veteres.* — AD ARMENTAS] De Caco, ni fallor, loquitur: qui Herculis boues abegerat. Et rectè quidem armentas dixerat, cùm boues magis armentorum, quàm iumentorum nomine appellari, Pomponius tradat in libro VI. ad Sabinum. Videtur autem hoc loco Poëta digredi ad Herculis in Latio geſta narranda, cùm loqueretur de ſacris, quae Romulus Vrbe cōdita, fecit Herculi, quemadmodū, in eius memoriam ab Euandro quondam inſtituta fuerunt. Idq. eò magis coniectura ad ſuſpicandum ducimur, quòd Liuius agens de ſacris à Romulo, Graeco ritu, Herculi inſtitutis, mox Caci hiſtoriam proſequitur. Obſeruat Nonius, à veteribus armēta, feminino genere vſurpari. Feſtus, *Inuenies tamen*, inquit, *femininè armentas apud Ennium poſitum.* ILLE SVOS DEIVEIS MOS SACRIFICARE PVELLOS] Hic verſus ſine loci indice à Nonio adducitur: ſed idoneo hoc loco, & congruenti poſitus eſt. Hactenus enim videtur Poëta de Herculis ſacris loqui, qui Geryone interempto, cùm ex Hiſpania victor in Italiam, quae tūc Saturnia appellabatur, perueniſſet, nefarium aboleuit ritum humana hoſtia Saturnū placādi. Nam erecta ara in Saturnio colle, in ea puris ignibus hoſtias adoleri inſtituit: & vt, pro veris hominibus, quos ligatis manibus, è ponte Miluio in Tiberim deturbabant, effictas ex ſcirpo imagines proijcerent. Quod in V. Faſtorum explicauit Ouidius. Traditum quidem eſt, immania huiuſmodi in Latio ſacra, ex Dodonaei Apollinis reſponſo Pelaſgis reddito, initium habuiſſe. Qui cùm longos pòſt errores in Italiā tandèm appuliſſent, viſoque propè Cotylam Aboriginum vrbem lacu, in quo mobilis inſula aquis ferebatur, rei nouitatē admirarētur, Oraculi memores, longae peregrinationis finē ſe nactos eſſe rati ſunt. Nam illius vaticinio admoniti fuerant, vt in Siculorū Saturnia terra, Aboriginum Cotylam quaererent, vbi inſula vehitur: cum quibus ſimul permiſti, Phoebo decimas mitterent, & Ioui capita, & virum Saturno. Sed cùm Pelaſgi Aborigines vidiſſent magno exercitu obuiam prodeuntes, inermes, ſupplicesq. rogauerunt, vt eos in amicitiam reciperent, ſoliq; partem concederent. Quod cùm ab illis per humaniter impetraſſent, Oraculi monitis parentes, humana victima Saturno ſacrificare caeperunt. Eoque more antè Herculis aduentum tota ea regio vtebatur. Oraculi verba hoc modo apud Dionyſium, Macrobium

Lib. 1. (margin, beside "Romulo, Graeco ritu")
In Armenta (margin)
In Armentū (margin)

bium,& Stephanum habentur, Lib. 1 Antiq.

Στείχετε μαιόμενοι Σικελῶν Σατουρνίαν αἶαν, Li. 1 Satur. c. 7.
Ἠδ' Ἀβοριγινέων Κοτύλην οὗ νᾶσος ὀχεῖται,
Οἷς ἀναμιχθέντες δεκάτην ἐκπέμψατε Φοίβῳ, De Vrbibus
Καὶ κεφαλὰς Κρονίδῃ, καὶ τῷ πατρὶ πέμπετε φῶτα.

Poſtremum hunc Oraculi verſum adducit Lactantius in lib.I.Diuin. inſtitut:vbi Varronis auctoritate comprobat,hunc ritum ex Oraculi reſponſo originem duxiſſe.In Macrobij exemplaribus,pro, Κρονίδῃ,legitur,Ἅδῃ, quam lectionem ſequitur Arnobius; qui exprobans falſam Gentium religionem,ait,*Antè aduentum in Italiam Herculis, cùm ex Apollinis monitu Patri Diti,ac Saturno humanis capitibus ſupplicaretur: & hunc ſimiliter morem,non fraude callidula,& nominum ambiguitate mutaſtis?* Ambigua enim vltimae dictionis ſignificatio, Oraculũ reddidit ambiguum. Nam, φῶς, lumen, & virum ſignificat. Cur verò vtrumque haec dictio ſignificet, rationem explicat Plutarchus in libello, qui, Λάθε βιώσας inſcribitur: quòd ſcilicet homini naturalis cognoſcendi cupido inſita ſit; eiuſque animae ſubſtantiam, lumen eſſe, aliqui ex antiquis philoſophis fuerint arbitrati. De hoc verò ſacrificandi ritu Ennium intellexiſſe, non eſt verendum. In Feſti exemplaribus idem, ni fallor, verſus ſic legitur, ſine metri ſtructura, Lib. 2. In puellis

Poeni ſoliti ſuos ſacrificare puellos.

Quem ità reſtituimus,

Vt Poeni ſoliti ſos ſacrificare puellos.

Qui verſus quamuis verbis aliquantum ab illo, quem ſuprà ex Nonio retulimus diſcrepet, ſententia tamen nihil differt. Dionyſius in I.libro, in quo plurimùm in recenſendis Vrbis primordijs occupatur,dũ retulit,priſcos illos Italiae homines Saturno humanas hoſtias immolare vſos fuiſſe, addit,haud ſecus,quàm Carthaginienſes, dum eorum vrbs ſtetit.Quare fieri poteſt,vt hoc etiam modo id ab Ennio explicatum ſit; antiquos ſcilicet illos Latij incolas Saturnum humanis victimis placare conſueuiſſe,

Vt Poeni ſoliti ſos ſacrificare puellos.

Vel,vt dicat, quòd priſcis illis Latinis idem fuit,qui anteà,

Poenis,ſos Deiueis mos ſacrificare puellos.

Atque ita,ab eo, quem refert Nonius, prima tantùm dictione differt. Varro apud D. Auguſtinũ in doctiſsimis illis de Ciuitate Dei libris,explicans rationem cur Saturno à quibuſdam pueri ſoliti eſſent immolari,ſicut à Poenis;& natu maiores à quibuſdam,ſicut à Gallis: *Quia,*inquit,*omnium ſeminum optimum eſt genus humanum.* Minutius autem felix in Octauio aliam affert rationem:quòd ſcilicet filios ſuos Lib. 2.

K Saturnus

Saturnus deuorauit. Vnde meritò ei in nonnullis Africae partibus à parentibus infantes immolabantur, blanditijs, & oſculo comprimēte vagitū, ne flebilis hoſtia immolaretur. Idem ferè his verbis expreſſit Tertullianus in Apologetico, *Cùm proprijs filijs Saturnus non pepercit, extraneis vtiq. non parcendo perſeuerabat; quos quidem ipſi parentes ſui offerebant, & libentes exponebant, & infantibus blandiebantur, ne lacrimantes immolarentur.* Immò, vt refert Plutarchus in libello de Superſtitione, immitis, ac dura adſtabat mater ſine gemitu: quae ſi fortè illacrimaſſet, aut ingemuiſſet, honore cenſebatur indigna: nec propterea à filij immolatione deſiſtebant. Quin etiam antè ſtatuam tibijs canentium ſono, & timpana pulſantium ſtrepitu, omnia reſonabant, ne puerorū, dum mactabātur, eiulatus exaudiri poſſet. Et, quod maximè durum eſt, qui liberis carebant, à pauperibus paruulos, velut agnos, aut gallinas ad hunc vſum ſibi comparābant. De impio huiuſmodi ſacrorum, ſeu potius ſacrilegiorum genere meminit Plato in Atlantio, ac iterum in Minoë. Tertullianus aduerſus Gnoſticos, ait, *Sed enim Scytharum Dianam, aut Gallorum Mercurium, aut Afrorum Saturnum, hominum victima placari apud ſaeculum licuit.* Hunc verò morem à Carthaginis conditoribus inſtitutum, ad eius vſque excidium

Lib. 4. ſeruatum fuiſſe tradit Q. Curtius. Quem cùm aliquando Iphicrates

Lib. 20. ab eis ſubſtuliſſet, victi demum ab Agathocle, vt refert Diodorus, & Poſcenius Feſtus in libris Hiſtoriarum per Satyram, Deum ob patria ſacra obſoleta ſibi iratum, exiſtimauēre. Ac vt numinis iracundiam ſedarent, ducentos ingenuos pueros ad aras, pecudum more, crudeliſſimè trucidarunt. At Aeſchilus in libro περὶ παροιμιῶν, & Daemon aiunt, apud Sardonem, Carthaginienſium Coloniam non pueros, ſed ſenes ſupra ſeptuageſimum annum Saturno immolari ſolitos. Sed Clitarchus ait, patrium Carthaginienſibus inſtitutum fuiſſe, in magnis votis puerum in porrectas aenei Saturni ſimulacri manus imponere: ſub quo clibanum ſuccedebant, vt puer ignis vapore contra-

Lib. 20. ctus, ridentis ſpeciē praeberet. Memorat Diodorus, Carthagini aeneū Saturni Coloſſum fuiſſe: qui manus ſupinas in terra inclinatas exporrigebat: ità, vt puer, qui in illis ſacrificandi gratia imponeretur, illicò inuolutus, in quandam ignem plenam voraginem incideret. Eius verba haec ſunt, ἦν δὲ παῤ αὐτοῖς ἀνδριὰς Κρόνου χαλκοῦς, ἐκτεταχὼς τὰς χεῖρας ὑπτίας ἐκτεταμένας ἐπὶ τῆς γῆς. ὥστε τὸν ἐπιτεθέντα τῶν παίδων ἀποκυλιεῖσθαι, καὶ πίπτειν εἰς τι χάσμα πλῆρες πυρός. Qui mos noſtris quoque ſuperioribus tēporibus non dum omnino abolitus erat. Nam in quadam Americae inſula, Carolina appellata multae aeneae imagines forma eadem ſunt inuentae; in quarum manibus, ſubditis ignibus efferueſcētibus, pueri imponebantur: qui ardore conflagrantes ani-

mam efflabant. Barbarum hunc, ac penitus inhumanũ Carthaginienſium morem Imilce Annibalis coniux, cuius filius eo ritu litandus erat, apud Silium deflet his vocibus, Lib. 4

Quae porrò haec pietas, delubra aſpergere tabo?
Heu primae ſcelerum cauſſae mortalibus aegris;
Naturam neſcire Deûm, iuſta ite precari
Ture pio, caedumq. feros auertite ritus.

Non diſſimili ſententia deteſtatur idem Empedocles, à quo haec ferè deſumpta videntur.

Μορφὴν δ' ἀλλάξαντα πατὴρ φίλον υἱὸν ἀείρας
Σφάζει ἐπευχόμενος, μέγα νήπιος. οἱ δ' ἀπορεῦνται
Λισσόμενον θύοντες, ὁ δ' ἀνήκουστος ὁμοκλέων,
Σφάξας, ἐν μεγάροισι κακὴν ἀλεγύνατο δαῖτα.
Ὡς δ' αὔτως πατέρ' υἱὸς ἑλὼν καὶ μητέρα παῖδες
Θυμὸν ἀπορραίσαντα, φίλας κατὰ σάρκας ἔδουσι.

Plutarchus libro eodem de Superſtitione, quẽ ſuprà memorauimus, ait, quòd Carthaginienſibus longè melius fuiſſet, Critiam, aut Diagoram, atheos, & impietatis auctores accerſere, atque eorum placitis, ac inſtitutis, nullos eſſe Deos, aut Daemonas aſſerere, q̃ talibus ſacrificijs vti. Haec Geloni, quamuis Tyranno, adeò impia, ac horrida viſa ſunt, vt, cùm Carthaginienſes apud Tmeram debellaſſet, in pacis foederibus inſcribere coëgerit, quòd ab immolandis Saturno filijs deſiſterent. Hoc deinde nefariũ ſcelus Tiberius, Africae Proconſul ſubſtulit: qui, vt teſtatur Tertullianus, eius immolationis ſacerdotes in arboribus, quae Saturni templum patulis diffuſae ramis opacabant, crucibus ſuffixit. Increbuit etiam ferina illa barbaries apud Rhodios, qui pridie. Non: Iul. eius Dei aram humano ſanguine aſpergebant, vt ex libro II. Porphyrij περὶ ἀποχῆς τῶν ἐμψύχων, repetunt Euſebius in lib. IV περὶ εὐαγγελικῆς παρασκευῆς, & Theodoretus in libro VII. θεραπευτικῆς τῶν ἑλληνικῶν παθημάτων. Phoenices in maximis calamitatibus aliquot ex ijs, quos plurimùm diligerent, Saturno deuouentes, iugulabant; vt a Philone Byblio proditum eſt in libris, quos à Sanchuniathone Phoenicum lingua conſcriptos, in Graecam tranſtulit. A quo more, Phoenices dicti ſunt παρὰ τὸ φονεύειν. Ad quod etiam reſpiciens Ariſtoteles in libris περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ait, eos populos, Phoenices appellari, quòd primi maria nauigantes, quocunq; appellerent, omnes necarent: nam ſecundùm Perraeborum linguam φονίξαι, trucidare, ſignificat. Apud Curetas, vt Iſter refert in eo libro, quo Cretenſium ſacrificia collegit, idem etiam mos inualuit. Ex quibus omnibus effluxit, vt, cùm quis necandus eſſet, Saturni hoſtia appellaretur. Plaut. Amphytr. lib. Aduerſ. Gent.

Faxo, vt bubulis corijs onuſtus ſis, Saturni hoſtia.

Diuerſis tandem locis, diuerſis numinibus eadẽ mactabatur hoſtia; Baccho ſcilicet, vt Euolpis Chariſtius ait, in Chio, & Tenedo; Marti Lacedaemone, vt refert Apollodorus; Iunoni Hieropoli, vt in libro περὶ ἀρχαϊσμοῦ, καὶ εὐσεβείας teſtatur Manethus: Mineruae Laodiceae, vt Pallas tradit in libro, quo Mythrae myſteria complexus eſt; Diomedi Salamine: vndè immaniſſimum eum ritum Diphylus Cypriorum Rex ſubſtulit; qui humanam hoſtiam in bouis immolationem permutauit. Sed illud apud Tribalos eſt omni atrocitate atrocius: à quibus, vt in extremo ſecundo Topicorum refert Ariſtoteles, laudi, gloriaeque ducitur parentẽ immolare. SATVRNVS, QVEM CAELV' GENIT] Saturnum Caeli filium fuiſſe, teſtatur Heſiodus in Theogonia, & Orpheus in Hymnis, quos Tatian' in Oratione πρὸς Ἕλληνας, ad Onomacritum auctorẽ retulit. Caelum verò neutro genere Deorum ſedem, Caelus Deum ſignificat: quemadmodum Orcum inferorum locum, & Plutonem Orcus. GENIT] Ἀρχαϊκῶς, pro, genuit. Lucretius —— *totum video per inane geni res.*

Lib 3. Et, *Totum poſſe extrà corpus durare, genique.*

Ibid.

— DE QVA LATE SATVRNIA TERRA] In fragmento Originum, quod M. Catonis nomine manibus teritur, haec ſunt, *A quo Saturno, Saturnia olim, quod nunc Capitolium, & ab eo latè Saturnia terra.* Quae verba exiſtimo non M. Catonis eſſe, ſed potius Annij Viterbenſis, qui ea ex Varrone tranſcripſit. Ita enim is in lib. IV. de lingua Latina de eodem Capitolio ait, *Hunc anteà montem Saturnium appellatum prodiderunt, & ab eo latè Saturniam terram, vt etiam Ennius appellat.* Nec quidẽ ineptè ex hoc loco dimidiatũ hunc verſum, vt Ennianũ deſcripſimus, & hîc aptauimus: cùm non ab re videatur Poëta

Lib. I. de Saturni ſacrificio verba faciens, loci, vbi coleretur meminiſſe. De huiuſmodi cultu, & Herculis in Italiam aduentu, eadem ipſius Ennij ſententia, nonnulla videtur Halicarnaſſeus in ſua hiſtoria conſuiſſe. Qui ſimiliter de Capitolio inquit, ὡς δὲ ἐγὼ συμβαλλόμενος εὑρίσκω καὶ πρὶν Ἡρακλέα ἐλθεῖν εἰς Ἰταλίαν, ἱερὸς ἦν ὁ τόπος τοῦ Κρόνου, καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων Σατόρνιος, καὶ ἄλλη δὲ ἀκτὴ σύμπασα, ἡ νῦν Ἰταλία καλουμένη τῷ θεῷ τούτῳ ἀνέκειτο, Σατορνία πρὸς τῶν ἐνοικούντων ὀνομαζομένη. Hoc eſt, Sed quantùm ego ex ſcriptoribus colligens comperio, etiam antè Herculis in Italiam aduentum, ſacer erat Saturno is locus, qui ab incolis Saturnius dicebatur. Quin & ora vniuerſa, quam nunc Italiam dicũt, huic Deo dicata erat, Saturniaq. ab habitatoribus appellata eſt.

Lib. 3. Arnobius, *Ianus Ianiculi conditor, & ciuitatis Saturniae Saturnus auctor.* Virgilius de vtroq.

Lib 8. *Ianiculum huic, illi fuerat Saturnia nomen.*

Itaque ex his ſuſpicor, Ennium ſcripſiſſe,

— *olim Saturnia nomen*

Huic fuerat, de qua latè Saturnia terra.

AVDIRE EST OPERAE PRETIVM] Duos hos verſus Porphyrioni, & Acroni acceptos referimus. Vterque enim in illis Horatijs verbis, Lib 1 Sat.

Audire eſt operae pretium, procedere rectè.

Qui moechos vultis, vt omni parte laborent,

oſtendunt, Horatium Ennianis verſibus praeclarè abuſum. Huiuſmodi verò parodijs Graeci frequentiùs, quàm Latini iocati ſunt: & praecipuè Matron, Hegemon Thaſius, Hipponactes, Timon Phliaſius, & Sopater. Varro in Satyra, quam Teſtamentum inſcripſit, περὶ διαθήκης μετὰ φιλοσοφίας, poſtremum hunc Ennij verſum nulla auctoris mentione facta, ita affert,

Qui rem Romanam, Latiumq. adſciſcere voltis.

Arbitror autem, verba haec eſſe Romuli ad Senatum: qui conſtituta iam Repub. cùm praeuideret ob mulierum inopiam diu eam ſeruari non poſſe, de Patrum, quos elegerat, conſilio, in finitimas regiones ad ineundam ſocietatem legatos miſit; eamq. iuſſit, vt connubiorũ foedere confirmarent. Qui cum re infecta redijſſent, Romulus de vi inferenda cogitans, Senatum conſuluit. Cumque omnes eius ſententiã comprobaſſent, indicitur Feſtus Neptuno dies; cõueniunt è finibus vndiq. multi, & Sabini praecipuè, cum liberis, & coniugibus hilari animo, ab omni ſuſpicione alieni. Celebrantur ſpectacula: virgines vi rapiuntur, domosq. à Romanis deferuntur. His igitur verbis, *Audire eſt operae pretium*, facit Romulus Romanos attentos, ab vtilitate rei, atque neceſſitate. Terentius in Andria ijſdem eſt verbis vſus,

Audireq. eorum eſt operae pretium audaciam.

Quod exponens Donatus, *Dicitur*, inquit, *operae pretium de mirificis, atq. laudabilibus. Nam & ea, quae magna ſunt, etiam ſi mala, tamen miramur, quia libenter audiamus, & hoc pretium eſt operae, ideſt audiendi.* — REM ROMANAM] Romanum Imperium. Idem alibi,

Moribus antiqueis res ſtat Romana, vireisq.

Virgilius de Marcello, Lib 6.

Hic rem Romanam magno turbante tumultu

Siſtet Eques —

Varias huius dictionis ſignificationes hoc vno verſu complectitur Auſonius, *Imperium, litem, Venerem cur vna notat res?*

VIRGINE' NAM SIBI] Si, *Virgines*, legeretur, creticus, pro dactylo poſitus eſſet. — SAS] Sas, & ſos, pro, ſuas, & ſuos, ab Ennio ſaepè eſt repetitum. ACCIPE DAQVE FIDEM]

Pacta, ac foedera tribus modis cōperimus veteres ſancire cōſueuiſſe: Verbis, vt iureiurando, factis, vt mactatis victimæ, manibus, quia his fidem obſtringebant. Vnde tria apud eos erant rupti foederis crimina; periurij, atque violatae, & fractae fidei. Videtur hoc loco de eo foedere Poëta loqui, quod inter Romanos, & Sabinos ictum eſt. Qui, vt improbiſſimum virginum raptū vlciſcerentur, Romanos adorti ſunt: captoq. Capitolio, Tarpeia Veſtali virgine prodente, cùm acerrimū praelium committere pararent, raptarum lacrimis, atque obteſtationibus compoſita ira, foedus paciſcuntur. Quare haec verba à Romulo foedus componente prolata, arbitror: huiuſmodi pacis conditione propoſita, vt ſcilicet aequa poteſtate in vrbe Tatius Sabinorū Rex, & ipſe, alternis diebus imperarent. Quam ſententiam declarat verſus, qui mox ſequitur,

Alternum ſeritote diem concorditer ambo.

Lib. 2. Refert Dionyſius, Romulū, ac Tatium antè aras, circa mediam ſacrā viam foedus iciſſe. Vbi permiſtis inſimul Romanis, ac Sabinis, ſe mutuò cem conſalutarunt. Plutarchus in Romulo prodidit, illud ſancitum fuiſſe in loco, quod Comitium à, coëundo, appellatum eſt. Ea de re ſic Lib. 1. Liuius, *Inde ad foedus faciendum Duces prodeunt: nec pacem modò, ſed ciuitatem vnam ex duabus faciunt: regnum conſociant; imperium omne conferunt Romam. Ita geminata Vrbe, vt Sabinis tamèn aliquid daretur, Quirites à Curibus appellati ſunt.* Huc alludit Virgilius cum Aeneam ab Euandro pacem petentem inducit,

Lib. 8. *Accipe, daq. fidem, ſunt nobis fortia bello*
Pectora ——

Ibid. Idem, vniuerſam hanc hiſtoriam finxit, in Aeneae Clypeo Vulcanum inſculpſiſſe.

Nec procul hinc Romam, & raptas ſine more Sabinas
Conſeſſu caueae, magnis Cirſenſibus actis,
Addiderat: ſubitoque nouum conſurgere bellum
Romulidis, Tatioque ſeni, Curibusque ſeueris.
Poſt ijdem inter ſe poſito certamine Reges
Armati Iouis antè aras, paterasque tenentes
Stabant: & caeſa iungebant foedera porca.

Nec ſolùm duas ciuitates in vnam Romulus, & Tatius redegerunt, verùm, vt populorum tranquillitati magis cōſulerent, ac foedera diu inuiolata ſeruarētur, eam in tres Equitum centurias diuiſerunt: quarum duae Ramnenſium, & Tatienſium ab eorum nominibus fuerunt appellatae, tertia verò Lucerum, cuius origo, vt tradit Liuius, Lib. 1. incerta eſt. Harum autem Ennium meminiſſe, Varronis indicio liquet, qui libro IV. ad Ciceronem inquit, *Ager Romanus primus diuiſus in partes*

in partes tris, à quo Tribus appellatae, Tatienſium, Ramnium, Lucerum. nominatae, vt ait Ennius, Tatienſes à Tatio, Rammenſes à Romulo, Luceres (vt ait Iunius) à Lucumone. Sed Plutarchus vult, dictã fuiſſe διὰ τὸ ἄλσος, quod Latini, Lucum appellant: in quo Romulus Aſylum fugientibus conſtituerat. Τὸ γὰρ ἄλσος, vt inquit Claudius Tuſcus, κατὰ στέρησιν, λοῦκον οἱ Ῥωμαῖοι καλοῦσι παρὰ τὸ ἀφεγγὲς ὡς ἄξυλον τὴν ὕλην. Sed omnia haec tribuum vocabula Volumnius Etruſca eſſe, arbitratur. De ijs Propertius, In Romulo · Lib. 4.

Hinc Taties Ramnesq. viri, Luceresq. coloni.

– FOEDVSQVE FERI] Ennius Grammaticus, cuius paullò antè mentio facta eſt, ait, apud Varronem. *Et per hos etiam nũc fit foedus, quod fidus dictum.* Sed ferire foedus, Homerica eſt imitatio: ita enim inquit, Li. 4. de lin. Lat.

— ὅρκια πιστὰ ταμόντες. —

Et — ἄφρ ὅρκια πιστὰ τάμωμεν. —

Cicero pro Rabirio, *foedus ferire in Capitolio viderat*. Et pro Domo ſua, *foedera feriebantur pecuniarum.* Virgilius, Lib. 10.

— *haud fit mora, Tharcon*
Iungit opes, foedusq. ferit —

ALTERNVM SERITOTE DIEM] *Seritote*, à, ſero, quod ordinare, & diſponere ſignificat: hoc eſt, vt diximus, alternis diebus imperium adminiſtrate. Sed meliùs fortaſſe,

Alterna ſcitote die concorditer ambo,

à verbo, ſciſco, quod ſancire, & edicere ſignificat: à quo *ſciſcitote*, & inde ſublata, per ſyncopen, ſyllaba, *ſcitote*. Simile quid eſt apud Auctorẽ de Viris illuſtribus, qui ait, Procam Regem Albanorum Amulio, atq. Numitori filijs regnum annuis vicibus habendum reliquiſſe; & vt alternis imperarent. – CONCORDITER] A, concorditas, concorditer, dictum eſt: quemadmodum à, grauitas, & humanitas, grauiter, & humaniter. – HASTEIS HORRET AGER] Horret haſtis ager haud ſecus, atque ariſtis. Ex eadem officina ille verſus prodijt in Scipione,

Sparſis haſteis longeis campus ſplendet, & horret.

Quo venuſtiſsimè Poëta noſter comprehendit, quae longiori verborum ambitu Homerus, Iliad. δ

Ἔφριξεν δὲ μάχη φθισίμβροτος ἐγχείῃσι
Μακρῇς, ἃς εἶχον ταμεσίχροας, ὄσσε δ' ἄμερδεν
Αὐγὴ χαλκείη κορύθων ἀπὸ λαμπομενάων
Θωρήκων τε νεοσμήκτων, σακέων τε φαεινῶν.

Demetrius Phalereus in libello περὶ ἑρμηνείας profert in exemplum primas prioris carminis Homeri dictiones, Ἔφριξεν δὲ μάχη, vt oſtẽderet, quaedã aptiùs, & magis propriè tranſlationibus exprimi, quàm pro-

prijs: obſeruatq. Homerum pugnam, tanquàm animantem, horrere, dixiſſe. Ennianam verò tranſlationem aemulatus Virgilius,

Lib.7. ait, — *atraq. latè*
Horreſcit ſtrictis ſeges enſibus —

Lib.12. Et, — *ſtrictisq. ſeges mucronibus horret*
Ferrea —

Li.2.Geor. Et, *Nec galeis, denſisq. virûm ſeges horruit haſtis.*

Lycophron in Caſſandra,

πέφρικεν δ' ὥςε ληΐου γύαις
Λόγχαις ἀποςίλβοντες —

Li.1.Theb. Haec autem tranſlatio adcò Papinio venuſta viſa eſt, vt ijſdem Ennij verbis carmen inchoauerit: quamuis, Lucilium eam, & auctorem irriſiſſe, proditum ſit; quòd potius dixerit, *Horret ager*, quàm, *horret & alget*. Hinc fortaſſe illud Horatij de eodem Lucilio,
Lib.1. Saty.

Non ridet verſus Enni grauitate minores.

At Maro, cuius acre, exquiſitumque iudicium non eſt cum Lucilio conferendum; non modò non irriſit, ſed ità integrum hunc verſum, in diuinum ſuum poëma tranſtulit,

Lib.11. — *tum latè ferreus haſtis*
Horret ager: campiq. armis ſublimibus ardent.

CAMPEIQVE ARMEIS SVBLIMIBVS ARDENT] Hyperbole. Euripides in Phoeniſſis,

Κατὰ χαλκὸν ἅπαν πεδίον ἀςράπτει.

Lib.1. Apollonius ſimpliciter dixit, fulgebant arma ſub ſole: ſed addidit, quod orationem amplificauit, ignis inſtar.

Στράπτε δ' ὑπ' ἠελίῳ φλογὶ εἴκελα νηὸς ἰοῦσαν
Τάχεα —

Quod videtur ab Homero mutuatus, qui in β Iliados, ait,

Ἠΰτε πῦρ ἀΐδηλον ἐπιφλέγει ἄσπετον ὕλην
Οὔρεος ἐν κορυφῇς, ἕκαθεν δέ τε φαίνεται αὐγή.
Ὣς τῶν ἐρχομένων ἄπο, χαλκοῦ θεσπεσίοιο
Αἴγλη παμφανόωσα δι' αἰθέρος οὐρανὸν ἷκε.

Sed quàm ſplendidus, & ſublimis eſt ille Lucretij locus,

Lib.2. *Fulgor ibi ad caelum ſe tollit, totaq. circum*
Aere renideſcit tellus —

Lib.2. Virgilius, *Ardentes clypeos, atq. aera micantia cerno.*

Lib.1. Inde Lucanus,

Ardentesq, acies percuſſis ſole coruſco
Conſpexit telis —

Attius Epinauſimache,

Ab claſſe ad vrbem tendunt, nec quiſquam poteſt

Fulgentium

Fulgentium armûm armatus ardorem obtui.

Deſcribebat forſitan his verbis Ennius Romanorum cũ Caeninenſibus certamen. Qui cùm in Romanum agrum irruiſſent, effuſeque vaſtarent: eis Romulus cum exercitu, vt ait Liuius, obuius fit, leuiq. certamine docet, vanam ſine viribus iram eſſe: exercitum fundit, fugatque, fuſum perſequitur. Quapropter ea, quae ſequuntur. — DESVNT RIVOS CAMPOSQVE REMANT] ab his non longè abeſſe arbitror: vt pòſt Romanorum victoriam, hoſtium fugã deſcriberet. Sed hic locus foedis conſperſus eſt maculis, qui in Feſto ſic habetur, *Remanant, reptent, Ennius lib. I, deſunt riuos camposque remant.* Pro quo, *remanant*, reponendum eſt. Nam fruſtrà Feſtus pro explicatione verbi, *Remanant*, haec Ennij verba retuliſſet, ſi, *remant*, ibi legeretur: & quòd ità ſcriptum fuerit, etiã metri lex ſuadet. Campos verò remanare, idem eſſe, cenſeo, quod effusè hinc inde palantes, vt fugientium mos eſt, per varia loca vagari. Vel legendus eſt hic locus, vt emendat Fuluius Vrſinus, Lib 1.

— *deſerunt cliuos, camposq. reuitant.*

CONSTITIT INDELOCEI PROPTER SOS] Ennius alibi, Annal. 8.

Indelocei lituus ſonitus effundit acutos.

Lucilius, *Multis indelocei ſermonibu' concelebrarunt.* lib 30. Saty.

Lucretius, — *inde loci mortalia ſaecla creauit.* Lib. 5.

Exiſtimo his verbis Poëtam oſtendere voluiſſe, Venerem pleno superùm concilio, Iouem, *propter ſos*, hoc eſt, propter Romanos oraſſe: ac eadem ratione hic Ennium de Venere loquentem, ſuos, Romanos intelligere, qua Maro ſub perſona Iouis, Venerem alloquentis, tuos, cùm ait, Lib. 1. Aen.

Parce metu Cytherea, manent immota tuorum
Fata tibi —

Orauit fortaſſe Iouem Venus, vt propagatis imperij finibus, Romulum tandem in Deorum numero referret. — DIA DEARVM] Veneris periphraſis. Homerus; δῖα θεάων. Aliqui codices habent,

Conſtitit indelocei circum ſos Dea Dearum.

Alij, *dia diarum*; alij *Dea diarum*. VNVS ERIT QVEM TV TOLLES] Sunt, ni fallor, verba Iouis ad Venerem, pollicentis eam aliquando Romulum in caelum ſublaturam. Quod imitatus Virgilius, ſub ijſdem perſonis, Veneris nimirùm pro Aenea rogantis, & Iouis idem promittentis, ait,

— *ſublimemq. feres ad ſidera caeli* Lib. I. Aen.
Magnanimum Aeneam —

Item Iuppiter apud eundem, cum Iunone loquens, Lib. 12.

Indigetem Aeneam ſcis ipſa, & ſcire fateris
Deberi caelo, ſatisque ad ſidera tolli.

Lib. 15. Ouidius autem Martem inducit à Ioue petentem, vt, quod aliâs de Romulo pollicitus fuerat, ſeruaret,

Tempus adeſt Genitor, quoniam fundamine magno
Res Romana valet, & praeſide pendet ab vno,
Praemia iam promiſſa mihi, dignoq. Nepoti
Soluere, & ablatum terris imponere caelo.
Tu mihi concilio quondam praeſente Deorum,
(Nam memoro, memoriq. animo pia verba notaui)
Vnus erit, quem tu tolles ad ſidera caeli,
Dixiſti. rata ſint verborum ſumma tuorum.

Lib 5. Faſt. Idē rurſus, *Vnus erit, quem tu tolles ad caerula caeli,*
Tu mihi dixiſti. ſint rata dicta Iouis.

Ad hanc apotheoſin reſpexit Maro in VI,
Et Pater ipſe ſuo ſuperûm iam ſignet honore.

Lib. 3. car. Iuno apud Flaccum, —— *protinus & graues*
Iras, & inuiſum Nepotem
Troica quem peperit Sacerdos,
Marti redonabo: illum ego lucidas
Inire ſedeis, ducere nectaris
Succos, & adſcribi quietis
Ordinibus patiar Deorum.

Quis autem huius carminis Auctor ſit, Varro non memorat: Ennij tamen eſſe, & hunc ſibi proprium locum depoſcere, ex ijs, quae ſupra retulimus conijci poteſt. — AD CAERVLA CAELEI TEMPLA] Αἰθέρος τέμενον, Aeſchyli imitatione. Rurſus Ennius,
Quamquàm multa manus ad caelei caerula templa
In Herc. fur. *Tendebam* —— Vnde ait Seneca, *ſummi aetheris templa.*

Qua voce varijs epithetis exornata frequenter à Poëtis caelum appelatum eſt. Ennius in Hecuba,
O magna templa caelitum,
Commiſta ſtelleis ſplendideis.

Vetus quidam Poëta, *Aeterna templa caelei.* Varro in Satyra, quae Bimarcus dicitur, —— *tunc repentè caelitum*
Altum tonitribus caelum toneſcit.

Terentius in Eunucho,
At quem Deum, qui templa caeli ſumma ſonitu concutit.

Lib. 1. Qui locus, vt obſeruat Donatus, παρῳδία eſt de Ennio. Lucretius
Nec mare; nec tellus, nec caeli lucida templa.

Ibid. Idem duro ſanè adiuncto, —— *caeli tonitralia templa.*

Ibid. Et rurſus, —— *caeli*
Denſabant procul à terris fulgentia templa.

Et,

Et, *Fumida cùm caeli ſcintillant omnia templa.* Lib. 5.

Idem aliquandò pro caelo, ſimpliciter dixit, *caeli caerula*. Nam caerulus, ſiue caeruleus color proprius ſereni caeli eſſe videtur. Vnde caeruleum mare dicitur, quòd caeli colorē referat, qui à Graecis κυάνεος dicitur: & hinc cyaneae vndae in veteri Inſcriptione. Nec ſolùm de caelo Ennius, *templa*, dixit, verùm etiā de inferis: vt in Andromacha,

> *Acheruſia templa alta Orcei, pallida*
> *Letei obnubila, obſita tenebreis loca.*

Vnde Lucretius, Lib. 1.

> *Et ſi praeterea tamen eſſe Acheruſia templa,*
> *Ennius aeternis exponit verſibus edens.*

Quo etiam modo de mare dixit Ouidius in Halieutico, *ponti templa*.

— QVEM SVPER INGENS PORTA TONAT CAELEI] In Seneca ſic habetur hic locus, *Felicē deinde ſe putabat, quòd inuenerit, vnde viſum ſit Virgilio dicere — quem ſuper ingens Porta tonat caeli, — Ennium, hoc, ait, Homero ſurripuiſſe, Ennio Virgilium. Eſſe etiā apud Ciceronem in ipſis de Repub. hoc Epigramma,*

> *Si fas eſt plagas Caeleſtum ſcandere cuiquam:*
> *Mî ſoli caeli maxima porta patet.*

Hoc modo legitur in vetuſto exemplari manuſcripto; cùm in paſſim vulgatis habeatur, *Eſſe enim apud Ciceronem*, & caet. Quòd ſi poſtremae lectioni fides haberetur, eum locum, — *quem ſuper ingens Porta tonat caeli* — Virgilius haud eſſet totum ex Ennio mutuatus, cùm tamen illud appareat in bibliotheca Carbonaria, ex vetuſto fragmento in membranis Anonymi cuiuſdam Grammatici; qui agens de verbis neutris imperſonalibus, expreſsè ex Ennio citat verba illa, — *quem ſuper ingens Porta tonat caeli*. Quae de ſignis Romuli apotheoſim praecedentibus intelligenda ſunt. De quibus ait Liuius, *Dum enim ad Caprae paludem concionem haberet, ſubitò coorta tempeſtas cum magno fragore, tonitribusq. tam denſo Regem operuit nimbo, vt conſpectum eius concion abſtulerit: nec deinde in terris Romulus fuit*. Quod etiam in eius vita refert Plutarchus: quamuis id Varroni commentitium videatur: qui aſſerit poſt Roſtra Romuli ſepulcrum fuiſſe. Hanc ſententiam confirmat Flaccus in Epodo, Lib. 1. Ode 16.

> *Quaeq. carent ventis, & ſolibus oſſa Quirini*
> *Nefas videre, diſſipabit inſolens.*

Homeri, vt opinor, locus, vnde haec ſumpſit Ennius, eſt in 5 Iliados, vbi Horas caeli portas cuſtodire finxit,

> Αὐτόμαται δὲ πύλαι μύκον οὐρανοῦ ἃς ἔχον ὧραι.

Hinc Ouidius de Iano, Lib 1 Faſt.

> *Praeſideo foribus caeli cum mitibus Horis.*

Lib 1. Tuſ. Lib. 6. Aen. ROMOLVS IN CAELO] Verſus hic à Cicerone, & Seruio refertur, ab hoc quidem integer, ab illo verò mutilus. Sunt autem haec verba Iulij Proculi, qui Romanis, Regis deſiderio oblanguentibus, ac propter repentinam, horribilemq. tempeſtatem, qua ille ſublatus fuerat, terrore perculſis, inquit, Romulum ſibi auguſtiori forma in Quirinali colle apparuiſſe: quem, cum horrore perfuſus, venerabundus adoraret, iuſſiſſe, vt populo nunciaret, ſe in caelum deuehi, ſuisq. nunquàm defuturum. Vt propterea virtutem, remq. militarem colerent; quandoquidem Romam orbis caput futuram Fata ſtatuiſſent: atque his dictis, ex illius conſpectu euanuiſſe. Sed Romulum forma proceriorem viſum ad ſuperos abeuntem, teſtatur Auctor de viris illuſtrib. Ariſtobulus lib. II. Rerum Italicarum, & Ouid. vbi ait, Lib. 2. Faſt.

Pulcer, & humano maior, trabeaq. decorus
Romulus ——

Opinabantur Veteres, eos, qui in Deorum numerum ex hominibus relati eſſent, vel Deorum ope quidpiam praeter humanas vires effeciſſent, caeteris hominibus proceriores videri ſolitos. Vnde Tleſimachus, Piſiſtrati Orchomeniorum Regis filius, vt refert Theophilus lib. II. Rerum Peloponneſicarum, conſcius in patrem conſpirationis, populo in Curiam effrenatius irruenti, commentitio figmento perſuaſit, Piſiſtratum ſupra mortalem ſpeciem ad Piſaeum montem magna velocitate fuiſſe delatum. Tranquillus in Claudio, *Non prius deſitit inſequi, quàm ſpecies barbarae mulieris, humana amplior, victorem tendere vltra, ſermone Latino prohibuiſſet*. Tacitus, *Oblata ei ſpecies muliebris, vltra modum humanum, & audita eſt vox.* Hinc Maro rerum omnium peritiſſimus de Creuſa, dixit, Lib. 8. Lib. 2. Aen.

—— & nota maior imago.

Lib. 4. Aen. Et apud eundem Dido,

Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.

Lib. 5. Lucretius, vbi de origine Religionis agit,

Egregias animo facies vigilante videbant,
Et magis in ſomnis mirando corporis auctu.

Silius libro XI,

Et Paulli ſtare ingentem miraberis vmbram.

Et libro XIII. de Hamilcare,

Celſus abit greſſu, maiorq. receſſit imago.

Idem lib. XI. loquens de Virtute, & Voluptate,

Cùm ſubitò aſſiſtunt dextra, laeuaq. per auras
Allapſae, haud paullùm mortali maior imago.

Lib. 8. Liuius de patre Decio, *Armatus in equum inſiluit, ac ſe in medios immiſit. Conſpectus ab vtraq. acie fuit aliquantò auguſtior humano viſu, ſicut*

caelo

caelo miſſus piaculum omnis Deorum irae, qui peſtem ab ſuis auerſam, in hoſtes ferret. Idem de Euandro ait, quòd conſpecto Herculis habitu, ac forma aliquantò ampliore, auguſtioreq. humana, auditoq. nomine, parente, ac patria, aram ei dicauit. Magnum quoque Alexandrum teſtatur Solinus, forma ſupra hominem auguſtiore fuiſſe. Hinc factũ eſt, vt Romani eò maiores Heroum ſtatuas facerent, quò maiori eos honore dignos exiſtimabãt. — CVM DIIS GENITALIBVS] Intelligit Iouem, Martem, & Venerem, à quibus Romulus originem duxerat. Propriè autem Dij Genitales, ſiue Indigetes dicuntur, qui prius homines fuerunt, & deinde ob praeclara facinora in Deorum caetum adſciti, quos & Nouenſiles à nouitate Veteres nuncuparunt: vnde Aeneam, Iouem Indigetẽ appellarunt: eiq. ſacellum cum hac inſcriptione dicarunt. ΠΑΤΡΟ`Σ ΘΕΟΥ͂ ΧΘΟΝΙ´ΟΥ Ο῞Σ ΠΟΤΑΜΟΥ͂ ΝΟΜΙΚΙ´ΟΥ Ρ῾ΕΥ͂ΜΑ ΔΙΕ´ΠΕΙ. De quo Tibullus, Lib. 1. Cap. 14. Lib. 2. Eleg. 5.

Illic ſanctus eris, cùm te veneranda Numici
Vnda Deum caelo miſerit Indigetem.

Ouidius, — *quem turba Quirini* Lib. 14. Met.
Nuncupat Indigetem, temploq. ariſq. recepit.

Sed Mapheus Vegius, nõ malus poëta, dum haec eadem Naſonis veſtigia accuratiùs perſequitur, non longè diſparia impreſſit, totidem ſcilicet verbis eandem proferens ſententiam, — *quem Iulia proles*
Indigetem appellat, templiſq. imponit honores.

Graeci Indigetes, ἀνθρωποδαίμονας, θεοὺς πολίτας, ἀσυνόμους δαίμονας, ἐγγενεῖς, ἐπιχωρίους, πολιούχους, & πολιατεύχους vocant. Sunt etiam qui putent, Genitales Deos intelligi, qui innata eorum foecunditate res omnes, quae gignuntur, pariant, atque propagent. At Turnebus in ſuis Aduerſariorum libris, putat verbum, Genitalis, ab Ennio quodammodo eſſe nouatum: indeque Ciceronis locum, qui ſic vulgò habetur in extremo libro de Oratore, *Vel ſaepe, vel ſine coniunctione verba nouantur, vt ille ſenſus diſertus indigenitalis*; putat eſſe legendum, *vt ille Ennius, Dij Genitales*. Sed Lambini lectio antiquae ſcripturae ſimilior eſt, & ad veritatem propenſior: ſic enim habet, *Vt illud ſenis diſerti, Dij Genitales*. Rectè nimirum pro ſene diſerto Ennium ſignificans. Auſonius in Periocha libri IV. Iliad. Lib. 20. Cap. 24.

Iuppiter interea cum Dijs Genitalibus vnà
Concilium cogit ſuperùm de rebus Achiuis.

Aliqui pro, *Genitalibus*, non benè legunt, *Genialibus*. Sunt enim Geniales Dij, vt Feſtus ait, *aqua, terra, ignis, aër; ea enim ſunt ſemina rerum, quae Graecorum alij ςοιχεῖα, alij σπέρματα vocant. Duodecim quoq. ſigna, Lunam, & Solem inter hos Deos computabant. Geniales autem dicti a gerendo, quia plurimùm poſſe putabantur: quos poſtea gerulos appellarunt*. In Genitales

Nec illud omittendum, quod Sanctra in libris de Verborum antiquitate monet, Geniales homines fuiſſe appellatos, qui ad inuitandũ, & largiùs cibum apparandum, promptiores eſſent. — AEVVM DEGIT] Aeuum dicitur quaſi ἀεὶ ὤν, id eſt perpetuũ, & aeternum, quod Chryſippus αἰῶνα appellauit. Ennius alio loco, *Deos aeui integros*, dixit, nempè qui aeui diuturnitate non afficiantur, neq. agantur ad interitum. Quare Cicero in Somnio Scipionis ait, *In caelo certum, ac definitum locum eſſe, vbi beati aeuo ſempiterno fruantur.* Lucretius lib. V, & VI, *Nam benè qui didicêre Deos ſecurum agere aeuum.*

Lib. 1. Satyr. Quem verſum ita inter ſuos inſeruit Horatius,

Non ego, nanque Deos didici ſecurum agere aeuum.

Degere autem, vel agere aeuum, de immortalibus propriè dicitur; Cicero in Hortenſio, *Si nobis, cùm ex hac vita migrauerimus, in beatorum inſulis immortale aeuum, vt fabulae ferunt, degere liceret, quid opus eſſet eloquentia?* Lucretius, Lib. 2.

Nam prò ſancta Deûm tranquilla pectora pace
Quae placidum degunt aeuum, vitamq. ſerenam.

Vitam verò degere, de mortalibus propriè dicitur. Sed tamen id non perpetuò obſeruatur. Nam Lucretius, & de Dijs, degere vitam, & de hominibus, degere aeuum dixit, Lib. 5.

Vt nihil impediat dignam Dijs degere vitam.

Lib. 2. Et, *O ſtultas hominum mentes, ô pectora caeca,*
Qualibus in tenebris vitae, quantisq. periclis
Degitur hoc aeui, quodcunq. eſt ——

Lib. 5. Et, *Iam validis ſepti degebant turribus aeuum.*

Ennius in IX, Annali,

Qui tum viuebant homines, atque aeuum agitabant.

Lib. 1. de falſ. Relig. cap. 15. — O ROMOLE ROMOLE] Verba haec, vt Lactantius docet, ſunt populi Romani, qui amiſſum regem dolens, haec loquitur, *O Romule, Romule*, & caet. Sequitur deinde Lactantius, *Ob hoc deſiderium facilius creditum eſt Iulio Proclo mentienti, qui ſubornatus à Patribus eſt, vt nunciaret plebi ſuae, vidiſſe ſe Regem humano habitu auguſtiorem, eumq. mandaſſe ad populum, vt ſibi delubrum fieret, ſe Deum eſſe, & Quirinum vocari. Quo facto, & ipſi populo perſuaſit, Romulũ ad Deos abijſſe; & Senatum ſuſpitione caedis regiae liberauit.* Ex quo autẽ Annali haec carmina tranſcripta ſint, ex Lactantio non liquet. Priſcianus autem (Lib. 6.) poſtrema ea verba,

—— *ô genitor, ô ſanguen Dijs oriundum,*

ex II. affert. In noſtro tamen peruetuſto eiuſdem Grammatici exemplari ex I. notata ſunt, vnde procul dubio petita eſſe exiſtimo ob hiſtoriae continuationẽ. TV PRODVXISTI NOS INTRA LVMI-

LVMINIS ORAS] Lumem, & lucem vitam, noctem verò mortem ſignificare, ex illo Catulli perſpicuum eſt,

Nobis, cùm ſemel occidit breuis lux,
Nox eſt perpetua vna dormienda.

Vnde frequenter à poëtis in luminis oras exoriri, & exire, pro, naſci poſitum eſt: ſicut lumen relinquere, pro, mori. Lucretius, Lib. 1.

Nec ſine te quiſquam dias in luminis horas
Exoritur ——

Idem paullò poſt,

Inde enaſcitur, atque oras in luminis exit.

Virgilius, —— *quem Rhea ſacerdos*
Furtiuum partu ſub luminis edidit oras.

Vnde eiuſdem Poëtae locum in II. Georgicorum opinor eſſe legendum, *Spontè ſua quae ſe tollunt in luminis oras.*

Hic autem loquendi modus à Graecis, omnium eloquentiſſimarum eloquutionum parentibus emanauit. Pindarus,

Ἦλθε δ' ὑπὸ σπλάγχνων ὑπ' ὠ —— In Olymp.
δῖνός τ' ἐρατᾶς Ἴαμος Ode 6.
ἐς φάος αὐτίκα.

O PATER, O GENITOR] Hanc ſententiam ità expreſsit Liuius, *Deinde à paucis initio facto. Deum de Deo natum, Regem, parentemque Vrbis Romanæ ſaluere vniuerſi Romulum iubent.* — O SANGVEN DIIS ORIVNDVM] Ἀρχαϊσμός, pro, ſanguis, vt vermen, pro, vermis. Ennius rurſus, Lib. 1.

Refugiat timido ſanguen, atq. exalbeſcat metu.

Et, *Heu me miſeram, pergunt lauere ſanguen ſanguine.*

Lucretius, *Viſceribus viſcus gigni, ſanguenq. creari.* Lib. 1.

Quod etiam in ſoluta oratione veteres vſurparunt. Cato de Habitu, *Sanguen dimittatur*, ait. ECQVIS EXTITERIT ROMAE REGNARE] Relato inter Diuos Romulo, multorum animos regni cupido inceſsit. Nam ex ſua gente Sabini regem eligere volebant, Romanis id minimè conſentientibus: inter quas altercationes abrogato Decemuirali imperio, haec verba prolata ſunt: quaſi quis diceret, expedire Reip. Regem creari. Sed quis nam ad tantae molis pondus ſubeundum erit idoneus? Similis eſt locus ille Lucretij, Lib. 2.

Quis regere immenſi ſummam, quis habere profundi
Endo manu validas potis eſt moderanter habenas?

Ennius aũt in hoc loco trochaeũ, pro, ſpondeo poſuit. REGNARE] Helleniſmus, πρὸς τὸ βασιλεύειν. QVADRATAE] Romulum quadrata figura Romam condidiſſe, Plutarchus in eius vita oſtendit his verbis, Ῥωμύλος τὴν καλουμένην Ῥώμην κουαδράτην, ὅπερ ἐστὶ τετράγωνον, ἔκτισε

teriet. Quam idcirco quadratã Solinus ait eſſe dictã, quòd ad aequilibrium ſit poſita. Locum autem, qui Roma quadrata dicebatur, in decima vrbis regione fuiſſe, P. Victor auctor eſt. MI RELIQVAE FIDEI] Haec ab Interrege benè, feliciterq. noui Regis creationem
Lib. 1. ominante, prolata ſunt: de quo ſic Liuius, *Concione aduocata, Quòd bonum, fauſtum, felixq. ſit, inquit, Quirites regem create.* Verba autem illa, *reliquae fidei*, videntur intelligi de ipſomet Interrege loquente, cui re-
Lib. 5. de Lin. Lat. gni fides committebatur, donec Rex crearetur. Nec longè hinc abeſt ſolemnis illa formula, quam ex Cenſorijs tabulis refert Varro. *Praeconi ſic imperato, vt viros vocet, Quod bonum fortunatum, felixq. ſalutareq. ſit populo Romano Quiritium, Reiq. publicae populi Rom. Quiritium; mihiq́ue, Collegae meo, fidei, Magiſtratui noſtro.* In omnibus ferè Nonij codicibus deprauatum eſt huius carminis initium, in quibus, aut habetur, *Ex mihi reliquae fidei*, aut, *Ea mi reique fidei, & caet.* SE FOR-
Lib. 1. de Diu. TVNATIM] Proſperè exponit Nonius. His autem verbis, in rebus agendis, veteres vſos fuiſſe ita explicat Cicero. *Neq. enim Deorum voces Pythagorei obſeruauerunt, ſed etiam hominum, quae vocant omina, quae maiores noſtri, quia valere cenſebant, idcircò omnibus rebus agundis, Quod bonum, fauſtũ, felix, fortunatumq. ſit praefabantur.* — AC BENE VORTAT] Eadem verborum forma apud Liuium vſus eſt
Lib 9. Scipio, in Africam traiecturus. *Vbi illuxit, Scipio è praetoria naue ſilentio per praeconem facto, Dij Deaeq. inquit. maria, terrasq. qui colitis, vos precor, quaeſoq. vti quae in meo imperio geſta ſunt, & geruntur, ea mihi populoq. ac plebi Rom. ſocijs. nominiq. Latino, qui populum Rom. quique meam ſectam, imperium auſpiciumq. terra mari, amnibusq. ſequuntur, benè vertant.* Plautinus Paraſitus in Perſa,

Act. 3 ſc. 1. *Quae res benè vortant mihi, & tibi, & ventri meo.*

Act. 2. ſc. 2. Item in Captiuis,

Quae res benè vortat mihi meoq. filio, vobisq.

Eclog. 3. Virgilius, *Hos illi (quod nec benè vertat) miſimus haedos,*
Terentius Adelph.

Quae res tibi vertat malè ——

Eodem dicendi modo Europa apud Moſchum, rogat Superos, vt benè ſibi ſomnium vertant,

Ἀλλά μοι εἰς ἀγαθὸν μάκαρες κρίνειαν ὄνειρον.

OLLI RESPONDET] Pro illi, Antiſtoechum, ſiue Antitheſis. — SVAVIS SONVS EGERIAI] Ab auctoritate. Ferunt enim Pompilium miro omnium conſenſu in Regem electum, cum Egeria Nympha, ſiue, vt alijs placet cum vna ex Muſis, nocturnos habuiſſe congreſſus, & ab ea regnandi peritiã didiciſſe. Sed id quidem Numam confinxiſſe, proditũ eſt; vt Numinis reuerentia faciliùs feroces

Roma-

Romanorum animos ab innata bellandi cupiditate ad pacatam, trã-quillamq. vitam reuocaret; ac etiam vt leges, quas ipſe tulerat, quaſi diuino monitu promulgatae, ſanctiſſimè obſeruarentur. Quamobrem *ἀπὸ τῶν νόμων* Numa appellatus, cùm antea Pompilius proprio nomine diceretur. Quod quidem multorum Legiſlatorum exemplo ab eo factum eſt. Nam Oſiris, qui Aegyptijs primus leges dedit, & deinde Menas illorum Rex, Mercurio acceptas retulerunt; Minos verò Cretenſium Legiſlator, Ioui; Licurgus Lacedaemoniorum, Apollini; quas tanquàm oracula, *ῥήτρας* appellauit: Zautraſtes Arimaſporum, Bono numini; Zamolxis Getarum, Scytharumq. Veſtae; Solon Athenienſium, Ioui. Poſtremus verò omnium impoſtor ille Mahumetus à Gabriele Archangelo leges didiciſſe, rudibus illis, agreſtibusq. turbis callidiſſimè perſuaſit. Verba autem illa, *ſuauis ſonus Egeriaï*, *περιφραστικῶς*, pro, ipſa Egeria intelliguntur: vt Homero, *βίη Ἕκτορος*, & *βίη Πριάμοιο*, pro, Hectore, & Priamo; Maroni, *violentia* Iliad. γ Lib. 11.
Turni, pro, Turno; Lucretio, *vis Gerionaï*, &, *equi vis*, pro, Gerione, & equo; Ciceroni in Arato pro, Leone — *vis torua Leonis*; pro, Lib 2.
Scorpione, — *vis magna Nepaï*; & pro, Aquila, — *vis maior Aëti*. His verbis innuit Poëta noſter, Deas non voce, vt mortales, ſed dulciſſimo quodam concentu eſſe loquutas. Vnde Virgilius de Venere

— *Nec vox hominem ſonat* — Lib. 1 Aen.

Dixit autem *Egeriaï*, pro, Egeriae, vt, *Albaï longaï, frugiferaï, Medeaï*, antiquo gignendi caſu, *κατὰ διαίρεσιν*: qua figura vti non reſpuit Virgilius, mirificus vetuſtatis amator in, *aulaï*, & *pictaï*. Egeria verò dicta eſt, vt ait Verrius, *quòd in lucem partus egerat*. MENSAS CONSTITVIT] Numae res geſtas proſequitur, cuius omnis cura, & ſolicitudo fuit, vt propenſum, vt diximus, ad bellandũ Romanorum ingenium ad pacem traduceret, Deorumq. cultu, ac religione leniret. Menſas igitur, vt Poëta inquit, primus apud Romanos Numa conſtituit, vt tanquàm arae ſacrorum caerimonijs eſſent dicatae. Quas quidem argenteas, magniq. ponderis in diuerſarum nationum delubris fuiſſe, comperimus; & Siciliae praeſertim, vnde Syracuſanus ille Dionyſius, fanorum expilator auferri iuſſit. Virgilius,

— *huc vndiq. Troia gaza* Lib. 2. Aen.
Incenſis erepta adytis, menſaeq. Deorum,
Crateresq auro ſolidi —

Sunt tamen qui, *Menſes*, pro, *Menſas* legant. Nam Ouidius, Plutarchus, & alij plerique aſſerunt, Numam duobus additis menſibus, annum in meliorem ordinem redegiſſe. Liuius, *Numa*, inquit, *omnium primus ad curſum Lunae in XII. menſes annum deſcripſit*. Sed Licinius Macer, & Feneſtella tradunt, annum Romae ſtatim ab initio XII. Lib 2. Faſt. In Numa. Lib. 1.

M menſium

menſium fuiſſe: à quibus Iunius Gracchus, & M. Fuluius Flaccus diſſentiunt: malunt enim à Priſco Tarquinio primùm eo menſium numero annum fuiſſe inſtitutum. Aliqui pro, *Menſes*, exiſtimant, ſublata prima littera, legendum *Enſes*, quae lectio ſi admitteretur, totus hic verſus ad Saliorum ſacra reſpiceret: de quibus mox. IDEMQVE ANCILIA PRIMVS] Procul dubio de Saliorum inſtitutione Poëta loquitur: quorum originē licet Palemon vetuſtus ſanè Rerum Italicarum auctor, ad Aeneam referat; eoq. magiſtro, tradat,
Lib. I. qui primùm in Italia ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltarunt, Salios fuiſſe appellatos: Liuius tamen Numae videtur tribuere. Ait enim XII. Salios Gradiuo Marti legiſſe. Octauius autē Herennius, & Antonius Gnipho voluerunt Salios non Martis, ſed Herculis ſacerdotes fuiſſe: quibus concinit illud Maronis,
Lib. 8.

Tum Salij ad cantus incenſa altaria circùm
Populeis adſunt euincti tempora ramis.

Eclog. 7. Populum enim Herculi ſacram eſſe, ex Eodem in Bucolicis apparet,

Populus Alcidae gratiſſima ——

Nigidius Figulus lib. XVIII, & alij eum ſequuti, ferunt, Numam inſtituiſſe, vt Salij, verſicoloribus induti tunicis, ac aeneis baltheis ſuccincti, per Vrbem tripudijs, ſolemniq. ſaltatione vagantes, Saliaria carmina canerent: ac etiam vt accincti gladijs, apicibusq. ſeu pileis
Lib. 4. de Lin. Lat. contecti, dextera lanceam, & laeua Thraciam peltam ferrent. quae Ancile, vt Varro exiſtimat, ab amciſu dicebatur; quòd ea arma ab vtraq. parte, vt peltae Thracum, inciſa ſint. Am enim apud Veteres circum ſignificabat: vnde amcidere, pro, circumcidere vſurpabant. Ancilium verò forma in quibuſdam Auguſti, & Antonini Pij numiſ-
Lib. 3. Faſt. matis egregiè inſculpta conſpicitur. Ouidius,

Idq. Ancile vocat, quod ab omni parte reciſum eſt,
Quemq. notes oculis angulus omnis abeſt.

Iuba in libris τῆς Ῥωμαϊκῆς ἱστορίας, ait, Ancilia à figura eſſe denominata. Nam neque circuli formā habent, neq. peltae orbem, ſed quandam lineae tortuſae inciſuram, cuius reflexi apices, & in ſeſe mutuò recurrentes, ἀγκύλην, hoc eſt curuam, figuram reddunt. Vel à cubito,
Lib. 8. Aen. quo geſtantur, dicta ſunt; quem ἀγκῶνα Graeci vocant. Seruius autem vult, Ancile dici, quaſi vndiq. circumciſum: aut, quaſi ἀμφίχειλον,
In Mamuril. id eſt vndiq. labrū habens. Feſtus verò tradit appellari, quia ex vtroq. latere erat reciſum, vt ſummum infimumq. eius latus medio pateret: vel vt alij malunt, quaſi ἀμφίκοιλον, hoc eſt vndiq. cauum. Ea forma, vnū è caelo in Numae manus, ſiue vt Dionyſius ſcribit, in ipſius Re-
Lib. 2. Antiq. giam delapſum eſt: ad cuius exemplar, & magnitudinē, XI alia quam ſimillima, Mamurius ſumma diligentia confecit: ne diuinum illud

ab alijs

ab alijs dignoſci poſſit, ac proinde ſurripi. Virgilius — *& lapſa Ancilia caelo*. De quibus, quaedam non poenitenda recenſuit Onuphrius Panuinius in Ciuitate Romana. Ad haec Numae ſacra reſpexit Lucilius lib. IX. Satyrar. Lib. 8.

Hinc Ancilia, ab hoc apices, capidasq. repertas.

LIBAQVE FICTORES] Hunc verſum cum ſuperiori ſenſus ἀκολουθίᾳ coniunximus, quem Ennij eſſe, ex Feſti fragmentis, & Paulli Epitome perſpicuum eſt. Sic enim apud hunc, in dictione, Tutulum, *Ennius, Fictores, Argeos, Tutulatos*. Apud illum, *Libaq. Fictores, Argeos* — In Varronis autem libro VI. integer verſus habetur, ſed non tàm apertè de auctore liquet. Conſtat tamē ibi de Numae ſacris eum loqui. Nam poſtquàm declarauit, quae ſint Liba, qui Fictores, qui Argei, qui Tutulati, addit, *eundem Pompilium Numam, ait, feciſſe Flamines*: quod verbum, *ait*, ad Ennium referri neceſſe eſt: cùm alius auctoris mentionem propiùs Varro non fecerit. ARGEOS] Argei, apud Liuium, loca ſunt, ſacris faciundis à Numa dedicata: quae, Argeos Pontifices vocant. Feſtus autem ait, Argeos loca Romae appellari, quòd in his ſepulti eſſent quidem Argiuorū illuſtres viri. Varro lib. IV, de ling. Lat. ait, *Reliqua Vrbis loca olim diſcreta, vt Argeorum ſacraria in ſeptem, & viginti parteis Vrbis ſunt diſpoſita. Argeos dictos putant, à principibus, qui cum Hercule Argiuo venerunt Romam, & in Saturnia ſubſederunt*. Nec ſolum loca Argei ſignificant, verùm etiam vt idem ait Varro lib. VI, hominum ſimulacra ex ſcirpeis virgultis, quae quotannis à ponte Sublicio à Sacerdotibus publicè iaci ſolent in Tiberim. Hos Ouidius, nō à Sacerdotibus, nec à Pontificibus, vt Dionyſius, proijci, tradit, ſed à Veſtali virgine, Lib. 1. Lib. 5. Faſt. Lib. 1.

Tum quoq. priſcorum Virgo ſimulacra virorum
Mittere roboreo ſcirpea ponte ſolet.

Idem paullò poſt ea ſimulacra non inuenuſtè ſtramineos Quirites appellauit. Conuenit cū Ouidio Feſtus, qui ait, Argeos ſcirpeas effigies vocari, quae per virgines Veſtales ſingulis annis iaciebantur in Tiberim. In Argeos. ET TVTVLATOS] Numa in libris, quos de Pontificalibus ſcripſit, Tutulum dici, ait, pallium, quo Sacerdotes caput tegebant, ad ſacrificium acceſſuri. Atque ad hoc illud Virgilij pertinere aſſerit Placiades in libello de Obſcuris, Lib. 3. Aen.

Et capita antè aras Phrygio velamur amictu.

Idem Numa, vt omnia Romanorum inſtituta ad meliorem ordinem redigeret, primus ex aere, ferroq. monetam excudi curauit, cùm priùs coriacea, & teſtacea vterentur: In cuius rei memoriam, vt aliqui aſſerunt, à Numa numus eſt appellatus. TE NVNC] Εὐχή. Quatuor hi verſus à Nonio, & Macrobio diſiunctè, ac ſeparatè relati, propter

verborum conuexionem rectè ſimul cohaerere poſſunt. Qui, ſi hunc in modum à Poëta editi ſunt, ab aliquo Romano, horum numinum opem implorante prolati videntur, in quibus crebra illa, *Te*, pronominis repetitione, mirè precantis effectus exprimitur. SANCTA PRECOR VENVS] Catullus eodem adiuncto ad Manlium, & in Voluſiū vſus eſt. ET GENETRIX PATRI'NOSTREI] Lib. 1. Lucretius de eadem,

Aeneadum genetrix, hominum, diuûmq. voluptas.

Venus à Romanis, vt Aeneae mater, à quo Romulus maternam duxit originem, ſub Genetricis nomine magno honore culta eſt. Quam ob rem Romulus cùm annum ordinaret, primum menſem à Marte patre Martium, ſecūdum à Venere Genetrice Aprilem quaſi Aphrilem ἀπὸ τῆς ἀφροδίτης nominauit, quo nomine Graeci Venerem appellant. Meritò igitur ab ijs Dijs annum Romulus auſpicari voluit, à quibus ipſe ortū duxerat; & omnes Romani oriundi profitebantur. Vnde Rutilius Numantinus

Auctorem generis Venerem, Martemq fatemur
Romuleumq. patrem ——

Eidem deinde Veneri Genetrici, vt Appianus, Dion, & Suetonius referunt, Iulius Caeſar, qui ob nomen à Iulo deductum, à Venere originem habere, exiſtimari voluit, templum dicauit. Quare M. Caelius Li. 8. Epiſt. in Epiſtola quadam ad Ciceronem eum περιφρασμῶς Venere prognatum appellauit. Scripſimus autem, *genetrix*, per, *e*, media ſyllaba, antiquorum numorum, lapidum, librorumq. manuſcriptorum auctoritate, quamuis ab analogiae ratione diſcrepet, cùm genitor, & genitus, per, *i*, dici velint Grammatici, non autem genetor, genetus — PATRI'NOSTREI] Lib. 12. Aeneae videlicet, ad quem Romanorum familiae omnes referuntur. Virgilius,

Hinc pater Aeneas, Romanae ſtirpis origo.

VT ME DE CAELO VISAS] Pars petitionis. Quos enim Dij Lib. 2. Aen. intuentur, adiuuant. ſic Anchiſes apud Virgilium,

Iuppiter omnipotens, precibus ſi flecteris vllis,
Adſpice nos ——

— COGNATA] De hac voce alibi in his noſtris commentationibus. PARVMPER] Cito, velociter. TEQVE QVIRINE] A gloria, & immortalitate Romuli: quem pòſt mortem mutato nomine, Quirinum Romani appellarunt; ex antiqua Gentilium conſuetudine: qui ijs, quos iam Deos factos arbitrabantur eo cōſilio nomina immutabāt, ne quis homines fuiſſe deinceps exiſtimaret, Vnde Laeda, poſt obitum Nemeſis dicta fuit; Ino, Leucothea; & Melicerta eius filius, Palaemon, atque Portunus. Cur verò Romulus Quirinus appella-

Digitized by Google

appellatus ſit, multae exponuntur rationes. Plutarchus refert quoſdã putaſſe Quirinum dictum, quaſi Martem, Dionyſius verò ait, Sabinos ſumma veneratione Enyalium Deum coluiſſe, quem tàm ipſi, quàm ipſos ſequuti Romani, Quirinum appellabant: nec hactenus compertum habebant, Mars ne is eſſet, an alius Marti honore, dignitateq. ſimilis. Sophocles autem Enyalium à Marte diſtinguit, eiq. in re bellica primum poſt Martem locum tribuit. Sunt qui dicant Quirinum à Romanis ciuibus, qui Quirites à Curibus, appellati ſunt, hanc ſumpſiſſe denominationem. Alij volunt à Curi: nam priſca Sabinorum lingua Curis, & Curina haſta dicebatur: qua eos, qui ſtrenuam in bello operam nauarunt, inſignibant. Vnde Ouidius, In Roma. Lib. I.

Siue quòd haſta curis priſcis eſt dicta Sabinis,

& paullò poſt, *Siue ſuo Regi nomen poſuêre Quirites & caet.* Libr. Faſt.

PATER] Patris nomen Quirino, & tanquàm vrbis fundatori, & tanquàm inter Deos adſcito conuenit. Hoc enim nomen non ſemper procreationis eſt, ſed interdum religionis. Nunc verò ad vtrunq. referri poteſt. Lucilius,

Vt nemo ſit noſtrûm quin aut pater optimu' Diuûm
Aut Neptunu' pater, Liber Saturnu' pater, Mars,
Ianu', Quirinu' pater, nomen dicatur ad vnum.

Ouidius de eodem, Lib. 2. Faſt.

Hoc tu per terras, quod in aethere Iuppiter alto,
Nomen habes, hominum tu pater, ille Deûm.

VENEROR] Venerandi verbũ omnes in ſe diuini cultus continet ſpecies: ſaepe tamen pro, precari accipitur: vnde Feſtus ait, compoſitũ eſſe à venia & orando. — HORAMQVE QVIRINI] Nequeo Nonium nõ mirari, inſignẽ alioqui Grammaticum, in re tam perſpicua allucinatum. Qui declarans Horam, Iuuentutis Deam eſſe, hunc Ennij locum affert: cuius ſenſus ab eo, quem ipſe intelligit, longè ſanè diuerſus eſt. Hîc enim Hora, Herſilia Romuli coniux intelligitur: de cuius apotheoſi, Ouidius in calce libri XIV,

Hanc manibus notis Romanae conditor Vrbis
Excipit; & priſcum pariter cum corpore nomen
Mutat; Horamq. vocat, quae nunc Dea iuncta Quirino eſt.

Hanc Romani, eorum ritu in comprecationibus, cum Neriene Martis vxore, de qua mox dicemus, inuocare conſueuerunt. TEQVE PATER TIBERINE] Tiberinus ex Capeto Albanorum Rege ortus, in traiectu Albulae amnis ſummerſus, celebre poſteris Tiberi nomen dedit. Virgil. in vltimo Georgicorũ, *Vnde pater Tiberinus* — Sed integrum penè hunc verſum tranſcripſit in VIII.

Tuq. ò Tibri tuo genitor cum flumine ſancto.

Horatius Cocles apud Liuium libro II. *Tiberine pater*, inquit, *te ſancte precor, haec arma, & hunc militem propitio flumine accipias.* Rectè quidem Poëta noſter, *pater Tiberine*, dixit: nam, vt docet Seruius in ſacris Tiberinus, in carmine Tibris, communi loquendi ſermone Tiberis vocatur. Sed hoc non perpetuò videtur obſeruatum.

In Lib. 8. Aen.

— TVO CVM FLVMINE SANCTO] Ariſtides in Iſthmiacis prodit, antiquos pro Dijs, omnes fluuios, & fontes habuiſſe: quia omnia ex illis oriri, & in ijſdem occidere crediderunt. Vnde ſacra eorum capita habuerunt, ſummaq. religione venerati ſunt. Virgilius de Ariſteo, *Triſtis ad extremi ſacrum caput aſtitit amnis.*

Lib. 4. Geor.

Horatius, —— *nunc ad aquae lene caput ſacrae.*

Lib. 1. Car. od. 1.

Seneca Epiſt. libro V. *Magnorum fluminum capita veneramur: ſubita, atque ex abdito amnis eruptio aras habet.* NERIENEM MAVORTIS] Nerienem Martis vxorem fuiſſe, ex Plauti Truculento conſtat: vbi Stratophanes miles Phroneſio ait,

> *Mars peregrè aduenienſ ſalutat Nerienem vxorem ſuam.*

Simile quid alius iactat miles apud Licinium Imbricem in fabula, quae Neaera eſt inſcripta.

> *Nolo ego Neaeram te vocent; ſed Nerienem,*
> *Quòm quidem Marti es in connubium data.*

C. Gellius in III. Annali inducit Herſiliam in atroci illa Sabinorum cum Romanis pugna ità precantem, *Neria Martis, te obſecro, pacem dare, vt liceat nuptijs proprijs, & proſperis vti, quod de tui coniugis conſilio contingit.* Huius etiã mentio eſt apud Martianum in Philologiae nuptijs. Porphyrio autem Horatij interpres ait, Mineruam habito in nuptijs cum Matre certamine, eoque obtenta virginitate victo, Nerinem eſſe appellatam. Eam verò ità nominatam fuiſſe in antiquorũ ſcriptis inuenimus, quoniam Sabina lingua Nerio, ſiue Nerienes, virtutem, ac fortitudinem ſignificat. Vnde Claudia familia, à Sabinis oriunda, Neronis nomen ob fortitudinem, egregiamq. virtutem aſſumpſit. Idem ferè Cladij Tuſci teſtimonio comprobatur, in Ephemeride Menſis Martij τῇ πρὸ δέκα καλανδῶν Ἀπριλλίων, καθαρμὸς σάλπιγγος καὶ κίνησις τῶν ὅπλων καὶ τιμαὶ Ἄρεως καὶ Νερίνης θεᾶς. αὕτη τῇ Σαβίνων γλώσσῃ προσαγορευομένης ἣν ἠξίουν εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν ἢ καὶ Ἀφροδίτην. Νερίνη γὰρ ἀνδρία ἐστὶ, καὶ Νέρωνας τοὺς ἀνδρείους οἱ Σαβῖνοι καλοῦσιν: αὐτὴν δὲ μετὰ Ἄρεως ἡγεῖσθαι τῶν πολέμων καὶ Ὅμηρος δείκνυσι, λέγων, Ταῦτα δ᾽ Ἄρηϊ θοῷ καὶ Ἀθήνῃ πάντα μελήσει. οἱ γὰρ Ἀφροδίτην εἶναι νομίζοντες τὴν Νερίνην, πλανῶνται. Seruius Claudius in quodam cõmentario, Nerium ipſum Martẽ dictum vult, quaſi Neirium, hoc eſt ſine ira, & cum placiditate, vt eo nomine, mitẽ, tranquillumq. fieri Martẽ precemur. Ne, enim particula, apud Graecos, & Latinos plerũq. priuatiua eſt. — MAVORTIS] Ἐπίθετον. Virgilius,

In Lib. 2. Epiſt.

Lib. 3. c. 22.

Virgilius, —— *Mauortis in antro.* Lib. 7.
Et, —— *magnam Mauortis ad Vrbem.* Lib. 6

Cicero ità eum appellatũ fuiſſe tradit, quia magna vertat. — FACE] Ἀρχαϊσμός, pro fac, ſicut frequẽter apud Comicos, dice, pro dic, quòd etiã in Virgilio obſeruauit Rhemnius Palaemon. Sin autem, in principio huius acroteleutij, *Tu*, particula adderetur, & ſequens hemiſtichium coniungeremus, integer conficeretur verſus, Lib. 2. & 3. de Nat. De.

Tu face verò quod te cum precibus pater orat.

QVOD TE CVM PRECIBVS PATER ORAT] Orare precibus, idem eſt, quod apud Ciceronem, *agere precibus*. Liquet enim ex Feſto, vbi hunc noſtri Poëtae locum profert, orare, pro agere, Veteres dixiſſe: indeq. Oratores, qui nunc Legati dicuntur appellabantur, quòd Reip. mandatas partes agebant. In Tabulis autẽ Decemuiralibus vbi ſcriptũ eſt, *Si adorant furto, quod nec manifeſtum erit*, obſeruat vir doctiſſimus Antonius Auguſtinus, adorare, eſſe agere. Item in ijſdem Tabulis *Quòm perorant ambo praeſentes*, intelligendũ eſt, cum ambo praeſentes agunt. Cicero in Epiſtola quadam ad Caeſarem, *Quamobrem, inquit, à te peto, vel potius omnibus precibus oro, atq. obteſtor.* Caeſar libro VII. de Bello Gallico, *flentes omnibus precibus orabant, vt ſe in ſeruitutem receptos cibo iuuarent.* Obſeruat Aruſianus Meſſus in Exemplis eloquutionum; Oro tecum, ſignificare, pro te oro, profertq. hunc Terentij locum ex Hecyra. Li. 9. Epiſt. ad Att.

Egi atq. oraui tecum vxorem vt duceres.

Plaut. Aſin. — *hanc iube orare mecum.* QVI CAELVM VERSAT STELLEIS FVL. APT.] Rurſus tertio Annali,

Caelum proſpexit ſtelleis fulgentibus aptum.

Item in X, *Hàc nox praeceſſit ſtelleis ardentibus apta.*

Lucretius huius imitatione de veſte, dixit, Lib. 5.

Purpurea, atque auro, ſignisq. ingentibus apta.

Virgilius de Atlante, Lib. 4. & 6. Aen.

Axem humero torquet ſtellis ardentibus aptum.

Idem, —— *nox humida donec* Lib. 2.

Inuertit Caelum ſtelleis fulgentibus aptum.

In omnibus his locis dictionem illam *aptum* cum aſpiratione *haptum* libenter legerem à Graeca voce ἅπτω hoc eſt inflammatum, & incenſum, tùm quòd Ennius nõ infrequẽter Graecis vocibus vſus eſt, tum etiam Pierij Valeriani teſtimonio, qui hoc modo eam vocem in peruetuſto Virgilij exemplari ſcriptam repeperiſſe affirmat. Seruius eam ἀπὸ τοῦ ἅπτεσθαι coniunctum, & vicinum interpretatur. QVOM SVPERVM LVMEN] Elegantiſſimè hoc verſu obſitum caligine caelum deſcribit. Vnde Lucretius, Lib. 4.

Non

Non quierit calidum ſupera de reddere parte,
Cum ſuperum lumen tanto feruore fruatur.

NOX INTEMPESTA TENEBAT] Idem alibi, — ***bellum***
Aequis de manibus nox intempeſta diremit.

Apud Afranium interrogat ille,

— *quis tu es, qui ventoſo in loco*
Soleatus, intempeſta nocte, ſub dio
Aperto capite, ſilices quòm findit gelus?

Attius in Bruto, ità Lucretiam de Tarquinij temeritate conquerentem inducit,

Nocte intempeſta noſtram deuenit domum.

Liq. 5. Aen. Maro, *Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebat,*

Li. 2b. Geor. Cicero in Piſonem, *Nocte intempeſta crepidatus, veſte ſeruili nauem conſcendit.* Noctem igitur intempeſtam, eam noctis partem eſſe conſtat, quae ad res gerendas idoneum tempus nò habet Graecè ἀχρονυχία,
Cap. 31. ἀμολγὸς, & ὥρα ἀσάλπιγκτος dicitur. — NON VT SVM] Sum, & im, pro, eum, veteres vſurparunt. NAM VIDI PVGNARE SVES] Similitudo à ſuibus ſumpta, qua inepta aliquorum pugna ſignificatur. Scaliger emendat,

Namque auidè pugnare ſues —

In Feſto nuper edito habetur hic verſus,

Nam vi depugnare ſues ſtolidi ſolidi ſunt.

Q. ENNII FRAGMENTA

EX II. ANNALI

*

Faſt. Occaſus. † HEIC datus eſt occaſus, Horatiu' inclutu' ſaltu. † Vt

*

Macrob. lib. 6. c. 3. Et tunc ſicut Equus, † qui de praeſepibus actus † quòm
Vincla ſueis magneis animeis abrumpit, & inde
Fert ſeſe campi per caerula, laetaq. prata,
Celſo pectore, ſaepè iubam † quaſſat ſimul altam: † quaſſans
Spiritus ex anima calida ſpumas agit albas. ἀλφακισμός

*

Quinctil. lib. 1. c. 9. * Mettico Fufetico —

*

Vetus Gram. * — tractatus per aequora campi.

At

*

* At domus interior gemitu, miſeroq́. tumultu. Ser. 2. Aen.

*

* At tuba terribili ſonitu taratantara dixit. Ser. 9. Aen. Priſ. lib. 8.

*

* Oſtia moenita eſt, idem loca nauibo' polcreis, Feſt. Quaeſo & Mundus.
† Munda facit, nauteiſq́. mari quaeſentibu' vitam. † Mundo.

*

* — & Tiberis flumen vomit in mare ſalſum. Macr. lib. 6. c. 4.

*

At ſe ſe ſum, quae dederat in luminis oras. Feſtus Sum.

*

Ingens cura mis cum concordibus aequiparare. Priſc. lib. 13

*

Si quid me fuerit humanitus, vt teneatis. Feſt. Me.

*

Ferro ſecedere quàm dicteis heis toleraret. Idem. Tolerare.

*

Annuit ſe ſe mecum decernere ferro. Priſc. lib. 10.

*

— qui ferro minitere
Atque † in te ningulu' mederi queat — † Vllus. Feſt. Ningulus.

*

— haec inter ſe totum tuditantes. Idem Tuditantes.

*

Et ſemel effugit ſperes ità funditu' noſtras. Idē Sperem

*

EXPLICATIO.

HEIC DATVS EST OCCASVS HORATIV' [INCLVTV' SALTV] Pauca haec, atq́. admodum conciſa fragmenta, quae ex ſecundo hoc Annali reliqua ſunt, nos in difficultates adeò magnas compulerunt, vt verum inde aliquem elicere ſenſum omnino poſſe diffidamus. Sed tamen experiemur ſi quid luminis rebus, tam profundis tenebris obuolutis, adhibere poſſimus. Facit ſanè Horatij nomen, quod in hoc verſu poſitum eſt, vt ſuſpicemur hoc volumine Poëtam proſequi Horatij Coclitis res geſtas, qui ſolus in Sublicio ponte vehementem Etruſcorum omniū

impetum compreſſit. At quoniam hiſtoriae tempus non congruit, cùm vſq. ad V. Annalem apertè liqueat Ennium Romanorum Regum res geſtas monumentis tradidiſſe, & nobile illud Coclitis facinus pòſt exactos Reges acciderit, & à Feſto hic verſus extĕta dictione ex ſecundo Annali referatur, de altero Horatio videtur eſſe intel-
Lib. 1. ligendũ. Qui, vt ſcribit Liuius, & cõprobat Ariſtides Mileſius in Rerum Italicarum libris, ſolus Curiatios duorum ipſius fratrum interfectores prudenti admodum conſilio proſtrauit. Nam cùm vnus tribus ſimul contraſtantibus par eſſe non poſſet, eosq. vulneribus ſaucios conſpiceret, fugam ſimulauit, ratus omnes illos non poſſe ſimul multo fuſo ſanguine aequis paſſibus inſequi: quare in eos, per interualla ſequentes proſiliens, alium poſt alium interfecit. In Feſto autem hic Ennij locus habetur.

Hic occaſus datus eſt, at Horatius inclitus ſaltu.

Vbi perturbata verborum ſeries adeò ſyllabarum modulos confundit, vt vix carmen eſſe dignoſcatur. Quapropter iiſdem dictionibus rectè diſpoſitis, ſublata tantùm particula, *at*, videtur ſuae integritati reſtitutum. In eodem verſu, *occaſus*, pro, *occaſio*, Antiquorum more poſitum eſt: qui in huiuſmodi dictionum formis in, *vs*, &, *io*, deſinentibus liberè variare conſueuerunt: vt apud Lucretium, *coniectus*, pro, *coniectio*, & Ciceronem, *apparatio*, & *interitio*, pro, *apparatus*, & *interitus*. INCLVTV' SALTV] Ob celerem ſimulatam fugam ſi ad hunc Horatium reſpicies, ſin ad Coclitem, ob ſaltum in Tiberim: cuius hiſtoriam inter alios Theotimus in II. Rerum Italicarũ proſequutus eſt: eamq. ſub Turni perſona Virgilius adũbrauit,

Lib. 9. *Tum demum praeceps ſaltu ſeſe omnibus armis*
In fluuium dedit, ille ſuo cum gurgite flauo
Accepit venientem, & mollibus extulit vndis.

ET TVM SICVT EQVVS] Comparatio ab equi pernicitate deſumpta: quam vt Homerus Paridi, ita fortaſſe Ennius vtrolibet Horatio accomodauit. Sic enim ille,

Iliad ζ. Ὡς δ' ὅτέ τις στατὸς ἵππος ἀκοστήσας ἐπὶ φάτνῃ,
Δεσμὸν ἀπορρήξας θείῃ πεδίοιο κροαίνων
Εἰωθὼς λούεσθαι ἐϋρρεῖος ποταμοῖο,
Κυδιόων, ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει, ἀμφὶ δὲ χαῖται.
Ὤμοις ἀΐσσονται. ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθὼς
Ῥίμφα ἑ γοῦνα φέρει μετά τ' ἤθεα καὶ νομὸν ἵππων.

Virgilius ex Homericis, & Ennianis filis texuit,

Qualis vbi abruptis fugit praeſepia vinclis
Tandem liber equus, campoq. potitus aperto,
Aut ille in paſtus, armentaq. tendit equarum;

Aut

Aut aſſuetus aquae perfundi flumine noto
Emicat; arrectisq́. fremit ceruicibus altè
Luxurians; ludūtq́. iubae per colla, per armos.

Nec penitus hinc ablegãda eſt illa Claudiani, In Nupt. Honor.

Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris
Sollicitauit odor, tumidus, quatiensq́. decoras
Curuata ceruice iubas, Pharſalia rura
Peruolat, & notos hinnitu flagitat amnes
Naribus accenſis ——

Sed ne ſemper inter anguſtos interpretis cancellos me cohibeam, libet huius equi ſimilitudine aliquantulum per amoenos Philologiae campos euagari: & priuſquàm ad reliqua progrediar, diligenter excutere qua in re in quatuor his comparationibus vnuſquiſque eandem ſententiam nobilius, ac ornatius explicando, palmam tulerit. Quod enim Homerus, στατὸς ἵππος dixit, equum ſignificans, qui in ſtabulo continetur, vt otioſum reſpuit Ennius, quandò ex ſequentibus intelligebatur illum vinclis in ſtabulis coërcitum. Contrà Maro, *liber equus*, perbelleq́. aduerbium *tandem*, addidit quo innueret diu alligatum fuiſſe. Claudianus ab vtroq́, recedens, vt generoſam equi indolem indicaret, *Nobilis Sonipes*, dixit. Verbum autem ἀκοστήσας, Latini praetermiſerunt. φάτνη Ennius, & Maro, verterunt *praeſepia*. Δεσμὸν ἀπορρήξας θείει, Ennius, *vincla abrupit*; Virgilius Graeco propior, *Abruptis fugit vinclis*. Sed Noſter, verba illa, *ſueis magneis animeis*, de ſuo addidit, quibus aptè equi ferociam expreſſit. Claudianus omiſit haec omnia. Caeterùm quod Homer⁹ θείει πεδίοιο κροαίνων, praeclarius Ennius, atque ſublimius, —— *& inde*

Fert ſe ſe campi per caerula laetaq́. prata.

Preſſius Maro, —— *campoq́. potitus aperto.*

Totidem verbis Claudianus, ſed ὑπερβολικωτέρως

—— *Pharſalia rura* *Peruolat* ——

obiter Theſſalos equos ob velocitatem extollens. Cauſſam verò cur equus abrumpens vincula, currere geſtiat, Ennius non memorat: Homerus duas affert, vt ſcilicet pulchrè fluenti fluuio, quo conſueuerat, ſe lauaret, vel, vt ad pabula contenderet. Claudianus totidem, ſed diuerſas, & efficaciores, Veneris ſtimulum, & bibendi deſideriū. Maro verò equum facit in paſtus, ad equarum armenta, & ad flumē tendere, paſcendi, explendae libidinis, & lauandi cupiditate. Quod Homerus dixit, ἐϋῤῥεῖος ποταμοῖο, Virgilius propter aſſuetudinem dixit, *flumine noto*. Claudianus eodem Virgiliano adiuncto, ſed magis poeticè, —— *& notos hinnitu flagitat amnes.*

Illud verò, —— ὑψοῦ δὲ κάρη ἔχει ἀμφὶ δὲ χαῖται

ὤμοις ἀΐσσονται ——

longè Noſter magnificentius,

Celſo pectore ſaepè iubam quaſſat ſimul altam.

Claudianus lenius, —— *quatiensq. decoras*

Curuata ceruice iubas ——

Sed elegantius Maro, —— *arrectiſq. fremit ceruicibus altè*

Luxurians, luduntq. iubae per colla, per armos.

6. Theb. Vndè illud Statij, —— *ſaliêre iubae, atque erectus in armos*

Stat ——

Nec diſplicet illud Lucani, —— *ſpargitq. iubas, & ſurrigit aures.*

Lib. 3. Geor. Vox autem illa, *Luxurians*, qua & alibi Maro vſus eſt, quanto praeſtantior eſt illa Homerica, —— *ὃ δ᾽ ἀγλαΐηφι πεποιθώς ;*

Sed verſus, quo Ennius comparationem concludit,

Spiritus ex anima calida, ſpumas agit albas,

Equi ferocitatem affabrè depingit. Breuius Claudianus, & humilius,

Naribus accenſis ——

Lib. 6. Halieut. Oppianus autem ad Ennium propriùs accedens,

—— *θερμὸν δὲ διὰ στόμα κίδναται ἆσθμα.*

Lib. 9. VINCLA ABRVMPIT] Virgil.

—— *puppes abrumpunt vincula ripis.*

Lib. 4. Car. Od. 7. Horatius, *Nec lethea valet Theſeus abrumpere caro*

Vincula Pyrithoo ——

FERT SE SE] Propriè de bruto dictum eſt, qui abſq. vllo rationis ductu, quo ſenſus, & appetitus impellit, modò huc, modò illuc fertur. — CAMPI PER CAERVLA] Si phyſicam rationem attendamus, videtur Poëta caeruleum colorem campis haud impropriè tribuiſſe. Nam tenuis, & illuminatus aër procul aſpectantibus colorē caeruleo ſimilē referre videtur: eumq. cōtinuationis, ſiue potius, vt ita dicā, cōtiguitatis cauſſa longè lateq. cāporū tractibus impertitur: licet Plutarchus in libro *περὶ τοῦ ἐμφαινομένου προσώπου τῷ κύκλῳ τῆς σελήνης* aſſerat montibus, campis, ac maribus multos à Sole diffundi colorū formas. Differt autē caerulus à caeruleo vt ait Corneli' Fronto, quòd illud natura ſit, hoc effingat naturam: ita vt illud ſit, hoc fiat. QVASSAT] A geſtu ferociendi. SPIRITVS EX ANIMA CALIDA] Videntur haec verba ex philoſophiae penu deſumpta. Nam viuificus animantis calor ex puriori ſanguinis parte tenuiſſimum vaporem excitat, qui per omnes corporis artus diffuſus motū efficit, vitamq. ſuppeditat: vndè rectè eo adiuncto equi generoſitatem oſtendit, cùm calor magni, fortiſq. animi fomes ſit:

Lib. 3. Geor. frigus verò contrà torporis, & ignauiae. Virgilius ſimiliter de equo,

Collectumq. premens voluit ſub naribus ignem.

Item Nemeſianus in Cynegetico,

Fumant humentes calida de nare vapores.

SPVMAS AGIT ALBAS] Lucret. lib. III.

Concidit, & ſpumas agit, ——

Fit autem ſpuma ex vapore ſpiritu agitato, quam pellucidus aër intruſus albam reddit: quemadmodum in mari, cùm ventis concitatur, apparet. Equi verò anhelitus crebitatẽ ob curſus agitationẽ Poëta eleganter explicauit frequenti, *a*, litterae repetitione: quae, quàm huiuſmodi rei accommodata ſit, ex eo liquet, quòd curſu anhelantes, aut laboribus defatigari eam inter reſpirandum aperto ore quodammodo referre, videntur. De cuius litterae, ac etiam aliarum in rebus explicandis proprietate, nos differentes inducit Bartholomaeus Maranta, in ſuis Lucullianis Quaeſtionibus. — METTIEO FVFETIEO] Ionum more, qui Ἀρχίεω, & Ἀτρείδεω, pro Ἀρχίου, & Ἀτρείδου in ſecundis caſibus dixerunt. Sed in hac vitij geminatione, vt Quinctilianus ait, Ennius poetico iure defenditur. Antiquos autem Li 1. cap 9 non Suffetium vt perperàm in multis Quinctiliani, & Liuij codicibus, ſed Fufetium ſcripſiſſe, Philandrus, & Sigonius diligenter annotarunt. Metij verò proditio, & ſupplicium, ab Alexarcho in III. rerum Italicarum, & alijs quam plurimis, memoriae proditum eſt. — TRACTATVS PER AEQVORA CAMPI] Id eſt, diù tractus. Ignotus Gramaticus, vetuſtus ſanè, ex Bibliotheca Carbonaria, agens de frequentatiuis, ait, *tractare eſt ſaepè trahere, & habitare, ſaepè habere*: profertq. hoc ex Ennio hemiſtichium: quod nõ temerè ad Metium pertinere ſuſpicati ſumus: eoq. locum Poëtam pulcherrima tranſlatione ſignificaſſe, per quem ille raptatus fuerat.

Lucretius, —— *plani raptim petit aequora campi.* Lib 3.

Virgil. *Filius ardenteis haud ſeciùs aequore campi* Lib. 7.

Exercebat equos ——

Cicero, *patentium camporum aequora*. Nec quidem tantummodo Lib. 1. de Diu. aequor, quod proprium maris eſt, ità ab aequalitate appellatum, ad terreſtres campos; ſed campos ipſos, qui propriè de terra dicuntur ad mare poëtae tranſtulerunt. Vnde Lucretius *natantes campos* dixit, Lib. 5. & 6. à quo Virgilius eadem verba mutuatus eſt, non quòd vocum inopia Lis. laboraret, ſed quoniam ei pulcherrima viſa ſunt: qua de re eandem elocutionem proprio Marte diuerſis modis locupletauit, modò *liquentes campos*, modò *ſalis campos*; modò *arua Neptunia*, di- Lib. 3 Geor. l. 10. l. 8. cens. Plautus Trinumo, *Caeruleos campos*. Nec ſolum de aqua, & terra aequor dicitur, ſed etiam de aëre, & caelo. Plutarchus in libro De ore orbis Lunae οὐράνιον πέλαγος. Attius in Atreo, apud Nonium, *Sed quid tonitru turbida torno*

Con-

Concuſſa repentè aequora caeli
Senſimus ſonere?

Ennius Creſſis,

Poluis oritur, omne peruolgat caeli fretum.

Et alibi, *Quaeque freto caua caeruleo cortina receptat.*

Lib. 6. Lucretius, *Dant etiam ſonitum patuli ſuper aequora mundi.*

Lib. 5. Et, *Aëris in magnum fertur mare* ——

Verum haec potius aliqui per catachreſin, quàm per translationem dicta eſſe exiſtimant. Sed pauca haec Ennij verba de Metio ità amplificauit Maro,

Lib. 8.

Haud procul inde citae Metium in diuerſa quadrigae
Diſtulerant (at tu dictis Albane maneres)
Raptabatq. viri mendacis viſcera Tullus
Per ſiluam, & ſparſi rorabant ſanguine vepres.

Lib 2 Aen. AT DOMVS INTERIOR] Sermo hic erat de ruina Regiae Albanorum, quem Maro in Priami Regiae direptionem, & incendium, vt ex Seruio intelligitur, accommodauit,

At domus interior gemitu, miſeroq. tumultu
Miſcetur, penitusq. cauae plangoribus aedes, & caet.

Fuit Alba diruta, ac ſolo aequata ſub Tullo Hoſtilio, poſt celebre illud Metij ſupplicium: Quapropter hic verſus cum ijs, quae ſuperiùs

Lib. 1. dicta ſunt, iure optimo connecti poteſt. Hanc autem vrbis demolitionem, & ruinam Liuius ita poeticè deſcripſit, vt, eum vel magna ex parte ex Ennio ſumpſiſſe credam. AT TVBA TERRIBILEI] Antiquum expugnationis morem attingit: nam, vt ait Seruius, *ple-*

Lib. 2. Aen. *runq. ad tubam euertunt ciuitates; ſicut Albam Tullus Hoſtilius iuſſit euerti*. Quem morem à Graecis Romani accepiſſe videntur: nam, vt refert Plutarchus, Lyſander ad tibiae ſonitum Athenarũ muros deiecit, claſſemq. exuſſit. — SONITV] Ennius ſonitum tubae tri-

Li. 6. Theb. buit; Statius murmur,

Inſonuit contrà Tyrrhenum murmur ——

Lib. 8. Virgilius clamorem,

Tyrrhenusq. tubae mugire per aethera clamor.

Vterq. ad tubae inuentorem reſpexit: quem Meleum Tyrrhenorum Imperatorem fuiſſe fertur: quamuis alij Dircaeum, & alij alios dicant. Sed apud Graecos Tyrrhenae tubae vſum primus Archondas intulit, cùm Heraclidis ferret ſuppetias. Rurſus Statius pro tubae ſonitu, non inconcinnè dixit,

—— *iam ſaeuos fragor aëreus excitat enſes.*

— TARA, TAN, TARA DIXIT] Ὀνοματοποιΐα, tropus Homero frequens, qui, vt refert Plutarchus in illius vita, quaedam nomina omnino

omnino prius inaudita ità effinxit, vt nihil à rebus per ipſa ſignificatis diſcreparent. A quo poſteriores poëtae Graeci, quibus, vt ait Martialis, *eſt nihil negatum*, didicerunt inarticulatas animalium voces nouis, ficticijsq. dictionibus referre, vnde Ariſtophanes in *βατράχοις* de ranis vociferantibus *βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοάξ*. & Philoxenus in Galathea inducens Cyclopem Nymphae illius amore deflagrantem, ad cytharae ſoni imitationem *θρεττανελὸ* vocem effinxit. Eius verſus ſunt,

Ἡ γὰρ κιθάρα κρουομένη, τοιοῦτο
Μέλος ποιεῖ θρεττανελὸ θρεττανελό.

Ad quem Philoxeni locum reſpiciens Ariſtophanes in Pluto, canentem chorum induxit,

Θρεττανελὸ τὸν Κύκλωπα μιμούμενος.

De hac quidem Graecorum libertate Quinctilianus inquit; *Fingere Graecis magis conceſſum eſt, qui ſonis etiam quibuſdam, & affectibus nō dubitarunt nomina aptare, non alia libertate, quàm qua illi primi homines rebus appellationes dederunt. Noſtri autem in iungendo, aut deriuãdo paullùm auſi aliquid, vix in hoc ſatis recipiuntur.* Graecorũ deinde aemulatione Latini poëtae quaedam finxerũt, quae vſu paſſim emollita, tanquàm propria ſunt recepta, vt, mugitus, murmur, ſibilus, hinnitus, ſuſurrus, bombus. Ennius igitur prae caeteris horũ imitationi addictus, vt tubae clangorem referret, nouam huiuſmodi vocem confecit. At Maro non nouis verbis, nec à Romanis auribus abhorrentibus, ſed lectiſsimis, tubae ſonitum expreſsit, Lib. 8. c. 3.

At tuba terribilem ſonitum procul aere canoro Lib. 9.
Increpuit ——

Quem locum exponens Seruius ait, *Hemiſtichium eſt Ennij, nam ſequentia Maro mutauit: ille enim ad exprimendum tubae ſonum, ait, Taratantara: Et multa huiuſmodi Virgilius cum aſpera inuenerit, mutat. Benè tamen hic electis verbis imitatur ſonum tubarum.* Imitatus eſt igitur Maro non ſolùm horridis, obſtrepentibusq. litteris, ac ſyllabis ſonũ illum terribilem; verumetiam pari numerorum velocitate ingentem ſpiritum excitauit. In vtriuſq. enim Poëtae verſu praeter ſextum caeteri pedes dactyli ſunt: quamuis Beda hunc Virgilianum omnino dactylicum eſſe exiſtimet, quẽ ita legit omnibus codicibus refragantibus, *At tuba terribilem ſonitum procul excitat horrida.*

Eum quidem Maronis verſum adeò Pontanus extulit in Actio, vt de eo dixerit, *An nō audientibus nobis illa, capillus ipſe ſurrigitur, animuſq. concutitur, & penè horreſcit:* De tuba iterum loquens Virgilius, eadẽ dactylorum frequentia vſus eſt.

Inde vbi clara dedit ſonitum tuba, finibus omnes. Lib. 8. Aen.

OSTIA MOENITA EST] Abſq. dubio de Anco Tulli ſucceſſore

ceſſore loquitur: qui, in Tiberis faucibus Oſtiam condidit. Dionyſius lib. I. ἐν δὲ τῷ μεταξὺ τοῦ ποταμοῦ καὶ τῆς θαλάττης ἀγκῶνι πόλιν ὁ βασιλεὺς ἐντειχίσας, ἣν ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος Ὠστίαν ὠνόμασεν, ὡς δ' ἂν ἡμεῖς εἴποιμεν θύραν. Florus de eodem inquit, *Oſtiam in ipſo maris, fluminisq. confinio coloniam poſuit; iam tunc videlicet praeſagiens animo, futurum, vt totius mundi opes, & commeatus illo veluti maritimo Vrbis hoſpicio reciperentur*. — MOENITA] Foſsis Oſtiam ab Anco vallatam fuiſſe, his verbis tradit Feſtus, *Quiritium foſſae dicuntur, quibus Ancus Martius circumdedit Vrbem, quam ſecundum Oſtium Tiberis poſuit ex quo etiam Oſtiam; & quia populi opera eas fecerat, appellauit Quiritium*. Moenita, autem, pro, munita, ſicut moeros, pro muros, Veteres dixiſſe non dubium eſt. Plautus Bacchidibus,

Lib. 1.

In Quiritiū.

Pergamum diuina moenitum manu.

— NAVIBO' POLCREIS] Feſtus duobus locis adducit hos verſus: in quorū altero pro, *polcreis*, *celſis* legit. — MAREI QVAESENTIB. VITAM] Eadem eloquutione naufragum quendam loquentem inducit Antipater,

— ὁ δ' ἐκ πόντοιο μεταλλῶν
Ζωὴν, ἐκ πόντου καὶ μόρον εἱλκυσάμην.

Quaeſere, pro, querere, frequenter ab Antiquis vſurpatum eſt. — ET TIBERIS FLVMEN VOMIT IN MARE SALSVM] Pertinent & hoc ad Oſtiae deſcriptionem, ad quam ſe Tiberis exonerat, mariq. admiſcet. Eadem tranſlatione Varro in Menippeis,

Nubes aquali frigido velo leues
Caeli cauernas aureas ſubduxerant,
Aquam vomentes inferam mortalibus.

In 2. Geor. Virgilius, *Manè ſalutantum totis vomit aedibus vndam.*

AT SE SE SVM] Sum, pro, eum, vt ſuprà diximus. INGENS CVRA MIS] Obſeruant Grammatici *mis*, pro, *meis*, priſcos dicere conſueuiſſe. SI QVID ME FVERIT HVMANITVS] Hoc eſt, ſi quid mihi humani euenerit, vel humanum aliquid contigerit. *Me* enim pro, mihi, in hoc loco poſitum eſt. Lucilius,

Nunc ad te redeo, vt quae res me impendet agatur.

FERRO SECEDERE QVAM DICTEIS HEIS TOLERARET] Variant magnopere in hoc loco Feſti exēplaria. Alia enim habent, *ferro ſe caede*; alia; *ferro ſe caedit*; alia; *ferro ſe caedi*, alia, *ferro ſe caedere; quàm & caet.* vbi anapaeſtus eſt pro dactylo. Quorum verborum ſenſus eſt, malle ſibi gladio mortem conſciſcere, quàm quempiam, quicunq. is fuerit, ità ignominiosè loquutum tolerare.

Lib 6. Lucretius, — *cedere ſiquem*
Ancipiti videas ferro —

ANNVIT

ANNVIT SE SE MECVM] Sunt qui credant hunc verſum à choraeo initium habere, vt ille apud Lucilium, Lib. 30 Sat.

Quod tuas laudes culpes, non proficis hilum.

Sed fortaſſe, *Annuit*, praeteritum eſt, & diſcriminis cauſſa, *u*, longũ habet, ſicut luit, pluit, vt Varro adnotat, in praeſenti verò breue. Vel Lib. 8. de legendum eſt, *Annuuit*, duplici, *uu*. Nam, vt aliqui exiſtimant, annuo, lin. Lat. annuui, nõ annui in praeterito olim habuit, eodem modo, quo pluo pluui, non plui, vt Priſcianus tradit: cuius auctoritate in Liuio, vbi Lib. 10. legitur, *In monte Albano lapidibus pluiſſe*, pluuiſſe, eſt reponendum̃. Lib. 1. Crediderim tamen huiuſmodi praeteritum à plueo potius, ſicut illud ab annueo, proficiſci. Veteres enim annueo, & abnueo dixiſſe, idem Ennius teſtis eſt in VIII. Annali,

Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

DECERNERE FERRO] Virgilius, Lib. 12.

Sic omnes amor vnus habet decernere ferro.

Item, —— *ipſumq. iubet decernere ferro.* Ibid.

Et, *Inter ſe coiiſſe viros, & decernere ferro,* Ibid.

Licet Seneca, & Seruius velint Virgilium hoc loco ſcripſiſſe, *& cernere ferro*. Quo verbo & Ennius in eadem ſignificatione vſus eſt, Li. 7. Epiſt.

Ferro non auro vitam cernamus vtrique. Annal 5.

Et, *Nam ter ſub armeis malim vitam cernere.* In Med.

Item Attius Epinauſimache,

Primores procerum reuocarent nomina, niſi eſſet
Quis, qui armeis ſecum vellet cernere.

Graeci eodem modo ſimplici, & compoſito verbo dixerunt κρίνειν, & διακρίνειν, τὸν πόλεμον. — QVI FERRO MINITERE] Cicero Orat. 2. In Catil. *Vobis, atq. huic vrbi ferro, flammaq. minitantem.* — NINGVLVS] Nullus. Grammatici hanc vocem a nec & vllus, deductã arbitrãtur. — HAEC INTER SE TOTVM TVDITANTEIS] Meliùs, *tum tuditanteis*, vel, vt legit Scaliger, *tota vi tuditanteis*. Facile enim *a*, litera in *u*, & dictio illa, *ui*, in *m*, librariorum oſcitauria tranſire potuerunt. Sunt autem tudites, mallei, à tundendo dicti, vnde tuditare. Sed hîc pro, totis viribus niti videtur poſitum: ſumpta à fabris tranſlatione, incudem validis malleorum ictibus tundentibus. — SPERES] Ἀρχαϊσμὸς pro, *ſpes*, Rurſus Ennius XVI Annali, *Spero ſi ſperes quicquam prodeſſe potiſſunt.*

Varro in Satyra, quae ὄνος λύρας inſcribitur,

Quibus ſuam delectet ipſe amuſiam
Auditatem ſperibus lactet ſuis.

Q. ENNII FRAGMENTA
EX III. ANNALI.

Trebus in Elog. 6. Virg. SIC denſeis Aquila pinneis obnixa volabat
Vento, quē perhibēt Graium genus aëra lingua.

Feſt. Sol. * Poſtquā lumina ſeis oculeis bonus Ancu' reliquit.

Ser 6. Aen. Donat. in Hecy. * Tarquinij corpus bona femina lauit, & vnxit.

Macr. lib 1. c. 9. Hac noctu filo pendebit Etruria tota.

Feſt Sol. Tarquinio dedit imperium, ſimul & ſola regni.

Agell. lib. 1. c. 22. Inde ſibi memorat vnum ſupereſſe laborem.

Macr. lib 6. c 1. Caelum proſpexit, ſtelleis ardentibus aptum.

Feſt. Prodinunt. Prodinunt famulei, tum candida lumina lucent.

Agell lib. 16. c. 10. Non. Proletarius. Proletariu' poplicitus ſcuteiſq. feroq.
Ornatur ferro; moeros, Vrbemq. forumq.
Excubijs curat, —

Feſt. Sol. Circum ſos quae ſunt magnae genteis opulentae.

Macr. lib. 6. c. 1. Poſtquam defeſſi ſunt, ſtant, & ſpargere ſe ſe
Haſteis anſateis, concurrunt vndiq. teleis.

EXPLICATIO.

SIC DENSEIS AQVILA PINNEIS] Viuente adhuc Anco, aquila ſuſpenſis leniter alis, pileum è Tarquinij Priſci capite abſtulit: moxque altè volans, rurſus deuolauit, illiuſq. capiti repoſuit. Quare exiſtimo, his verſibus Poëtam hoc augurium deſcribere, quod, vt Dionyſius, Liuius, alijq. quamplurimi tradunt, Tanaquil, Tarquinij vxor, Etruſcorum diſciplina imbuta, fauſtum, laetumq.

Lib 2. Lib. 1.

laetumq́. agnouit: virumq́. complexa rei nouitate attonitũ, hortatur, bono, fortiq́. animo eſſe, cùm id regni faſtigium portenderet. De ea Silius, — *haec quoq́. caſtae* Lib. 13.

Augurio valuit mentis, venturaq́. dixit

Regna viro, & dextros agnouit in alite Diuos.

Idque euentu poſtea comprobatum eſt. Nam defuncto Anco, in cu' familiaritatẽ Tarquini' induſtria, ac calliditate ſe inſinuauerat, tutor eius liberis relictus, regnũ occupauit. VENTO, QVEM PERHIBENT GRAIVM GENVS AERA LINGVA] Ἑρμηνεία. Videtur Hippocratis opinionem ſequutus, qui in libro περὶ φυσῶν. ait, ἄνεμος γάρ ἐστιν ἠέρος ῥεῦμα, καὶ χεῦμα. Vnde Plutarchus in libello de Homero, ἐδ' ἄνεμος ἐστὶν ἀὴρ ῥέων. Lucretius, Lib. 6.

Ventus enim fit, vbi eſt agitando percitus aër.

Ad quam ſententiam acceſſêre Vitruuius, Seneca, Arnobius & alij pleriq́. Sed neſcio quorſum Scaliger, vir eruditiſſimus, acriq. iudicio, maluerit hunc verſum, qui incorruptus habetur apud Probum, legẽdum eſſe, *Vento Graiugenum perhibet quẽm ne aethera lingua.* Li 1. cap 6. Li 5 Queſt. nat. lib 3.

Lingua, enim non recto caſu, ſed ſexto, per pleonaſmon protulit Ennius: quod & carminis fauet integritati, & Ennianam phraſim redolere videtur. GRAIVM GENVS] Ἑλληνισμός, pro ipſis Graecis. Eodem modo ab Euripide dictum eſt, πρεσβυτῶν γένος, pro ipſis ſenibus, ab Homero Achæorum filij, pro ipſis Achaeis, & Pindaro Deorum liberi, pro ipſis Dijs. POSTQVAM] Obitum Anci deſcribit, qui, cùm annos quatuor & viginti regnum ſumma laude adminiſtraſſet, incredibili omnium moerore deceſſit. LVMINA SEIS OCVLEIS BONVS ANCV' RELIQVIT] Sicuti vitae lumẽ adire, pro, naſci, ita pro, mori, lumina linquere elegãter dicitur.

Lucret, *Lumina qui linquunt, moribundi particulatim.* Lib. 3.

Et, *Dulcia linquebant labentis lumina vitae.* Lib. 5.

Cicero II. de Conſulatu ſuo,

Luce ſerenanti vitaï lumina liquit.

Virgilius, *Quò magis inceptum peragat, lucemq́. relinquat.* Lib. 4. Aen.

Nouius — *vbi bipedes volucres lino linquant lumina.*

Hinc Lucilius in quodam Epigrammate, Τοὺς καταλείψαντας γλυκερὸν φάος. Vnde etiam lumine caſſi, ſpoliati, & luce carentes, mortui appellati ſunt. Lucretius integrũ penè hunc verſum Ennij ita inter ſuos inſeruit, *Hoc etiam tibi tute interdum dicere poſſis,* Lib. 3.

Lumina ſis oculis etiam bonus Ancu' reliquit.

Quod dictum, à dignitate perſonae, quaſi prouerbij loco Romanos habuiſſe, arbitror. Nam cùm omnibus mortem communem eſſe, & ob id aequo animo ferendam, monere vellent, hunc optimum regẽ,

immortalitate ferè dignum, etiam ſuum obijſſe diem memorabant.

Lib. 4 Car. od. 7. Horatius de eodem,

Nos vbi decidimus
Quò pius Aeneas, quò Tullus diues, & Ancus.

Li 1. Epiſt. Et, *Irc tamen reſtat, Numa quò deuenit, & Ancus.*

Iliad. φ. Sic etiam Homerus de Patroclo.

Ἀλλὰ φίλος θάνε καὶ σύ, τίη ὀλοφύρεαι αὔτως
Κάτθανε καὶ Πάτροκλος ὅπερ σέο πολλὸν ἀμείνων.

—BONVS ANCV.] Quòd benè imperium adminiſtrauerit. TARQVINII CORPVS] Donatus in Hecyra legit,

Exin Tarquinium bona femina lauit, & vnxit.

Fuit autem Tarquinius, vt Auctor de Viris Illuſtribus prodit, ab Anci liberis, immiſsis percuſſoribus, per dolum regno exutus & interfectus.— BONA FEMINA LAVIT, ET VNXIT] Bonā feminam veteres appellabant, quae officij cauſſa, nuptijs, & funeribus preſto erat. Catullus,

In Nupt. Iul. *Vos vnis ſenibus bonae*
Cognitae benè feminae
Collocate puellam.

Cadauera quoq. à feminis vngi, conſueuiſſe, declarat Horatius ad

In Epodo Canidiam, *Vnxêre matres Iliae addictum feris*
Alitibus, atq. canibus homicidam Hectorem.

Sed Donatus in hoc loco videtur pro bona femina, Tarquinij vxorem intelligere, quandoquidem, vt probaret, vxores dici, quòd ipſae

Iliad Ω. lotos maritos vngebant, hunc verſum teſtem adducit, quem Ennius ad verbum ferè ex illo Homerico tranſtulit,

Τὸν δ' ἐπεὶ οὖν δμωαὶ λοῦσαν καὶ χρῖσαν ἐλαίῳ.

Iliad Σ. Idem, Αὐτὰρ ἐπειδὴ ζέσσεν ὕδωρ ἐνὶ ἤνοπι χαλκῷ
Καὶ τότε δὴ λοῦσάν τε καὶ ἤλειψαν λίπ' ἐλαίῳ

Odys. Ω. Et, Κάτθεμεν ἐν λεχέεσσι, καθήραντες χρόα καλὸν
Ὕδατί τε λιαρῷ καὶ ἀλείφατι —

Lib. 6. Maro de Miſeno, — *Corpusq. lauant frigentis, & vngunt.*

Vngebantur etiam conuiuae: vnde iocosè Martialis,

Qui non coenat, & vngitur Fabulle,
Hic verò mihi mortuus videtur.

HAC NOCTV] A tempore inſidijs opportuno, in quo magis pericula impendent. *Noctu*, pro, nocte antiquo more. Plautus Curcul.

Hac noctu in ſomnis viſus ſum viderier —

Claudius Quadrigarius Annal. XXXI. *Senatus autem noctu conuenire, noctu multa domum dimitti.* Admonet autem nos Hiſtoriae ſeries vt cenſeamus, haec Seruij Tullij verba eſſe: cui, extincto Priſco

Tarqui-

Tarquinio, Patres abſq. populi cõſenſu regnum detulerũt: ſumptoq. cum Veientibus bello, alijsq. Etruſcis, hortatur milites, vt pro imperij propagatione ſtrenuè dimicent: nam illa nocte de totius Etruriae ſumma decidetur. Sed maiori quidem venuſtate Poëta noſter ſuam ſententiam explicauit, quàm Homerus, qui ſimplici quodam loquendi modo ait, Haec nox aut perdet, aut ſeruabit exercitum,

Νὺξ δ' ἥδ' ἠὲ διαῤῥαίσει στρατὸν, ἠὲ σαώσει.

— FILO PENDEBIT] Prouerbiali eloquutione Etruriae diſcrimen amplificat: qua vtimur, cùm rei alicui maximum imminere periculum, demonſtrare volumus; vt tam facilè ruere poſſit, quã graue aliquid tenui ſuſpenſum filo. Suida Graecè expreſſit adagium ἀπὸ λεπτοῦ μίτου τὸ ζῆν ἠρτῆσθαι. Ouidius, Lib 4. de Ponto.

Omnia ſunt hominum tenui pendentia filo.
Et ſubito caſu quae valuêre ruunt.

Ammianus, *A uitae principis ſalute, velut filo, pendere ſtatum orbis terrarum* Eodem refertur illud Ciceronis pro Flacco; *Salus noſtra ſpe exigua, extremaq. pendet.* Ductum fortaſſe prouerbium à gladio illo, quẽ tenui filo, ſeu ſeta equina, è lacunari appenſum Dionyſius in Damoclis accumbentis caput dirigi iuſſit, vt oſtenderet eo exemplo, quàm miſera & periculoſa eſſet Tyrannorum vita. Horatius, Lib. 14. Lib. 3. Car. Od. 1.

Diſtrictus enſis cui ſuper impia
Ceruice pendet, non Siculae dapes
Dulcem elaborarunt ſaporem,
Non, auium, cytharaeq. cantus,
Somnum reducent ——

Huc pertinet & illud Saturnini Imperatoris dictũ, à Flauio Vopiſco in eius vita relatum; *Neſcitis amici, quid mali ſit imperare; gladij ſeta pendentes, ceruicibus imminent: haſtae vndique, vndiq. ſpicula. Ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formidantur: non cibus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro ſtudio.* Plutarchus in extremo Demoſthenis ait, Perdiccam à Demade literis hortatum eſſe ad Macedoniam tentandam, & ad cõſeruandos Graecos, vt à marcido, & vetere filo, Antipatrum ſcilicet ſignificante, dependentes. Graeca autẽ praeſtantiſſimi Oratoris haec verba ſunt. γράμματα γὰρ ἐξέπεσεν αὐτοῦ, δι' ὧν παρεκάλει Περδίκκαν ἐπιχειρεῖν Μακεδονίᾳ, καὶ σώζειν τοὺς Ἕλληνας ὡς ἀπὸ σαπροῦ καὶ παλαιοῦ στήμονος (λέγων τὸν Ἀντίπατρον) ἠρτημένους: Maior extenuatio eſt illa Maronis in Cyri,

Quae tenui patriae ſpes ſit ſuſpenſa capillo.

In quo loco expreſſit illud Graecorum, ἐκ τριχὸς κρεμᾶται. Haec ex noſtris adagiorum libris; eorum auctorum locis more noſtro praetermiſsis, qui à Tranſalpino illo Chiliadum ſcriptore afferuntur.

— ETRVRIA TOTA] Virgilius,

— totamq. ſub armis coactam Heſperiam —

TARQVINIO DEDIT IMPERIVM] Tarquinius, cui Superbi cognomen fuit, Tulliae vxoris ſceleſtiſſimae monitis, atq. increpationibus regnum inuaſit: quae poſtquàm ante omnes in foro Tarquinium, Regem ſalutauit, immani conſilio, Tullium patrem interfici iuſſit, vt, eo ſublato, tutiùs regno potirentur. Quamobrem Poëta inquit, *Tarquinio dedit imperium*. Tulliam nimirum intelligens. — ET SOLA REGNI] Sola regni, pro regno, ſicut apud

Lib. 1. Catullum, *Sola terrae*, & Lucretium, *Terraiq. ſolum*, pro terra. Sed nō ab re alienum putarem, ſi ſolum in hoc loco non pro terra intelli-

Annal. lib. 1. geretur, vt exponit Feſtus, ſed pro ſolio Regio, vt in eo verſu,

— regni ſtabilita ſcamna, ſolumq.

Nam *Solla* appellantur, vt idem inquit Feſtus, *Sedilia, in quibus non plures ſingulis poſſint ſedere*, vt ſint dicta, *ſola*, pro, *ſolla*, antiquo-

Lib. 1. c. 26. rum more: qui, vt Iſidorus aſſerit, conſonantes geminare non conſueuerunt. Item Feſtus, *Anus dicta eſt ab annorum multitudine, quoniam antiqui non geminabant conſonantes*, Et, vt teſtatur Velius, anum, pro, annum, dixerunt. Congruit huiuſmodi interpretatio cum ſolio, quod non à ſoliditate dictum eſt, vt quidam arbitrantur, ſed, vt Aſper tradit, *per antiſtoechon, quòd vnum ſolum capit, quaſi ſedium à ſedendo*, & ſella, quaſi *ſedia*, *dicta* eſt, ad Graecorum ſimilitu-

Lib. 11. dinem, qui ἕδος dicunt, παρὰ τὸ ἐν' αὐτοῦ ἕζεσθαι. Virgilius apertiùs,

Et ſellam regni, trabeamq. inſignia noſtri.

Lib. 1. c. 22. — VNVM SVPERESSE] Monet Agellius, *ſuper eſſe*, diuiſè eſſe pronunciandum, vt duae, non vna, orationis partes videantur. — LABOREM] Lauorem aliquando pronunciaſſe Veteres, auctor eſt Adamantius in libro de B. muta, & V. vocali. PRODINVNT] Prodeunt, vt ait Pompeius. — CANDIDA LVMINA LVCENT] *Lucent*, non ad lumina refertur, ſed ad famulos,

Lib. 5. de qui cereos accenſos deferentes, lucent, hoc eſt, vt Varro interpreta-

lin. Lat. tur, adlucent: Plautus Curcul.

Tute tibi puer es lautus: luces cereum.

Et Caſina, *Primum omnium huic lucebis nouae nuptae facem.*

PROLETARIVS] Qui ſint proletarij ex Agellio, & Nonio cognoſci poteſt. — POPLICITVS] Pro, publicitus, ſicut poplicus, pro, publicus, vt in aenea tabella legis Agrariae. Caecilius Plotio,

Ibo domum, ad plebem pergitur, poplicitus deferendum eſt.

Pomponius Campanis,

Dat ordo ſenio, & fullonibus poplicitus cibaria.

— FEROQ. ORNATVR FERRO] Materia pro re cōfecta.

In omni-

In omnibus excuſis Agellij legitur, reclamante, metri ratione,

— *ſcutiſq. ferroq.*

Ornatur, ferro muros &c.

In Nonio, — *ſcutaq. ferriq.* *Ornatus* —

Sed abſque dubio, quam ſcripſimus, vera eſt lectio. Nam Lucretius, in hoc, quemadmodum in alijs compluribus, Ennium imitatus, ferum ferrum, & fera tela, dixit. — MOEROS, VRBEMQ. FORVMQ. EXCVBIIS CVRANT] Moeros, pro, muros antiquè, vt ait Seruius. Vnde pomoerium, quaſi poſt moeros, quo etiã modo moenire, pro, munire, moenera, pro, munera, & oeti, pro, vti Veteres dicebant. Hanc ſententiam ita profert Virgilius, In lib. 10. Aen. Lib. 9.

Omnis per muros legio ſortita periclum

Excubat, exercetq. vices quod cuiq. tuendum eſt.

Quibus verbis cõſultò Virgilius ad murorũ, ſeu moerorum etymologiam alluſit, qui ἀπὸ τῆς μοίρας appellati ſunt, quòd quiſque pro parte ſua eos tueretur. Ita etiam alibi ad Graecae vocis explicationẽ reſpiciens, dixit, — *ſparſaſq. per aequor Cyclades* — Σποράδες enim, hoc eſt, ſparſae, eae inſulae in mari Aegeo appellantur, quas, vt videtur, Virgilius à Cycladibus nõ diſtinxit. POSTQVAM DEFESSI SVNT] Pugnae labore defatigati. — SPARGERE SE SE] Idem alibi. Lib. 3. Aen.

Haſtati ſpargunt haſtas —

Tranſlatio ab agricolis ducta. HASTEIS ANSATEIS] Ennius rurſus in V. Annali.

— *anſatas mittunt e turribus haſtas.*

— CONCVRRVNT VNDIQ. TELEIS] Surripuit Maro hoc acroteleution, — *Raptis concurrunt vndiq. telis* Lib. 7.

Indomiti agricolae —

Q. ENNII FRAGMENTA EX IIII. ANNALI.

Romani ſcaleis ſumma nituntur opum vei Macr. lib. 6. c. 1.

EXPLICATIO.

AD quartum hunc vſque Annalem, cuius, praeter hũc verſum, nullum reliquum eſt veſtigium, Poëta Romanorum Regum hiſto-

hiſtorias ſcripſit. Quae verò deinceps ſequuntur, Reip. temporibus geſta eſſe, ex ipſis reliquijs perſpicuè liquet. — SVMMA NITVNTVR OPVM VEI] Idem XVI. Annali,

Reges per regnum ſtatuasq. ſepulcraq. quaerunt,
Aedificant nomen, ſumma nituntur opum vei.

Maro XII. *Pro ſe quisq. viri ſumma nituntur opum vi.* Vbi obſeruat Seruius eſſe hemiſtichium Ennianum, Sed quod hoc loco Maro planè tranſcripſit, ita in IX. modeſtè eſt imitatus,

— Summaq. euertere opum vi.
Certabant —

Lib. 2. de Diuin. Apud Ciceronem Oraculum Croeſo redditum, quod ex Herodoto interpretatus eſt, ijſdem verbis terminatur,

Croeſus Halym penetrans magnam peruertet opum vim.

Q. ENNII FRAGMENTA EX V. ANNALI.

Non. Stirpſ. Feſt. Recto fronte, & Stirpſ.

NOmine Purrhus*, vti memorant, à ſtirpe ſupremo.

Cic. lib. 2. de Diui.

* — ſtolidum genus Aeacidarum
Bellipotenteis ſunt magi' quàm ſapientipotenteis.

Idem Ibid.

* Aio, te Aeacida, Romanos vincere poſſe.

Cic. de Senect.

* Quò vobis menteis, rectae quae ſtare ſolebant
Ante hac, dementi ſeſe flexêre ruina?

Var. lib. 6. de lin. Lat.

* Orator ſine pace redit, regique refert rem.

Idem ibid.

* — decretum eſt foſſare corpora teleis

Feſt. Supereſcit.

* Dum quidem vnus homo † Romae toga ſupereſcit. † Romanus toga.

Cic. lib. 1. Off.

* Nec mî aurum poſco, nec mî pretium dederitis:
Nec cauponanteis bellum, ſed belligerantes;
Ferro, non auro, vitam cernamus † vtrique, † Vterque.
Vos ne velit, an me regnare Hera; quidue ferat ſors
Virtute

Virtute experiamur: & hoc ſimul accipe dictum:
Quoium virtutei belli fortuna pepercit,
† Horundem me libertati parcere certum eſt:
Dono ducite, doque volētibu' com magneis Deijs.

† Eorundem.

*

Cogebant hoſteis lacrumanteis, vt miſererent. Priſc. lib. 8.

*

Inijcit irritatu', tenēt, occaſu' iuuat res. Feſt. Occaſus.

*

— anſatas mittunt è turribus haſtas. Non. Anſatae.

*

Quod per amoenam vrbē leni fluit agmine flumē. Macr. lib. 6. c. 4.

*

EXPLICATIO.

NOMINE PVRRHVS] Ex hoc verſu, quem ex V. Annali retulit Nonius, opinati ſumus, Ennium toto eo libro Pyrrhi Epirotarum Regis res geſtas eſſe proſequutum: ideoque reliquias omnes, quas ad hanc hiſtoriam ſpectare cognouimus, huc cōgeſſimus; & hūc verſum, quo & illius nominis meminit, & originis, in principio, quaſi narrationis initiū, collocauimus: quamuis alios eum praeceſſiſſe, nō dubium ſit, qui aliquas Pyrrhi attributiones declararent. NOMINE PVRRHVS] Vulgata quaedam Nonij exemplaria habent, *Omnes Pyrrhus*, alia, *Homines Pyrrhus*. Sed facilè Librarius litterarū affinitate decipi potuit, dū malè, *Homines*, pro, *Nomine* tranſcripſit. Ità enim Feſti auctoritate legendum eſt: apud quem in dictione, Stirps, perſpicuè legitur, *Nomine Pyrrhus*, & mox paruo interiecto ſpatio, *à ſtirpe ſupremo*; vnde clarè liquet, ità ab Ennio ſcriptum eſſe; & verba, quae in Feſto deſunt, eſſe illa, *vti memorant*. Scaligero, vtranq. lectionem reſpuenti, placet eſſe legendum, *Aemoni' Pyrrhus, vti memorant &c.* Sed in antiquo quodam exemplari legitur, *Hores Pyrrhus, vti memorant*. Vnde aliqui conijciunt eſſe legendum, *Hoc rex Pyrrhus, vti memorant*. Purrhus autem nō Pyrrhus ſcripſimus, Ciceronis auctoritate, qui de hac ipſa re in Oratore agens, ait, Enniū Purrhū ſemper dixiſſe, nūquam Pyrrhū, ſicut aetas poſterior aurium cauſſa dixit. Et ita etiā in peruetuſto Pandectarū libro, Purrhum pro, Pyrrhum, ſcriptum offendimus. Veteres enim, vt alibi retulimus, frequenter, *u*, pro, *y*, ponebant, Suram, Suriam, Muſiam, & Subarim dicentes, pro Syra, Syria, Myſia, & Sybari. Teren-

tius, verò Scaurus in libello de Orthographia, vbi loquitur de affinitate B. litterae, cum P, ait, Graecos dixiſſe, Πύῤῥιαν, quem nos Birrhiã, & quem Pyrrhum, Antiquos Byrrhum. Confirmat hoc vetus Gloſſarium, in quo Byrrhum exponitur, πυῤῥὸν, ξανθὸν: qua etiam ratione à Graeco, πύξος Veteres, buxus, dixerunt. Quamobrem Petrus Victorius [Li. 14. c. 3. Var. lect.] apud Ciceronem legendum exiſtimat, Burrhum, pro, Pyrrhum [Lib. 1.] Quinctiliani, ac Feſti auctoritate. Nec ab hac opinione diſcrepat [In Balnea.] Seruius, qui ait, *Pyrrhus, à colore dictus, qui Latinè Byrrhus dicitur, à* [Lib. 2. Aen.] *colore quo tingebatur*. Tradunt enim Grammatici, Pyrrhum Achillis filium à rubentis comae colore hoc nomine primum appellatum eſſe, cùm anteà Neoptolemus vocaretur. — A STIRPE SVPREMO] A generis dignitate. Virgilius, [Lib. 6.]

Ipſumq. Aeacidem genus armipotentis Achillis.

[Cap. 35.] Auctor de viris illuſtr. ait, hunc Pyrrhum paterno genere ab Achille, materno ab Hercule fuiſſe oriundum. Plutarchus in eius vita longiori ſerie eam ſtirpem deſcribit: quam priùs lyrico carmine Phyloxenus Cytherus complexus erat. Quod autem Ennius, *de ſtirpe ſupremo*, Virgilius, omiſſa tranſlatione, *de gente ſuprema*, dixit: & Cinna in Pollionis Propentico, *alta ab origine*. Vſurpauit itidem Virgilius hanc [Lib. 6.] vocem in vtroque genere,

[Lib. 3. Aen.] — *magna de ſtirpe nepotum.*

Et, — *imo de ſtirpe reciſum.*

Vetus Poëta apud Feſtum in eodem fragmento, cuius ſupra meminimus, ſimiliter *Graeco ſtirpe*, maſculinè protulit: quod fortaſſe de eodem Pyrrho dictum eſt. — STOLIDVM GENVS AEACIDARVM] Haec verba licet apud M. Tullium in II. de Diuin. ſolutae orationis modo conſcripta videantur, metris tamen conſtare perſpicuum eſt. — BELLIPOTENTEIS] Hoc nomine incertus Poëta Martē appellauit, ſicut Lucilius Apollinem, cortinipotētem, quòd ſcilicet cortinae praeeſſet. AIO TE AEACIDA] Ambigua haec Oraculi verba cùm Pyrrhus contrario ſenſu intellexiſſet, Tarentinis auxilio venit, Romaniſq. intulit bellum. Auctor de Vir. Illuſtr. ea verba tāquàm ab Oraculo prolata refert, nulla facta [Lib. 2. de Diuin.] Ennij mentione. Cicero autem loquens de Oraculorum obſcuritate, ait, *Vtrum igitur eorum accidiſſet, verum oraculum fuiſſet. Cur autē hoc credam vnquam editum Croeſo? aut Herodotum cur veraciorem ducam Ennio? Num minus ille potuit de Croeſo, quàm de Pyrrho fingere Ennius? Quis enim eſt, qui credat Apollinis ex oraculo Pyrrho eſſe reſpōſum, Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe. Primùm Latinè Apollo nunquā locutus eſt. Deinde iſta ſors inaudita Graecis eſt. Praeterea Pyrrhi temporibus, iam Apollo verſus facere deſierat.* Et paulò poſt addit, *hanc amphibo-*

phibo-

phibologiam verſus intelligere potuiſſet, vincere te Romanos, nihilo magis in ſe, quàm in Romanos valere. Hoc ipſum cōmentitium fuiſſe, teſtatur etiā Minutius Felix, qui ait, *De Pyrrho Ennius Apollinis Pythij reſponſa confinxit, cum Apollo verſus facere deſijſſet. Cuius tamen cautū illud, & ambiguum defecit Oraculum, cùm & politiores homines, & minus creduli eſſe caeperunt.* QVO'] Sunt haec Appij Claudij verba, qui abrupto orationis principio, per indignationem grauiter in Senatum inuectus eſt, amentem eius conſilij rationem iurgijs inceſſens. Quā quidē rem ita Cicero in Catone clariſsimè expoſuit. *Ad Appij Claudij ſenectutem accedebat etiam, vt caecus eſſet; tamen cùm ſententia Senatus inclinaret ad pacem, & foedus faciendum cum Pyrrho, non dubitauit dicere illa, quae verſibus proſequutus eſt Ennius, Quò vobis menteis &c.* Rurſus in Bruto; *Poſſumus Appium Claudium ſuſpicari diſertum, quia ſenatum iam iam inclinatum, à Pyrrhi pace reuocauerit.* Eius item oratio Ciceronis etiam temporibus extabat, vt ipſe met eodē libro auctor eſt. Hanc eandem Ennij ſententiam Plutárchus in Pyrrhi vita, ita ferè ad verbum expreſſit; Ποῦ γὰρ ὑμῶν ὁ πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους θρυλλούμενος ἀεὶ λόγος; Auctor verò ille, qui vniuerſam Liuij hiſtoriam in compendium redegit, ait, Cyneam legatum à Pyrrho in Senatum miſſum, petijſſe, vt componendae pacis cauſſa, Rex in Vrbem reciperetur: de qua re, cùm ad frequentiorem Senatum referri placuiſſet, Appius Claudius, qui propter inualetudinem oculorum iam diu cōſilijs publicis ſe abſtinuerat, venit in Curiam, & ſententiam ſuam tenuit, vt id Pyrrho negaretur: quam poſteà Vlpianus in libro VI. ad Edictum ſeueriſſimam appellauit. — VOBIS] Emphaſis non ſine ſtomacho, quaſi dicat, vobis, qui tanta praediti eſtis ſapientia, ac in rebus gerendis ſollertia. — MENTEIS] Eadem poenè inſimulatione Catullus in Rauidum,

Quae nam te mala mens.

Hecuba apud Virgilium, Lib. 2. Aen.

— *Quae mens tam dira miſerrime coniunx*
Impulit —

Idem in IV. & XII. — *quae mentem inſania mutat?*

Archilochus,

Πάτερ λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε;
Τίς σὰς παρήειρε φρένας;

— RECTAE QVAE STARE SOLEBANT] Preclarè ſtare mentes dictum eſt: nam rectum ad actiones tranſlatum, vt in III. ad Herennium definit Cornificus, eſt id, quod cum virtute, & officio fit. Vel vt in IV. de finibus ait Cicero, Illud rectū eſt, quod κατόρθωμα dicitur, quod ſoli ſapienti contingit. Rectas igitur mentes

ſtare dixit, ſumpta ab arboribus, ſeu columnis tranſlatione, quae cùm rectae ſunt, nullaq. ex parte nutant pondere, non facilè procumbunt. Ità Cicero *ſtare animis* dixit, & Horatius, *ſtans animo*. Theocritus verò contrario ſenſu,

Ll. 5. ad At. Lib. 2. Sat. 7.

> Ὦ Κύκλωψ Κύκλωψ πᾷ τὰς φρένας ἐκπεπότασαι;

ANTEHAC] Ratio à praeterito. — DEMENTEI SESE FLEXERE RVINA] Hunc locum legit Scaliger, verſu choerilo, ſeu diphilo,

> *Antè hac dementei ſe ſe flexêre via.*

Videturq. Theodori Gazae verſionem ſequutus, qui hos Ennij verſus ità Graecè interpretatur in Catone maiore,

> Ποῖ φρένες ὑμῶν αἷς ἦν ἀστεμφεῖς πάρος ἴσχειν,
> Αἶψά γε δὴ ταύτην ἄφρονα τράπεθον μάλ' ἀταρπόν.

Poſtrema nanque dictio illa, ἀταρπὸς, Latinè, callis, ſemita, via recta dicitur. Eamq. ſit appellatam, tradunt Grammatici, quòd ἐξ αὐτῆς οὐκ ἔστι τραπῆναι. Verùm ſi Theodori auctoritate nitamur, probabilior videtur lectio Dionyſij Lambini, apud quem habetur,

> *Antè hac dementeis ſeſe flexêre viaï.*

Vt ſit ſenſus, quò viai mentes dementes ſeſe flexêre? Sed tamen antiqua Ciceronis lectio tot ſaeculis recepta non omnino reſpuenda eſt. ORATOR SINE PACE REDIT] Nullum magis idoneũ nactus ſum locum, in quo hic verſus collocari poſſit. Nam Orator, de quo hîc Poëta loquitur, Cyneas, vt opinor, fuit è Theſſalia, Demoſthenis auditor, vir vſqueadeò facundia praeditus, vt meritò de eo Pyrrhus praedicare ſolitus ſit, plures à Cynea eloquẽtia, quàm à ſe armis victorias eſſe reportatas. Hũc igitur Pyrrhus ad Romanos Oratorem miſit, vt eos muneribus, blanditijs, pollicitationibusq. ad pacis conditionem adduceret, ad quam cùm iam Romanorum animos vertiſſet, illi demum, Appij caeci diſſuaſionibus abnuerunt, Legato, re infecta dimiſſo. Ad hoc videtur alluſiſſe Virgilius,

Lib. 11.

> *Legati reſponſa ferunt, nihil omnibus actum*
> *Tantorum impenſis operum, nil dona, nec aurum*
> *Nec magnas valuiſſe preces* ——

— REDIT, REGIQ. REFERT REM] Re, ſyllaba multùm Antiquis idonea viſa eſt, ad exprimendũm redeundi actũ. Quare verba id ſignificantia apud Latinos ab eadem ſyllaba incipiunt, vt redeo, reuertor, regredior, remeo, remigro. Vnde Poëta noſter, vt Oratoris reditum congruentibus litteris explicaret, quatuor coniunctim dictiones poſuit, quarum ſingulae à, *re*, ſyllaba initium habent. — DECRETVM EST FOSSARE CORPORA TELEIS] Cyneas Pyrrho renuncians, quae in legatione ab ipſo geſta fuerant, inter

inter caetera; retulit, Romanos corpora periculis omnibus, teliſq; obijcere, decreuiſſe, potius, quàm pacē conciliare. Quibus verbis videtur reſpexiſſe ad prouerbium; *Aut manenti vincendum, aut moriendum*: quod vſurpari ſolet, vbi firma, ſtabiliſq. ſtat ſententia, aut aliquid perficiendi, aut moriendi. Ferturq. tranſlatum à Spartanorum diſciplina, qui ea animi obſtinatione ad praelium proficiſcebantur, vt, aut ſubactis bello hoſtibus domum reuerterentur, aut dimicando occumberent. De verbo, foſſare, ait Varro, *Hoc verbum Ennij, dictum à fodicando à quo foſſa*. Hinc apud Poëtas frequentes illae tranſlationes, *latus cultro, & enſe iugulum fodere*. Ennius rurſus, Lib. 4 de lin. Lat.

Illurici reſtant ſiceis, ſibineiſq. fodientes.

Lucanus, *Ne nos cum calido fodiemus viſcera ferro.*

Quod verbum videtur quaſi hiatum quendam vulnerum, ac profunditatem ſignificare. Sed ego *foſſari*, potius quàm *foſſare*, legerem, cum metri, tum etiam ſenſus concinnioris gratia. Silius libro VI. hūc fortaſſe reſpiciens, *Quin & magnanimum perfoſſo corpore telis*.

Sunt qui legant pro *foſſare, ſtare*, vel *dare corpora telis*: nimium Varronis ſcriptura refragante. DVM QVIDEM VNVS HOMO ROMAE TOGA SVPERESCIT] Quouſq. vnus tādē Romae erit ſuperſtes, vel ſuperuixerit. Eſcit, Veteres pro, erit, poſuiſſe, ex Feſto liquet: vnde in legibus XII. Tabularum. *Aſt ei cuſtos nec eſcit*. Et ita quoq. legenda ſunt apud Ciceronem II de legibus, verba illa earundem Tabularum. *Quoi auro denteis vinti eſcunt*. Lucretius, In Eſcit. Lib. 2.

Ergo rerum inter ſummam minimamq. quid eſcit?

Huius verò carminis ſcripturam vitioſam eſſe apud Feſtum, ex pedū claudicatione manifeſtum eſt, vbi fortaſſe pro, *Romae toga ſupereſcit*, reponendum eſt, *Romae toti ſupereſcit*, vt ad verba illa, *vnus homo*, haec, *Romae toti*, tanquam antitheta referantur. NEC MI AVRVM POSCO] Cùm Romani C. Fabricium virum bellica virtute inſignem, cum magno auri pondere ad Pyrrhum pro redimendis captiuis miſiſſent, fertur Pyrrhus in eius, aliorumq. conſpectu apertè dixiſſe, ſe non mangonum more cum Romanis negotiari, ſed de gloria, atque imperio dimicare, quam vocem Cicero ex Ennio referens, vt Aeacidarum genere dignam commendauit. Cumq. Pyrrhus vnius Fabricij fidei captiuos quadam lege credidiſſet, Fabricius, qui tum Conſul erat, ne animi magnitudine ſuperaretur, néue Pyrrhus in aliquam caderet ſuſpicionem, Romanos dolis, aut pretio velle victoriam obtinere; ſumpta occaſione ex Nicia Pyrrhi familiari, qui ei, & Quincto Aemilio eius collegae pollicitus fuerat, clam pacta mercede, de medio Regem ſublaturum, haec inter alia Pyrrho ſcripſit, vt in III. Annali à Quadrigario proditum eſt; *Ad nos venit Nicias fa-*

milla-

militaris tuus, qui ſibi pretium à nobis peteret, ſi te clam interfeciſſet. Id nos negauimus velle, neue ob eam rem quicquam commodi exſpectaret: & ſimul viſum eſt, vt te certiorem faceremus, ne quid eiuſmodi ſi accidiſſet, noſtro conſilio Ciuitates putarent factum, & quod nobis non placet, pretio, aut praemio, aut dolis pugnare. Tu niſi caueas iacebis. Huius verò epiſtolae exemplar diuerſum ſanè à Plutarcho refertur, apud quem nulla Niciae eſt mentio, ſed Pyrrhi medici, qui ſeſpontè Fabricio obtulit, Regem, mercede propoſita, veneno necaturum: cui adſtipulatur Eutropius. (Lib. 2.) Sed Valerius Antiâs neutri conſentit. Scribit. n. Timocratem quendam Ambracienſem Pyrrhi amicum huiuſmodi ſcelus attẽtaſſe. At quiſquis is fuerit, illũ Fabricius, vt Suidas tradit ex auctore neſcio quo, Pyrrho vinctũ remiſit, quod factum is admirans, fertur exclamaſſe, οὗτός ἐστι καὶ οὐκ ἄλλος Φαβρίκιος, ὃν δυσχερέστερον ἄν τις παρατρέψοι τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἢ τῆς συνήθους πορείας τὸν ἥλιον; (Lib. 2.) quae verba ita Latinè ab Eutropio referũtur. Ille eſt Fabricius, qui difficiliùs ab honeſtate, quàm Sol à curſu ſuo auerti poteſt. NON CAVPONANTES BELLVM] Non ob quaeſtum, ſed ob belli gloriam pugnamus: quapropter armis, non dolis certandum eſt. Hinc praeclara illa Alexandri vox ad Parmenionẽ, ei perſuadentem, vt noctu inopinantes hoſtes adoriretur, Victoriam furari, inquit, turpe eſt: manifeſtè, ac ſine dolo Alexandrum vincere oportet. Sic verò Arrianus, αἰσχρὸν ἐστι κλέψαι τὴν νίκην, ἀλλὰ φανερῶς καὶ δίχα σοφίσματος χρὴ νικῆσαι Ἀλέξανδρον. Cauponatur igitur bellum, cum lucri tantum cauſſa fit. Huiuſmodi autem elocutionem Ennio, vt videtur, ſuggeſſit Aeſchylus, qui in fabula Septem ad Thebas, ait, καπηλεύειν μάχην: & quod (Lib. 6.) Aeſchylus de bello, Herodianus de pace dixit, καπηλεύειν εἰρήνην χρυσίῳ. Quod rectè tranſtulit Politianus, Auro pacem cauponari. Budaeus autem pacem vendere interpretatur. FERRO NON AVRO] His verbis Pyrrhus non ſolùm animi ſui magnitudinem oſtendit, ſed etiam ab hoſtibus beneuolentiam captat: quandoquidem non ſpe quaeſtus, ſed ſola virtute, gloriaeq. ſtimulo impulſus, ad conſerendas manus venerit. Huic non abſimile eſt Camilli dictum, qui cùm eo tempore ad Vrbis portas cum exercitu acceſsiſſet, quo Romani Brenno Gallorũ duci, mille auri pondo, pacis cõuentione numerabant, aurum ſtatim de lancibus auferri iuſſit, & vacuos inde Gallos diſcedere, dicens, Romani moris eſſe, ferro, non auro patriam tueri. Stratophanes miles apud Plautum in Truculento,

Auro, haud ferro, deterrere potes me.

Inde veteri prouerbio dicitur, Haſtis argenteis pugnare; cùm victoria potius argento, quàm virtute paratur. VITAM CERNAMVS] Idem in Medea,

Nam

Nam ter ſub armeis malim vitam cernere.

VOS NE VELIT, AN ME REGNARE HERA] Iunonem Graeci ἥραν dicunt. Vnde in antiquis Etruſcorum libris Hera appellabatur, quam etiam ſortem, vel fortunam intelligebant. Eſt enim fortuna belli domina, de qua ait Caeſar; *Sed fortuna, quae plurimùm poteſt, cum in reliquis rebus, tùm praecipuè in bello paruis momentis magnas rerum commutationes efficit.* Hirtius de Bello Alexandrino, *Fortuna, quae plurimùm in bellis poteſt.* Cicero pro M. Marcello; *In armis*, inquit, *maximam partem quaſi ſuo iure fortuna ſibi vendicat, & quicquid proſperè geſtum eſt, id penè omne ducit ſuum.* Et paullò infrà, Illam ipſam rerum humanarum dominam fortunam dixit. Et ad Atticum; *forsin armis plus, quàm ratio poteſt.* Archilochus autẽ in Deorum arbitrio victoriam ponit,

Lib. 3. de bel. Ciu. — Lib. 14.

Νίκη ἀνθρώποισι θεῶν ἐν πείρατα κεῖται.

Haec, & alia pleraque in explicatione prouerbij, Fors domina campi, retulimus. De ea Plautus Mercatore,

Diuũ atq. hominũ quae ſpectatrix, atq. hera eadem es hominib.

Hanc, quàm & δέσποιναν Graeci vocant, tradit Pauſanias in Arcadicis, apud eas gentes maximo honori fuiſſe habitam. Ptolemaeus autem fortunae partem Heram appellauit, Catullus Deos omnes, heros,

Hoſtia caeleſtes pacificaſſet heros.

Et paullò poſt,

Quòd temerè inuitis ſuſcipiatur heris.

QVORVM VIRTVTEI] Captiuos intelligit. BELLI FORTVNA] Cicero Bruto. DONO DVCITE] Plutarchus, Auctor de Vir. ill. & alij teſtãtur, Fabricio gratis captiuos à Pyrrho redditos fuiſſe: de quorũ quidẽ numero ambigitur, nam Iuſtinus tradit CC. fuiſſe; Eutropius octingentos ſupra mille, Oroſius M.CCCX. DOQ. VOLENTIB. CVM MAGNIS DEIIS] Plautus Perſa, *Sequere hàc mea gnata, cum Dijs volentibus.* Item Milite glorioſo, *Agite, ite cum dijs benè volentibus.* Cato de Re ruſtica, *Cum Dijs volentibus, quodq. benè eueniat mando tibi.* Virgilius,

Cap. 31. — Lib. 18. — Lib. 2 lib. 4 — Act. 3. Sc. 1. — Act 4. Sce 7. — Cap. 141. — Lib. 1. Aen.

—— ponuntq. ferocia Poeni

Corda volente Deo ——

Quod Graeci σὺν θεοῖς, & οὐκ ἄνευ θεῶν dixerunt. Vnde Salluſtius in hiſtoria, *Vt tanta repentè mutatio non ſine Deo videretur.* Caſſius Hemina quaerens qui ſint magni Dij, ait Samothracas Deos, eoſdemque Romanorum Penates propriè dici θεοὺς μεγάλους, θεοὺς χρηστούς, θεοὺς δυνατούς. Trinis autem ijs Dijs, magnis; potentibus, valentibus, vt Tertullianus inquit in libro de Spectaculis tres arae in Circo parent. Sed, vt ex Virgilio liquet, vni Iunoni omnes hi tribuebantur tituli.

Vbi enim ille Iunonem magnam dixit, τὴν μεγάλην intellexit; vbi bonam, τὴν χρηστὴν, vbi dominam potentem, τὴν δυνατὴν. Varro ait, terram, & Caelum, vt Samothracum docent initia, eſſe magnos Deos: Plato in libro VII. de legib. Solem, & Lunam magnos Deos appellat. COGEBANT HOSTEIS LACRVMANTEIS, VT MISERERENT] Ingens hîc per locum communem excitatur commiſeratio. Poſſunt enim infortunia, & lacrimae vel hoſtem ad miſerationem commouere, vt de Troianis inquit Maro, Sinonem in amicitiam recipientibus,

Lib 4. de Lin. Lat.

Lib. 2. Aen.

His lacrimis vitam damus, & miſereſcimus vltrò.

Magnam autem perſonae miſeriam oſtendimus, cum ὑπερβολικῶς dicimus, eius conſpectum vel hoſti lacrimas ciere poſſe. Sophocles, quem aemulatus videtur noſter Poëta, in Aiace Lorario ait,

Ὡς καὶ παρ' ἐχθροῖς ἄξιος θρήνων τυχεῖν.

Quem verſum ità Latinum fecit Scaliger,

Miſerandum & ipſis hoſtibus ſpectaculum.

Apud eundem Poëtam Vlyſſes Aiacis inimici inſaniam deplorans, inquit,

Ἐγὼ μὲν οὐδὲν οἶδ' ἐποικτείρω δέ νιν,
Δύστηνον ἔμπης καίπερ ὄντα δυσμενῆ
Ὁθ' οὕνεκ' ἄτῃ συγκατίζευκται κακῇ

Quae carmina quemadmodum Idem Scaliger conuerterit, ſubſcribam, vt ex pluribus verſibus cognoſci poſſit, quomodo noſtri ſaeculi auctores antiquorum imitatione Graeca verterunt,

Nullus quidem ante hac: mihiq. miſeritudine
Commouit animum, quamquam iniquior mihi eſt,
Quod tali inhaerens ipſe conflictet malo.

Eodem referri poteſt illud Pacuuij ex Duloreſte, vt opinor,

Si Priamus adeſſet, & ipſe eius commiſereſceret.

Quod ità in ſuam Hecyram tranſduxit Terentius,

Ibi demum ità aegrè tulit, vt ipſam Bacchidem
Si adeſſet, credo ibi eius comiſereſceret.

Lib. 11. Quô reſpiciens Virgilius,

Ipſe manu mortem inueniam, miſerebitur hoſtis.
Exuuiasq. petet ——

Lib. 6. Met. Ouidius de Niobe,

—— *at nunc miſeranda vel hoſti*
Corporibus gelidis incumbit ——

Lib. 1. Triſt. Idem, *Eſt etiam in miſeris pietas, & in hoſte probatur,*

Lib. 5. Rurſus, maiori hyperbole,

—— *quibus poſſet illacrimare ferae.*

Lib. 39. Hûc etiam pertinent verba illa Locrenſiũ Legatorum apud Liuium, qui

qui cum Coſſ. conqueſti ſunt, ea paſſos à Q. Plemminio legato Romaniſq. militibus, quae pati ne Carthaginienſes quidem velit populus Romanus. Haec maiori ex parte tranſcripſimus ex noſtra explicatione prouerbij, *Vel hoſti miſerandus*. — OCCASVM IVVAT RES] Occaſum pro occaſione aliâs diximus Veteres vſurpaſſe. Hanc Ion Chius καιρὸν appellauit, & nouiſsimum Iouis filium fuiſſe tradit. Menander verò occaſionem multarum rerum cauſſam eſſe dixit eo ſenario, Πολλῶν ὁ καιρὸς γίγνεται παραίτιος.

Ad Ennianam ſententiam pertinet illud Maronis, Lib. 5.

— *nunc tempus agit res*

A quo Statius mutuatus eſt,

— *tempus agit rem.*

Et Claudianus,

Rem peragit tempus —

— ANSATAS MITTVNT E TVRRIBVS] Haec tantũ verba adducit Nonius, cùm interpretatur anſatas, iaculamenta cũ anſis. Nos in fine *haſtas*, ex coniectura addidimus. — LENI FLVIT AGMINE FLVMEN] Paronomaſia. Virgilius pleniori ſono, Li. 2. Aen.

— *leni fluit agmine Tibris.*

Macrobius obſeruat hic agmen pro, actu, & ductu quodam intelligi. Lib. 6. c. 4.
In qua ſignificatione eſt illud Lucretianum, Lib. 5.

— *inde ſuper terras fluit agmine dulci.*

Q. ENNII FRAGMENTA EX VI. ANNALI.

QVis potis ingenteis oras euoluere belli? Macr. lib. 6. c. 1.

*

Vertitur interea caelum cum ingentibu' ſigneis. Idem ibid.

*

Vt primum tenebreis abiecteis inalbabat
Verſus acephalus. † Dies —

*

* Conſidunt tecteis bipatentibus — Seru. lib. 10

*

Tum cũ corde ſuo diuũm pater, atq. hominũ Rex Macr. lib. 6. c. 1.
Effatur —

*

* Reſpondit Iuno Saturnia ſancta Dearum. Donat. de Soloeciſmo Ser. 4. Aen.

*

Donat. in Phor. Sed quid ego haec animo lamentor? —

*

Macr. lib. 6. c. 1. Balatum pequdes quatit, omneis arma requirunt.

*

Seruius. Effudit voces proprio cum pectore ſancto.

*

— † Dij hoc audite parumper † Diuei
Non. Prognaliter. Vt pro Romano popolo prognariter armeis
Certando, prudens animam de corpore mitto.

*

Macr. lib. 6. c. 1. Explorant Numidae, totam quatit vngula terram.

*

Idem lib. 2. cap. 2. Incedunt: arbuſta peralta ſecuribu' caedunt,
Percellunt magnas quercus: excinditur ilex,
Fraxinu' fragitur, atq. abies conſternitur alta:
Pinus proceras peruertunt; omne ſonabat
Arbuſtum fremitu ſyluaï frondoſaï.

*

Feſt. Nauus. Nauu' reptus homo, Graio patre, Graiᵘˢ homo Rex.

*

Priſc. lib. 6. † Sulphureas poſuit † ſpiramina Naris ad vndas. † Sulpureas. † Spiracula.

*

Feſt. Muſſare, & Summuſsi. Intus in occulto muſſabant —

*

Feſt. Scitum Lumen . . . ſcitus agaſo

EXPLICATIO.

QVIS POTIS] Hunc verſum in ſexto Annali principem locum obtinuiſſe, non temerè ſuſpicati ſumus. Nam cùm Ciceroni Accuſator inſtaret, num aliquid dicere poſſet, de teſte, qui Sextus Annalis vocabatur, is oratoriè iocis eludens, quaſi de Annali Ennij interrogatus eſſet, reſpondit,

Quis potis ingenteis oras euoluere belli?

Veri autem ſimile eſt, Ciceronem non è medio libro, ſed ex principio eum verſum excepiſſe, cuius facilè omnes meminiſſe poſſunt. Exaggerat hoc loco Poëta orationem à rei difficultate, quemadmodum etiam

etiam Lucretius in libri V. initio,

Quis potis eſt dignum pollenti pectore carmen
Condere pro rerum maieſtate, hisq. repertis?
Quiſue valet verbis tantum quis pingere laudes?

— INGENTEIS ORAS EVOLVERE BELLI] Metaphora à veſtium explicatione ſumpta, quarum extremae partes orae appellantur. Turnebus verò aſſerit, hac voce Ennium intellexiſſe to- Lib. 16. Ad-
tum campum, regionem, & ſpatium. Itemq. alibi eadem verba expli- uer. c. uit.
cans, ingentia belli ſpatia interpretatur. Quinctilianus legit, *Qui* Lib 18 Ad-
potis; pro, *Quis potis*, & pro, *Oras*, *cauſſas*. Ità quoque ſcripſit uer. c. 3.
Diomedes, apud quem pro *ingenteis*, *ingentis*, habetur. Virgilius Lib. 6. c. 4. Lib. 1.
hunc locum paenè retulit, Lib. 9.

Et mecum ingentes oras euoluite belli.

Vbi Seruius, oras, extrema bellorum interpretatur. VERTITVR INTEREA CAELVM] Virgilius Ennianum hoc hemiſtichiũ Lib. 2. Aen.
ità proprio acroteleutio expleuit,

Vertitur interea caelum, & ruit Oceano nox.

VT PRIMVM TENEBRIS ABIECTIS INALBABAT DIES] Achilles Statius in Catullianis cõmentarijs hũc verſum adducit ex Ennij VI. Annali; ſed ex quo auctore eum deprompſerit, ipſe non meminit, nec nobis hactenus ſuccurrit: tantùm eum offendimus in principio lib. VII. Appulei, absq. auctoris nomine, & ſolutae orationis modo. INALBABAT] Fortaſſe meliùs metri cauſ- Lib. 4. Aen.
ſa, *albeſcebat*, Virgilius,

Regina è ſpeculis vt primùm albeſcere lucem Vidit,

Albeſcit autem manè dies, quia Sol, vt alibi diximus, ſuapte natura albus, tenebras diſcutiens, albam lucem affert mortalibus, Sic vtique Matthius in Mimiambis,

Iam iam albeſcit Phebus, & recentatur,
Commune lumen omnibus, & voluptas.

Euripides in Iphig. — λευκαίνει τόδε φῶς ἤδη λάμπουσ' ἠώς.

Qua etiam ratione Aeſchylus in Perſis dixit, λευκόπωλον ἡμέραν, & λευκὸν Lib. 1. De
ἦμαρ. & Caeſar, *albente caelo*. CONSIDVNT TECTEIS BI- bel. ciuil.
PATENTIBVS] Totum hunc de Deorum concione locum ex Ennio Virgilium mutuatum, credimus: praeſertim cùm Seruius id ipſum innuat: qui haec eadem verba explicans in X. Aen. inquit; *Phyſicè dixit bipatentibus, nam caelum patet ab ortu, & occaſu. Eſt autem ſermo Ennianus tractus ab oſtijs, quae ab vtraq. parte aperiuntur. Vnde & modò bipatentibus, apertis, intelligimus*. Fingebant enim Poëtae Lib. 10.
caelum dicaperiri, vt eo carmine indicauit Maro,

Panditur intereà domus omnipotentis Olympi,

Lib. 1. Aen. noctu verò claudi, vt illo,

Ante diem clauſo componet Veſper Olympo.

Lib. 13. Etym. Facit etiam Iſidorus caeli portas Orientem, & Occaſum, quòd vna parte Sol procedat, altera ſe recipiat. Nos de caeli porta quadam in his noſtris cōmentationibus aliás explicauimus. DIVVM PA-

Lib. 10. TER ATQ. HOMINVM REX] Virgilius,

Conciliumq. vocat diuûm pater, atq. hominum Rex.

Vterq. ab Homero eandem ſumpſit Iouis periphraſim,

—— πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Lib. 10. EFFATVR] Virgilius, —— *incipit ipſe.*

Iliad. θ. Homerus, Αὐτὸς δὲ σφ' ἀγόρευε, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἄκουσαν.

IVNO SATVRNIA Saturni filia ἐπιθετικῶς, vt frequenter apud Virgil. SANCTA DEARVM] Pro ſanctiſsima, vt obſeruat Aelius. Eſt enim Enallage ſpeciei poſitiui gradus, pro ſuperlatiuo.

Lib 4. Aen. Hinc ſumptum videtur illud Virgilij,

—— *ſequimur te Sancte Deorum.*

SED QVID EGO HAEC ANIMO LAMENTOR?] Adducit hunc locum Donatus exponens illud Terentij,

In Phor. *Quàm ſcitum eſt, eiuſmodi parare animo cupiditates.*

Vbi obſeruat, venuſtè animo additum eſſe. Verba autem haec exiſtimo à Iunone in Deorum concilio prolata eſſe: quibus antiquum odium in Romanos, vt potè à Troianis oriundos excitare videtur.

Catullus quidpiam ſimile in Argonautica,

Sed quid ego haec vanis nequicquam conqueror auris?

Lib. 2. BALATVM PECVDES] Melius, *Balantum pecudes*, Lucretius,

—— *agniq. petulci*

Balantum pecudes ——

Li. 1. Geor. & lib. 7. Vnde Virgilius, *balantum greges*. Sunt qui exiſtiment legendum eſſe, *Balatus pecudum*: quibus verbis tale quid fortaſſe praeceſſerat,

Frondiferaeq. boant ſiluae fremitu, & nemus omne

Balatus pecudum quatit; omneis arma requirunt.

Li. 3. Geor. Quo ſenſu Maro,

Balatu pecudum, & crebris mugitibus amnes,

Horrenteſq. ſonant ripae, colleſq. ſupini.

OMNEIS ARMA REQVIRVNT] Purum putū hoc acro-

Lib. 7. teleution ſibi Maro vſurpauit,

Puluerulentus eques furit, omnes arma requirunt.

EFFVDIT VOCES PROPRIO CVM PECTORE SANCTO] Vel de Tito Caecilio Teucro eſt ſermo, cuius, ac fra-

Lib. 7. c. 28. tris fortitudinem praecipuè admirans Poëta, vt refert Plinius, propter eos ſextum adiecit Annalem, vel potius de Decio patre, vel

filio,

ſilio, qui vt Ariſtides Mileſius teſtatur, alijq́. quamplurimi ſe ſe pro Repub. deuouerunt. Eadem elocutione Pedo Albinouanus, in Nauigatione Germanici,

— obſtructo tales effudit pectore voces.

Virg. lib. V. *— tales effudit pectore queſtus.*

Catullus in Argonautica,

Clarificas imo fudiſſe è pectore voces.

— PECTORE SANTO] Sanctum pectus dixit, quòd ſcilicet ſe deuouiſſet. Virgilius de Turno, Lib. 12.

Sancta ad vos anima, atq́. iſtius inſcia culpae
Deſcendam, magnorum haud vnquam indignus auorum.

— DII HOC AVDITE] Cùm Deum rogamus, illud imprimis exoptamus, vt ſcilicet nos audiat. Horat. Carm. Saecul.

Supplices audi pueros Apollo,
Siderum regina bicornis audi
Luna puellas.

PARVMPER] Ex hac dictione conijcere licet, breuem hanc orationem fuiſſe, temporisq́. anguſtiae accomodatã. — PROGNARITER] Strenuè fortiter. — PRVDENS ANIMAM DE CORPORE MITTO] Terentius Eunucho,

— prudens, ſciens, viuus, vidensq́. pereo.

EXPLORANT NVMIDAE] Numidae non modò ij populi dicuntur, qui eam Africae partem, quae Numidia appellatur, incolunt; verum etiam alij rei pecuariae incumbentes ἀπὸ τῶν νομῶν, vt Scythae Nomades apud Herodotum libro I. & libro VII. Sagartij Nomades. Latini *o*, in *u*, vertentes, Numidas dicunt. Plinius de Afris Nomadibus, de quibus nunc Poëta loquitur, ait, *Numidae verò Nomades à permutandis pabulis: mapalia ſua, hoc eſt domus, plauſtris circumferentes.* Videtur autem ex his verbis bellum Punicum hoc libro Poëta ſcripſiſſe, & hic verſus referendus ad illud, quod de Hannone Carthaginienſe memorat Polybius, qui cũ videret in Romanorum copijs vehementer mortiferum morbum ingraueſcere, eosq́. ſumma rerum neceſſariarum inopia laborare; contrà verò ſuos ad conſerendas manus promptos, paratosq́. cognoſceret, coactis vltrà quinquaginta elephantis, exercitum omnem ex Heraclea eduxit: iubetq́. Numidis equitibus, vt praecedant, & cum hoſtibus congredientes, quò ad fieri poſſet, eorũ equites ad pugnam laceſſant: deinde ſimulata fuga, terga vertant, nec priùs fugam reprimant, quàm ſeſe ad ipſum recipiant. Meminit etiam Pindarus Ode IX. Pyth. νομάδων ἱππάδ τῶν. — TOTAM QVATIT VNGVLA TERRAM] Elocutio Ennio familiaris. Idem, Lib. 5. c. 3. Lib. 1. Annal 8.

Conſe-

Conſequitur, ſummo ſonitu quatit vngula terram.

Ann. 17. Et, *It equus, & plauſu caua concutit vngula terram.*

Lib. 8. Virgilius paucis immutatis,

Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum.

Lib. 10. Et alibi, *Quadrupedumq. putrem curſu quatit vngula campum.*

Li. 6. Theb. Statius, —— *ferit grauis vngula campum.*

INCEDVNT: ARBVSTA PERALTA] Romani poſtquàm Numidas equites temerè inſequuti, eò peruenerunt, vbi Hanno cum copijs latebat, cognitis inſidijs, magna accepta clade, ſe in fugam cõuerterunt. Carthaginienſes autem Torum montem occuparunt, qui decem ferè ſtadijs ab hoſtium caſtris aberat, ibiq. cùm duobus menſibus commorati eſſent, memoria nihil dignum geſtum eſt. Tandem collatis ſignis, Hanno, & Coſſ. in planitiem educunt copias, & cùm acriter diu vtrinq. pugnatum eſſet, victoria Romani potiti ſunt; qui poſtridiè Agrigentum, vrbem locupletiſſimam ab Annibale, deſperatis iam rebus, relictam, in populi Romani ditionem redegerunt. His rebus ſecundis, proſperiſq. elati Romanorum animi, omnino è Sicilia Carthaginienſes expellere decreuerunt: creatiſq. Romae nouis Conſulibus L. Valerio Flacco, & T. Octacilio Craſſo, cum magno militum delectu, in Siciliam proficiſcuntur. Cumque cognouiſſent Poenis multas maritimas ciuitates claſſe perterritas, adhaeſiſſe; ſtatuerunt, ad Italiae oram tuendam, & Africam vexandam, claſſem conſtruere; quod Romanis hactenus inuſitatum fuerat: ac eo primum tempore triremes, & quinqueremes exaedificare coeperunt.

Lib. 1. Qua de re plura Polybius. Vnde non temerè conijcimus, hic lignorum apparatum ad conſtruendam claſſem fuiſſe deſcriptum. Ennij autem verba, videntur ex Homero ſumpta, qui de arborum inciſione loquens, ad faciendum rogum in funere Patrocli, ait,

Iliad. ψ. *Ἀλλ' ὅτε δὴ κνημοὺς προσέβαν πολυπίδακος Ἴδης,*
Αὐτίκ' ἄρα δρῦς ὑψικόμους ταναηκέϊ χαλκῷ
Τάμνον ἐπειγόμενοι, ταί δὲ μεγάλα κτυπέουσαι,
Πῖπτον ——

Lib. 6. Sed illa Maronis de funere Miſeni lõgè politiora, auguſtioraq. ſunt,

Itur in antiquam ſiluam, ſtabula alta ferarum.
Procumbunt piceae: ſonat icta ſecuribus ilex,
Fraxineaeq. trabes: cuneis & fiſſile robur
Scinditur: aduoluunt ingentes montibus ornos.

Lib. 11. Et de pyra Pallantis,

Per ſiluas Teucri miſtiq. impunè Latini
Errauêre iugis: ferro ſonat icta bipenni
Fraxinus: euertunt actas ad ſydera pinus,

Robora

Robora nec cuneis, & olentem ſcindere cedrum.
Nec plauſtris ceſſant vectare gementibuss ornos.

Diuerſa ſanè ingenij vbertate Silius idem complexus eſt libro X.

—— ſparſosq. propinquos
Agmine proſternunt lucos, ſonat acta bipenni
Frondoſis ſilua alta iugis. hinc ornus, & altae
Populus alba comae validis acciſa lacertis
Scinditur; hinc ilex proauorum condita ſaeclo.
Deuoluunt quercus, & amantem littora pinum.

Statius ad Archemori funus haec tranſtulit longè fuſiùs, Li. 6. Theb.

His labor abſciſſam Nemeen, vmbroſaq. Tempe
Precipitare ſolo, lucosq. oſtendere Phoebo.
Sternitur extemplò veteres incaedua ferro
Silua comas, largae qua non opulentior vmbrae
Argolicos inter, ſaltusq. educta Lycaeos
Extulerat ſuper aſtra caput ——

Et deinde, —— *cadit ardua fagus,*

Chaoniumq. nemus brumaq. illaeſa cupreſſus.
Procumbunt piceae, flammis alimenta ſupremis,
Orniq. iliceaeq. trabes, metuendaq. ſucco
Taxus, & infandos belli potura cruores
Fraxinus, atq. ſitu non expugnabile robur.
Hinc audax abies, & odoro vulnere pinus
Scinditur, acclinant intonſa cacumina terrae
Alnus amica fretis, nec inhoſpita vitibus vlmus.
Dat gemitus tellus ——

Tribus his vltimis verbis efficaciùs perſtrinxit, quod Ennius pluribus, dum inquit, —— *omne ſonabat*

Arbuſtum fremitu ſyluaï frondoſaï.

Homerus verò ieiuniùs,

Ταὶ δὲ μεγάλα κτυπέουσαι Πίπτον ——

Sed in adiunctis nimius quidem, & ambitioſus fuit Statius; qui ſe ipſum ſuperans, mirificè poëtico ſpiritu materies apparatum, quo naues fabricarentur, animauit.

Nuſquàm vmbrae veteres: minor Othrys, & ardua findunt Li. 1. Achil.
Taygeta: exuti viderunt aëra montes.
Iam natat omne nemus ——

Porrò Enniani verſus aſpero conſonantium concurſu, horridum cadentium arborum fragorem ſummo artificio imitantur, ijs praeſertim verbis,

Fraxinu' frangitur ——

quibus

quibus fragor ipſe auditur. Ac in eo etiam accurata quadam copia Poëtam luſiſſe apparet, quòd mira orationis varietate vnicuique arbori ſuum verbum in eadem ſignificatione tribuit.

Li. 5. Geor. — SECVRIBV' CAEDVNT] Virgilius,

— *caeduntq. ſecuribus humida vina.*

PERCELLVNT MAGNAS QVERCVS] Pindarus in Pyth. idem epitheton quercubus tribuit,

Ε'ι γάρ τις ὄζους ὀξυτόμῳ πελέκει
Ε'ξερείψαι κεν μεγάλας δρυός.

— ABIES ALTA] Rectè altam dixit, cum haec arbos in caelum maximè ſe extollat. Claudianus. De Raptu Proſerpinae,

Altior & cunctis abies —

Li. 16. c. 10. Quam Idem fretis aptam dixit. Plinius, Expetitam, inquit, nauigijs abietem eſſe, & in excelſo montium, ceu maria fugerit, ſitam. D. Ambroſius in Hexamero, *Abies quoq. non contenta terrenis radicibus, atq. vero vertice, etiam caſus marinos tuto ſubitura remigio, nec ſolùm ventis, ſed etiam fluctibus certatura proceſſit*. PINVS PROCERAS]

Eclo. 4. Huius quoque materies ad nauigia aedificanda aptiſſima eſt. Hinc

Li. 2. Geor. Virgilius in Bucolicis *nautica pinus*, & alibi,

— *dat vtile lignum*
Nauigijs pinus —

Lib. 1. Argon. Valerius Flaccus,

— *volat immiſſis caua pinus habenis.*

Extat per lepidum Graecum epigramma, quo pinus queritur, terra, mariq. ventis exagitari,

Τίπτε μὲ τὴν ἀνέμοισιν ἁλώσιμον ἠλεὲ τέκτον
Τήνδε πίτυν τεύχεις νῆα θαλασσοπόρον;
Οὐδ' οἰωνὸν ἔδεισας, ὅτι βορέης μ' ἐδίωξεν
Ε'ν χθονὶ, πῶς δ' ἀνέμους φεύξομαι ἐν πελάγει.

Haec Latinis verbis Thomas Morus explicauit,

Pinus ego ventis facilè ſuperabilis arbor;
Stulte quid vndiuagam me facis ergo ratem?
An non augurium metuis? cùm perſequitur me
In terra, boream quî fugiam in pelago?

Eandem ſententiam paucioribus perſtrinxit Zelota,

Ε'κλάσθην ἐπὶ γῆς ἀνέμῳ πίτυς: ἐς τί με πόντῳ
Στέλλετε, ναυηγὸν κλῶνα πρὸ ναυτιλίης;

Theophraſtus autem ex arboribus nauibus congruentibus in V. περὶ φυτῶν ἱστορίας, abietem, pinum, & cedrum memorat; ſed vt plurimùm leuitatis cauſſa, triremes, & longa nauigia, ex abiete confici conſueuiſſe: rotunda verò ex pino, quòd non putreſcant; triremibus verò

carinam

carinam quernam ſubijci, vt, cùm in terram attrahitur, reſiſtere poſſit. Et paullò infra de roboris, & fraxini in nauibus vſu mentionem facit. Item alibi ilicis materiam tradit ad eũdem vſum eſſe idoneam, cùm ſpiſſa ſit, atque robuſta. Cùm igitur arbores, quarum Poëta meminit, ſint nauigijs conſtruendis aptiſſimae, noſtram coniecturam haud quaquam futilem eſſe arbitror. OMNE SONABAT ARBVSTVM] Virgil. Eclo. 2.

—— reſonant arbuſta cicadis.

Videtur autem id ex Orphei quodam hymno Ennius expreſsiſſe,

Δένδρη δ' ὑψικάρηνʼ ἐκ ῥιζῶν ἐς χθόνα πίπτει.

Ἠχῶδ' οὐρανία κελαδεῖ ῥοιζήμασι γύλλων.

FREMITV] Cadentium arborum ſonitum, propriè fremitum appellauit. Fremo autem à βρέμω, β, in f, mutato originem ducere, non dubium eſt. — SYLVAI FRVNDVSAI] Lucretius, *frundiferas ſyluas*, & *frundiferas domos auium*, dixit. Veteres enim fruns, & frundes dixiſſe, Auſonij in Monoſyllab. teſtimonio comprobatur: qui de Ennio ait, Lib. 1.

Aut de fronde loquens, cur dicat populea fruns?

Itâ corrigendus eſt eius Poëtae locus. Nam in impreſsis *frons* legitur: quod ineptè dictum eſſet ab Auſonio, qui cùm in ijſdem Monoſyllabis quaedam notet ab Ennio dicta praeter communem loquendi rationem, vt *gau, cael, do*, pro, *gaudio*, *caelo*, *domò*, addit, *curdicat populea fruns*. Si enim *frons* legeretur, nõ eſſet quid carperet. Ex Chariſio quoq. itâ Ennium loquutum cognouimus, qui in VII. Annali dixit. Lib. 1.

Rureſcant frundes ——

Priſcianus ait, Vetuſtiſsimos multa in principalibus ſyllabis mutaſſe, *huminem*, pro, *hominem* proferentes, *funtes*, pro, *fontes*, *frundes*, pro, *frondes*: quod etiam in libello de Orthographia confirmat Velius. Ex ijs locis corrigenda ſunt Nonij exemplaria, in quibus perperam bis *frons*, pro, *fruns*, legitur. Nam ſi *frons*, vt extat, legendum eſſet, non egeremus ipſius interpretatione, vt diceret, *frons*, pro, *fronde* Veteres dixiſſe. Affert ille vtrobiq. Virgilij verſum ex II. Georgicorum, Lib. 1.

Praeterea cum frons tenera imprudensq. laborum.

Vbi Virgilium *fruns* ſcripſiſſe, adnotauit Pierius. NAVV' REPERTVS HOMO] Nauus ab experientia. GRAIVS HOMO REX] A generis amplitudine. Scaliger cum hoc verſu coniungit illum, quem nos in V. Annali praepoſuimus: & quidem rectè inſimul cohaererent, niſi hunc apertè Feſtus ex ſexto Annali retuliſſet, illum Nonius ex quincto. Arbitramur autem, hic Poëtam aliquem induxiſſe commemorantem ea, quae geſta fuerant, cùm Pyrrhus in Italiam duxit exercitum. — SVLPHVREAS POSVIT SPI-

RAMINA NARIS AD VNDAS] Boccacius in libello de Fluminibus ait, Nar flumen ità appellatum, quòd ex naribus cuiuſ-
Lib 7. dam Tauri aenei fluere creditur. De hoc Virgilius,

Sulphurea Nar albus aqua ——

Cuius imitatione Silius libro VIII.

—— *Narq. albeſcentibus vndis.*

Li.3.c.12. Plinius, *Nar exhaurit illos ſulphureis aquis*. Poteſt tamen ambigua eſ-
Lib.2. ſe vox, vt & fluuium denotet, & nares, vt apud Lucanum,

Hic aures, alius ſpiramina naris aduncae
Amputat ——

Lib.6. de lin. Lat. INTVS IN OCCVLTO MVSSABANT] Varro, *Muſſare*, inquit, *dictum eſt, quòd muti non amplius, quàm μῦ dicunt*. Sed hic, vt ait Pompeius, pro, murmurare poſuit Ennius. In Feſto qui paucis ab hinc diebus in lucem prodijt, habetur,

Quinctus in occulto muſſabat.

AGASO] Ab ἄγω, ἀγάζω, vnde Agaſo. Vetus Gloſſarium interpretatur, δοῦλος ἐπὶ κτήνεσιν.

Q. ENNII FRAGMENTA EX VII. ANNALI.

*

Var. libr 6. de lin. Lat. VT conferre queant ratem aeratam, atq. periti
Per liquidũ mare eãt, ſudanteis, atq. ſedẽteis.

*

Feſt. Tõſam. Poſte recumbite, voſtraq. pectora pellite tonſeis.

*

Idem Ibid. Ponè petunt, exin referunt ad pectora tonſas.

*

Priſc. lib.6. Dux ipſe viâs ——

*

Feſt. Nare. †Alter nare cupit, alter pugnare paratuſt.

*

Priſc. lib.9. Mulſerat hũc nauem compulſam fluctibu' pontus.

*

Macr.lib.6. c.9. Agell.li.18 cap.5. Deniq. vei magna quadrupes eques, atq. elephãtei
Proijciunt ſeſe ——

*

Non. Equitem. At non quadrupedes equites ——

Dedu-

*

Deducunt habileis gladios filo gracilento. Idem Gracilitudo.

*

Non ſemper voſtra euortit, nunc Iuppiter hâc ſtat. Macr. lib. 6. c. 1.

*

Fortibus eſt fortuna vireis data — Idem Ibid.

*

Quà Galli furtim noctu ſumma arcis adortei
Moenia, concubia, vigileiſq. repentè cruentant. Idem lib. 1. cap. 4.

*

† reditus — legio † reditu rumore ruinas
Mox auferre domos popoli rumore ſecundo. Non. Rumor.

*

† Hoc locutus. Hocce loquutu' vocat, qui cum benè ſaepè libēter Agell. li. 12 cap. 4.
Menſam, ſermoneſq. ſuos, rerumq. ſuarum
Comiter impertit: magna quòm lapſa diei
† de ſummis paruiſq. Parte fuiſſe † de parueis ſummeiſq. gerendeis
Conſilio,† endo foro lato, ſanctoq. ſenatu.
† Indu foro. Quoi res audacter magnas, paruaſq. iocumq.
Eloqueret, quae tincta maleis, & quae bona dictu
Euomeret, ſi quid vellet, tutoq. locaret.
Qui cum multa volup, ac gaudia clamq. palamq.
Ingenium quoi nulla malum ſententia ſuadet,
Vt faceret facinus: leuis tamen, haud malus; idem
Doctu', fidelis, ſuauis homo, facundu', ſuoq.
Contentus, ſcitu', atq. beatu', ſecunda loquens in
Tempore, commodus, & verborum vir paucorum.
Multa tenens antiqua ſepulta, & ſaepè vetuſtas
Quae facit, & mores vetereſq. nouoſq. tenentem
Multorum veterum leges, diuûmq. hominumq.
Prudentem, qui multa loquiue, tacereue poſſet.
Hunc inter pugnas compellat Seruilius ſic;

*

Nec quiſquam ſophiam, ſapiētia quae perhibetur, Feſt. Saſ.
In ſomneis vidit priu' quàm ſam diſcere coepit.

*

Rureſcant frundes — Char. lib. 1.

*

Feſt. Quianam — quia nam dicteis noſtreis ſententia flexa eſt?

*

Idem Sos. Dum cenſent terrere mineis, hortaturue † ſos. † hortanturq.

*

— longiqúe cupreſſei

Ser. manu ſcript. in 2. Geor. Stant recteis folijs, & amaro † corpore buxum. † cortice.

EXPLICATIO.

Lib. 6. de Lin. Lat. VT CONFERRE QVEANT] Varronis codex, vbi duo hi verſus leguntur, adeò mendis ſcatet, vt nullus inde rectus, ac certus ſenſus erui poſsit. Sed cùm ex confuſis illis verbis, ac deprauatis colligerem, Poëtam de claſſe loqui, de qua nulla anteà facta erat mentio, praeterquàm de caedenda materia ad naues conficiendas, multùm quidem laboris exhauſi, vt Poëtae mentem conſequerer, & ex ijſdem Varronis veſtigijs verſus reſtituerem. Confuſa igitur Ennij verba hoc modo apud Varronē in excuſis ab Aldo primùm, tum a Valdero, & poſtremò ab Antonio Auguſtino in Romana editione, ſe habent. *Conferre aut ratem aeratam qui perit, & qui dum mare ſudantes eunt, atq. ſedentes*. In quo loco videtur Ennius, vt potè de re noua apud Romanos, quaſi mirabundus per iocum dixiſſe, vt vecti rate, ipſam ratem ſimul ferant; & ſedentes eant, & euntes ſedendo ſudent. Pro verbis illis, *conferre aut* legimus, *conferre queant*, In Varr. lib. de lin. Lat. Turnebum ſequuti, qui aſſerit, in veteri quodam libro ità ſcriptum reperiſſe. Conferre autem hic eſt, ſimul pari remorum niſu, ac impulſione ferre. Atque his verbis non parùm luminis affert ille Poly- Lib. 1. bij locus, vbi ea perſequitur, quae ſuperiori libro de claſsis aedificatione diximus. Ait enim quòd dū Coſſ. in nauium cōſtructione occuparentur, alij, claſsicos milites colligentes, ad hunc modum eos in terra remos impellere docebant. Diſpoſita in arena erant ſubſellia, ſuper quibus inſidentes remiges, ad hortatoris vocem, qui in medio conſtiterat, omnes ſimul manus protendere, ac reducere, remosq́. expellere aſſueſcebant: ad cuius quidem hortamentū omnes ſimul incipiebant, ac deſinebant. Qua ratione artem nauigandi edocti, abſoluta iam nauium conſtructione, mare ingreſsi ſunt. Graeca verba ſic ſe habent, οὐ μὴν ἀλλ' οἷς μὲν ἐπιμελὲς ἦν τῆς ναυπηγίας ἐγίγνοντο περὶ τὴν τῶν πλοίων κατασκευὴν. οἱ δὲ τὰ πληρώματα συναθροίσαντες ἐδίδασκον ἐν τῇ γῇ κωπηλατεῖν τὸν τρόπον τοῦτον. καθίσαντες ἐπὶ τῶν εἰρεσιῶν ἐν τῇ χέρσῳ τοὺς ἄνδρας τὴν αὐτὴν ἔχοντας τάξιν ταῖς ἐπ' αὐτῶν τῶν πλοίων καθέδραις,

μέσον

μέσον ἐν αὐτοῖς στήσαντες τὸν κελευστὴν, ἅμα πάντας ἀναπίπτειν ἐφ' αὐτοὺς ἄγοντας τὰς χεῖρας, καὶ πάλιν προνομεύειν ἐξωθοῦντας ταύτας συνείθιζον, ἄρχεσθαί τε καὶ λήγειν τῶν κινήσεων πρὸς τὰ τοῦ κελευστοῦ παραγγέλματα. RATEM] Rates per catachreſin Poëtae pro nauibus vſurpant: cùm propriè compactae trabes ſint, quae per aquá trahútur: — AERATAM] Aeratae naues ab aereis roſtris dictae ſunt, quae & roſtratae, vt ait Iſidorus, appellátur: à Graecis verò, χαλκέμβολοι, & χαλκεμβολάδες dicútur. Vnde Graecus quidam Poëta τείχεα νεῶν, roſtra aenea eſſe dixit. Primá verò hanc Romanor. claſſem, qua Duelius Imperator primo bello Punico primus naualem victoriam eſt conſequutus, LX. die ab arbore exciſam nauigaſſe, ex Plinio, & Floro conſtat. PERITI] Malui pro, *perit*, vt in Varrone habetur, & pro *peritet*, vt in eius margine notatum eſt, reponere, *periti*; quae vox ſententiam conficit: cùm idcirco remiges edocerentur, vt periti, & inſtructi ſeſe nauigationi tutò deinceps cómittere poſſent. — LIQVIDVM] Ex duabus dictionibus, quae perperam in Varrone leguntur, *qui dum, liquidum*, ab Ennio ſcriptũ fuiſſe, facilè ſuſpicari poſſumus. Hoc enim epitheton mari valde accõmodatũ eſt. Vnde venuſtiſsimè Poëta ille, liquidum Oceani cubile, mare appellauit. — SVDANTEIS, ATQ. SEDENTEIS] Magnum, atq. operoſum remigum laborẽ exprimit, qui in tranſtris remos impellendi difficultate vndiq. ſudore madent. POSTE RECVMBITE] Remigum geſtum καθ' ὑποτύπωσιν delineat. Sunt autem verba τοῦ κελευστοῦ, vt Polybius vocat, quem Ennius infra portiſculum appellat, & hortatorem Plautus. — PELLITE TONSEIS] Vt doceret hortator quî celerrimo curſu naues agerentur, monebat remiges, vt quàm maximo poſſent conatu, ad pectora vſq. remos traherent; atq. adeò pectora ipſa retrorſum remis propellerẽt, Quod ità expreſsit Silius Ital. Lib. 11.

Et ſimul aductis percuſſa ad pectora tonſis.

Lucanus, *Atque in tranſtra cadunt, & remis pectora pulſant.* Lib. 3.

Dactylorum verò frequentia Poëta noſter celeritatem commotionemq. ipſam propemodum oculis objicit. PONE PETVNT] Τοῦ κελευστοῦ dicto parentes, inclinabant ſeſe, remosq. ad pectora referebant. Eodem modo terram petere, pro in terram inclinari dixit Virgilius, *Summiſſi petimus terram* —— Lib. 3. Aen.

Et Lucretius de Iphigenia, Lib. 1.

—— *terram pedibus ſummiſſa petebat.*

DVX IPSE VIAS] Pro, viae. Veteres enim genitiuũ primae declinationis in ás, proferre aliquádo cóſueuiſſe, ex Chariſio, & Priſciano intelligitur. Sed fortaſſe ſcripſerat Ennius, *Dux erat ipſe viâs* ——

Vnde Statius, Lib. 4.

Dux

Dux erat ille ratis ——

ALTER NARE CVPIT] Diſtributio. Alter cupit in mare ſeſe proijcere, vt nando ſalutem quaereret; alter dimicando gloriam comparare. Naualem profectò deſcribit pugnam. MVLSERAT HVC NAVEM] Impulerat, agitauerat. Cicero Arato,

Igniferum mulgens tremebundis aethera pennis,

Sed Achilles Statius in illud Catulli ad Mallium,

Siccari emulſa pingue palude ſolum,

Emulſa, interpretatur abſorpta, attracta, hauſta, hoc eodem Ennij verſu ſuam opinionẽ confirmans. DENIQVE VEI MAGNA]

Lib. 1. Adeò verba Polybij cum Ennianis conueniunt, vt mihi perſuadeam, hoc loco agi de acerba illa Romanorũ clade, quam à Xantippo Carthaginienſium duce acceperunt; ſic enim ille, *τότε δὴ πανταχόθεν πονοῦντες, οἱ μὲν πλεῖστοι τῶν Ῥωμαίων συνεπατήθησαν ὑπὸ τῆς ὑπερφυοῦς βίας τῶν ζώων, οἱ δὲ λοιποὶ συνηκοντίσθησαν ὑπὸ τοῦ πλήθους τῶν ἱππέων ἐν αὐτῷ τῷ τῆς παρατάξεως τόπῳ. τελέως δέ τινες ὀλίγοι πρὸς φυγὴν ὥρμησαν.* — QVADRVPES EQVES] Saeculi illius auctores & equum, & equo inſidentem,

Lib. 3. Geor. equitem appellarunt. Maro,

—— *equitem docuere ſub armis*.

Quem locum explicans Seruius ille manuſcriptus, cuius aliâs meminimus, ait; *Hic equitem ſine dubio equum dicit, maximè cum inferat, Inſultare ſolo. Ennius Annali VII,*

Denique vei magna, &c.

DEDVCVNT HABILEIS GLADIOS FILO GRA-

Ant. Lect. lib. 5. c. 10. CILENTO] Iuſtus Lipſius exiſtimat, hîc Poëtam de Lucretia loqui, & proinde pro, *gladios*, legendum eſſe, *radios*, quoniam *filum*, & *deducere*, verba ſunt eius artis, quae Mineruae dicata eſt. Cuius opinioni libenter aſſentirer, niſi in hoc Annali res longè pòſt violatam

Lib. 8. cap. 1. Aduer. Lucretiae pudicitiam cõtinerentur. Turnebus autem ait, filum hoc loco Ennium pereleganter in gladio laminam, appellaſſe. — NVNC IVPPITER HAC STAT] Hoc eſt, noſtras ſequitur partes,

Lib. 5. vel, à nobis eſt, cui contrarium eſt, contra ſtat. Virgilius,

His magnum Alcidem contra ſtetit ——

Id verò de Euripidis Rheſo ſumptum videtur, vbi Hector multos ſe ait inuenire amicos, cùm feliciter res gerit, & Iuppiter à ſuis ſtat,

Πολλούς, ἐπειδὴ τοὐμὸν εὐτυχεῖ δόρυ,
Καὶ Ζεὺς πρὸς ἡμῶν ἐστιν, εὑρίσκω φίλους.

Lib. 1. Hinc obſeruat Macrobius, Virgilium illud excerpſiſſe,

Ne qua meis dictis eſto mora, Iuppiter hac ſtat.

Lib. 10. FORTIBVS EST FORTVNA VIREIS DATA] Virgilius, *Audentes fortuna iuuat* ——

Addam

Addam tamen velut acceſsionem quandam, & menſurae cumulum, nobiliſsimorum auctorum locos, à nobis in explicatione prouerbij, *Fortes Fortuna adiuuat*, relatos: qui oculatiſsimum illum Paroemiographum latuerunt. Claudianus,

Fors iuuat audentes, priſci ſententia vatis;

Ennium nimirum intelligens, quamuis in quibuſdam exemplaribus Coi, & Chij, pro, priſci legatur. Terentius Phorm.

Tanto magis te aduigilare aequum eſt: fortes Fortuna adiuuat.

Ouidius, *Audentes Deus ipſe iuuat* —— Lib. 10. Met.

Tibullus, *Audendum eſt, forteis adiuuat ipſa Venus.* Lib. 1.

Valerius Flaccus, Lib. 4. Arg.

Stetimus tamen, & Deus adfuit auſis.

Sophocles, Fortunam timidos minime iuuare, hoc ſenario dixit,

Οὐ τοῖς ἀθύμοις ἡ τύχη ξυλλαμβάνει.

Cui ſimile illud Senecae in Medea,

Fortuna forteis metuit, ignauos premit.

Heſiodus, pudorem infortunatos efficere, contrà verò fortunatos audaciam, Αἰδώς τοι πρὸς ἀνολβίῃ, θάρσος δὲ πρὸς ὄλβον.

Homerus, fortem virum in rebus omnibus potiorem exiſtere.

—— θαρσαλέος γὰρ ἀνὴρ ἐν πᾶσιν ἀμείνων

Ἔργοισι τελέθει ——

Lesbonax in Protreptico, παραςάτω δὴ ὑμῶν ἑκάςῳ τούτων, ὡς τὸ θαρρεῖν πλεῖςον φέρεται εἰς τὸ νικᾶν. Cornificius, ſiue quiſquis auctor fuerit librorum ad Herennium, *Fortitudini*, inquit, *Fortuna quoq. adiumento eſſe ſolet*. Huc etiam videtur pertinere illud Franciſci Petrarcae, *Magna fiducia magnis periculis viam facit.* QVA GALLI FVRTIM] Galli poſt Romam captam, Brenno duce, Capitolij arcem aggreſsi ſunt, vt refert Liuius, cuius verba haec ſunt; *Galli nocte ſubluſtri tanto ſilentio in ſummum euasêre, vt non cuſtodes ſolùm fallerent, ſed ne canes quidem, ſolicitum animal ad nocturnos ſtrepitus, excitarent*. Quae verba cùm nihil, aut parùm ab Ennianis diſtent, cenſerem, ſi tempora conſtarent, vtrumque eadem de re verba facere. Veteres pro, nocte concubia, noctu concubia dixêre. — VIGILEISQ. REPENTE CRVENTANT] Tapinoſis. Virgilius,

Lib. 3. — De remed. utriuſque Fort. — Lib. 5.

Caeduntur vigiles —— Lib. 2. Aen.

— POPOLI RVMORE SECVNDO] Populari plauſu, vel, vt ait Maro, *clamore ſecundo*. Idem, Lib. 5. Lib. 8.

Ergo iter inceptum peragunt rumore ſecundo

Sueuius, *Redeunt, referuntq. petita rumore ſecundo.* Lib. 5.

Apud Ciceronem Poëta quidam, Lib. 1. de Diui.

Soluere imperat, ſecundo rumore, aduerſaq. aui.

Aſper explicans in quodam Salluſtij hiſtoriarum libro, haec verba, *Rumore primo*, ait, primò, non eſſe nomen, ſed aduerbium: vt illud

Lib. 1. Aen. apud Virgilium,

Obſtupuit primò aſpectu Sidonia Dido.

HOCCE LOQVVTV'] Niſi ſententiarum pōdere, & antiquitatis reuerentia hos verſus tantùm Agellius admiraretur, pulcherrima haec tabella ex tanto naufragio minimè ſupereſſet. Cuius autem virtutem, mores, ſtudia, actiones, ingenium, fidem, taciturnitatem, ceu penicillo, his lectiſsimis carminibus Poëta delineet, incertum eſt. Conſtat tamen, quendam fuiſſe Seruilij amicum, genere, & fortuna minorem, virtutibus autem eximium. Quare miror, Caelium Calcagninum in VI. libro Epiſtolarum, & in libro de Vita Aulica, & Crinitum in Ennij vita cenſere, haec ab Ennio ſub Gemini Seruilij perſona dicta fuiſſe, quo nihil abſurdius: cùm Seruilium ipſum cum amico huiuſmodi praeditum conditionibus loquentem, Poëtam induxiſſe, ex horum extremo verſu clariſſimè appareat: & apertè Agellius non ſub perſona, ſed ſub hiſtoria Seruilij haec deſcripta fuiſſe, indicet. Quāuis T. Aelius Scillo, Enniū haec de ſe ipſo ſcripſiſſe, teſtetur. — QVI ÇVM] Veteres, vt Rhaemnius Palaemon tradit, communi genere inflexerunt, hic, & haec quis: indeq. in ſexto caſu ab hoc, & hac, qui. Virgilius de Acca loquens,

Qui cum partiri curas ——

Fuit huiuſmodi praepoſitionum anaſtrophe Graecis frequēti in vſu, vt χαρᾶς ὕπο apud Aeſchylum in Agamemnone, & ἐμοῦ μέτα apud Euripidem in Oreſte, & φίλων ἄπο, apud Homerum: quod Ariphrades (vt in poëtica refert Ariſtoteles) improbauit: nolebat enim illos à cōmuni vſu recedere. Nec is quidē vſus Latinis infrequens fuit. Plautus Aſinaria, *Nec magis verſutus, nec quo ab caueas aegrius.*

— MAGNA CVM LAPSA DIEI] Vulgati codices ità habent, quae dictio conſtructionem peruertit. Aliqui volunt legendū eſſe, verſu diphilo, aut choerilo, *lapſa dies*. Turnebus legit,

—— *magna cum lapſa dies iam*
Parte fuiſſet de ſummis rebus fecundis.

In codice peruetuſto Fuluij Vrſini habetur,

—— *magnam cum laſſu' diei*
Partem fuiſſet ——

Lib. 9. Virgilius, *Nunc adeò melior quoniam pars acta diei eſt.*

Lib. 1. Saty. Horatius, —— *quarta iam parte diei*
Praeterita ——

Lib. de Iuſtit. — ENDO FORO] Endo, pro, in, vt alibi diximus, antiquo more: itaq. Lucilij verſus apud Lactantium eſt corrigendus,

Iactari

Inſtari endo foro omneis, & deducere nuſquam,

— SANCTOQ. SENATV] Virgilius, Lib. 1. Aen.

Iura magiſtratusq. legunt, ſanctumq. ſenatum.

QVOI RES AVDACTER] Salluſtius in I. & II. hiſtoriar. *audaciter*, ſecundum analogiam protulit. QVAE TINCTA MALEIS] Fortaſſe. *Quoi tincta maleis, & quoi bona dictu Euomerer.* — BONA DICTV] Eodem numero Lucretius, Lib. 2.

Omnia poſtremo bona ſenſibus & mala tactu.

Vnde Virgilius, — *& mala tactu* Ecl. 3. Geor.

Vipera —

— TVTOQVE LOCARET] Horatius, Lib. 1. Car. Od. 27.

Depone tutis auribus —

QVI CVM MVLTA VOLVP] Ex Oſcorum lingua Poëtam hãc dictionẽ petijſſe, aliquando ſuſpicatus ſum, quandoquidem Oſci dictionum breuitate gaudebant: vt famul, capital, difficul, facul, pro famulo capitali, difficultate, facultate. Sed quoniã volup, non modò Plautus Aſin. Caſina, & Moſtellaria vſus eſt; ſed etiã Terentius, puriſſimus Latinitatis auctor in Phormione, affirmabo cum Donato id antiquo more per apocopen dictum, qua figura *guberna*, pro, *gubernacula*, Lucilius, & Lucretius dixerunt, Arati fortaſſe imitatione; qui πηδά, pro, πηδάλια dixit. Ennius igitur ſiue Oſcis vocibus delectatus, ſiue ad Graecorum poëtarum imitationem, plura nomina decurtauit. Nam Auſonij, vt diximus, indicio habemus, Act. 4. Sce. 3. In Monoſyllab.

— *replet te laetificum gau,*

pro; *gaudium*, & — *diuûm domus altiſonum cael,*

pro; *caelum*, & — *endo ſuam do.*

pro, *domum*. Quod ex Homero proculdubio ſumpſit, qui δῶ, pro, δῶμα κατ' ἀποκοπὴν dixerat; κρῖ, pro, κριθή. Heſiodus pro, βριθὺ, & βριαρὸν, βρῖ. Sophocles, pro, ῥάδιον, ῥᾶ; Epicharmus λῖ, pro, λίαν, & συρακῶ, pro, συρακούσας, Simias, pro, δωδῶμα, δωδῶ; Empedocles, ὄψ, pro, ὄψις: qua dictione Antimachus Cereris Eleuſinae ſacra ſignificauit. Idem ἄλφι, pro, ἄλφιον; Euphorius ὕλ, pro, ὕλον Philetas verò vbi inducit ancillas in calathis albam lanam ferentes, pro, ἔριον, ἔρι poſuit. Nihil igitur eſt, quòd venerandam Ennij vetuſtatem moroſi quidam carpant, cùm tantorum virorum exemplo ipſe quoq. dictiones mutilauerit. — CLAMQ. PALAMQ.] Tibullus, Li. 4. Eleg. 5.

— *quid refert clamue, palamue roget?*

INGENIVM] In omnibus paſſim legitur,

Ingenium cui nulla malum ſententia ſuadet.

Quod, mea quidem ſententia, oſcitanter ſcriptum videtur. Quo enim caſu legatur ingenium? recto ne? at verbum non habet: accuſandi?

at ſententiam ingenium non ſuadet. Quare cùm adhuc ambitus orationis pendeat, verbum aliquod expoſcere videtur. Lipſius, *Ingenuo*, legit, & quia verbum deeſſe, cognouerat, dictionem *volup*, in verbũ *volutat*, conuertit hoc modo,

Qui cum multa volutat gaudia clamq. palamq.
Ingenuo cui nulla malum ſententia ſuadet.

QVOI NVLLA MALVM] Malum ad facinus eſt referendũ. VT FACERET FACINVS] Plautus Aulul.

Hei Megadore, haud decorum facinus tuis factis facis.

& in Bacchid.

Nam duplex hodie facinus feci: duplicibus ſpolijs ſum affectus.

Ibidem, *Atridae duo fratres feciſſe dicuntur facinus maximum.*

Vetus Poëta,

Semper Aiax fortis, fortiſſimus tamen in furore:
Nam facinus fecit maximum, quòm Danais inclinantibus
Summam rem perficit manu, prælium quòm reſtituit inſaniens.

LEVIS TAMEN] Metri ac ſenſus ratio admonet, vt pro, *leuis*, *lenis* reponatur. — SVOQ. CONTENTVS] Maxima exiſtimatur felicitatis pars, immodicam coërcere cupiditatem, & ſuo, paruoq. contentum eſſe. His verbis videtur Poëta extollere antiquam illam Romanorum frugalitatem, quibus planè indignum videbatur, plus appetere, quàm ad victum ſatis eſſet. Vnde fertur illud M. Curtij, cui cùm deuictis Sabinis ex Senatuſconſulto ager ampliaretur, renuit accipere; ſed gregalium militum portione contentus, ait, Malum ciuem cenſendum eſſe, cui id non ſatis eſſet, quod caeteris eſſet ſatis. Idcirco Gargettium Epicureum dicere ſolitum, adnotat Aelianus, cui pauca non ſufficiunt, ei nihil ſatis eſſe. Graeca illius auctoris verba ſunt; ᾧ ὀλίγον οὐχ ἱκανὸν ἀλλὰ τούτῳ γε οὐδὲν ἱκανόν. Ad hoc reſpexit Flaccus,

In Var. hiſtor. lib. 4.

Lib. 3. Car. Od. 16.

— multa petentibus
Deſunt multa: benè eſt, cui deus obtulit
Parca, quod ſatis eſt, manu.

Lib. 2. Epiſto.

Et rurſus, *Agricolae priſci fortes, paruoq. beati.*

Porphyrius libro primo περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, ait, debere vnumquemq. philoſophum parſimoniam ad vitam ciuiliter traducendam idoneã eſſe, iudicare: magis eam vitam approbando, quae paucis eſſet contenta, quàm quae multis indigeret. Hinc Charon apud Lucianum ait, Maiorem rerum copiam non efficere diuitem, ſed minorem cupiditatem. Qui enim paruo contentus eſt, id tantum cupit, quod ſatis ſit, quam ſententiam his verbis Poëta quiſpiam explicauit,

Is minimo eget mortalis, qui minimum cupit.
Quod vult, habet, qui velle, quod ſatis eſt, poteſt.

Nec

Nec ab his diſsimilis eſt locus ille Manilij in IV. Aſtronomicōn,

Pauperiorque bonis quiſq. eſt, quo plura requirit:

Nec quod habet numerat: tantùm quod non habet, optat.

Valerius Maximus, *Omnia*, inquit, *nimirum habet, qui nihil concupiſcit*. – IN TEMPORE] Omne enim intempeſtiuum, vt ad Demonicum inquit Iſocrates, vbiq. moleſtum eſt. Quare etiam qui intempeſtiuè philoſophatur, nugas agere videtur, vt ait Aſtydamas, Lib.4.c.4.

Λῃρεῖς ἐν οὐ δέοντι καιρῷ φιλοσοφῶν.

TENENTEM] Fortaſſe, *tenens*, verſu diphilo, & *prudens*, ne accuſandi caſus, ſententiam deturbet. – QVI MVLTA LOQVIVE TACEREVE POSSIT] Perſius, Saty. 4.

— *dicenda, tacendaq. calles.*

Nec maior laus eſt, ea in tempore loqui, quae neceſſaria ſunt, quàm ſilere, cùm opus eſt ſilentio. Quare Pythagoricum illud celebratur, σφραγίζου τοὺς μὲν λόγους σιγῇ, τὴν δὲ σιγὴν καιρῷ. Vnde Plutarchus in libello περὶ φυγῆς refellens quendam Euripidis locum, in quo dicebat, Seruile prorſum eſſe, non loqui, quod ſentias; ait, id quidem minime ſeruile eſſe, ſed ingenui, prudentiſsimiq. viri, cùm tempus, & res taciturnitatē ſilentiumq. requirunt, Quod idem Poëta alibi rectiùs,

Σιγᾶν θ' ὅπου δεῖ καὶ λέγειν ἵν' ἀσφαλές.

– COMPELLAT] Alloquitur. SERVILIVS] Intelligit fortè Seruilium Geminum, qui bis Conſul cum L. Aurelio fuit, vt in Lucullo prodidit Cicero, & Capitolinae, Siculaeq. tabulae confirmant: qui ſecundo bello Punico, Lilybęum, & Drepanum oppugnarunt, Poenosq. à terra prohibuerunt, vrbesq. eorum ſocias diuerſis irruptionibus infeſtarunt. Alij praeterea multi fuerunt Seruilij: quādoquidē haec gens Romae maximè floruit, familiasq. habuit quatuor praecipuas, ſcilicet Priſcos Seruilios, qui Axillas, & Ahalas complectuntur: & Caepiones, & Vatias, & Geminos. Sed cum de Enniano Seruilio, nec tempus conſtet, nec dignitas, nec aliquod inſigne factum, de quo loquatur, certi aliquid affirmare nequimus. – NEC QVISQVAM SOPHIAM] Malè hactenus apud Feſtum, *philoſophiam*, pro, *ſophiam*, legitur. Afranius in togata, cui nomen Sella,

Vſus me genuit, mater peperit memoria,

Sophiam vocant me Graeci, vos ſapientiam.

Lucretius, *Qui princeps vitae rationem inuenit eam, quae* Lib. 5.

Nunc appellatur ſapientia —

Seneca, *Sapientia eſt, quam Graeci σοφίαν vocant*. Scaliger opinatur, Ennium hos verſus protuliſſe, cùm viſus eſt ei in ſomnis *Homerus adeſſe Poëta*. Cui minimè aſſentimur. Nam illud ſomnium ſtatim in primo Annali Ennius, vt iam probauimus, retulit: & hi verſus à Feſto Li. 14. Epiſto.

ex libró VII. adducuntur. — SAPIENTIA, QVAE
Lib. 3. c. 25. PERHIBETVR] Ἑρμηνεία. INSOMNIS VIDIT] Apparet ex hoc loco Lactantium ea verba adumbraſſe, *Ex Barbaris verò, nullum praeter Anacharſim Scytham, qui philoſophiam non ſomniaſſet quidem, niſi & linguā, & Graecas litteras antè didiciſſet*. RVRESCANT] Verbum penitus obſoletū. — QVIANAM DICTEIS] Quianam tribracho conſtare aſſerit Valerius Probus. Sed ne verſus claudicet, aliqua monoſyllaba particula addenda eſt, O, ſcilicet, vel Heu,
Lib. 5. vt apud Virgilium,

Heu quianam tanti cinxerunt aethera nimbi.

Lib. 10. Seruius autem illud exponens,

Caelicolae magni quianam ſententia vobis
Verſa retro? —

Quianam, cur, interpretatur, & Ennianum ſermonem eſſe ait. Sed in hoc loco particula, *nam* παρέλκει, ſicut in, *Numnam* apud Terentium,
And. act. 3. Sce. 4. — LONGIQVE CVPRESSEI] Eſt & hic vnus ex locis, quos mihi Fuluius Vrſinus, vir humaniſsimus, atq. ſumma ſcientia praeditus ex ſuo Seruio deſumpſit: qui enarrás illud Maronis ex II. Georgicorum, — *aut torno raſile buxum*,
ait, *buxum lignum, non arborem dixit, quamuis Ennij exemplo & arborem potuerit dicere neutro genere. Ille enim ſic in VII.*

— *longiq. cupreſſi*
Stant rectis folijs, & amaro corpore buxum.

Caper autem diſtinguit, vt buxus, arbor intelligatur, buxum verò materies. Idem Poëta alibi cupreſſos ſimiliter maſculinè protulit,

Capitibu' nutanteis pinos rectosq. cupreſſos.

Lib. 2. Aen. Virgilius verò in genere feminino,

— *iuxtaq. antiqua cupreſſus.*

Sed Ennius epitheto arboris figuram, quae procera admodum eſt, ob
Li. 2. Geor. longo, ac tereti ſtipite, expreſsit, Virgilius verò hypermetro,

Nauigijs pinos, domibus cedrosq. cupreſſosq.

Vnde Catullus aëriam dixit. Tradit Didymus, eas arbores Cypariſſos appellari, ἀπὸ τοῦ κυεῖν παρίσους τοὺς ἀκρέμονας, hoc eſt, a partu parilium ramorum. Idem refert, has quondam Eteoclis fuiſſe filias, quae cum tripudio ad Dearum aemulationem ſubſilirent, extra choream conuolutae, in profundum puteum conciderunt. Quarum caſum Tellus miſerata, inde arbores puellis ſimiles ad oblectamentum, & rei memoriā protulit. Vnde Cypariſsi etiam Charites appellantur. Loquitur fortaſſe Poëta hoc loco de alicuius pyrae conſtructione, cum de buxo, & cypariſſo, feralibus arboribus, ſermonem habeat, Conſtat autem M. Varronis auctoritate pyras cupreſſo circundari ſolitas,

ne pro-

ne propter grauem vſtrinae odorem, populi circundantis corona offendatur. Ad quem morem reſpiciens maximus Vates, ait, Lib. 6.

Ingentem ſtruxēre pyram, cui frondibus atris
Intexunt latera, & ferales ante cupreſſus
Conſtituunt ——

Statius libro VI.

Triſtibus interea ramis, teneraq. cupreſſo
Damnatus flam̃inae carus, & puerile pheretrum
Texitur —— Hinc Horatius, *funebreis cupreſſos* dixit. In Epod. ode. 5.

STANT RECTEIS FOLIIS] Poſtquàm adiuncto cupreſſorum longitudinem oſtendit, modò verbo rectitudinem ponit ob oculos. — ET AMARO CORPORE BVXVM] Benè dixit amarum, nam etiam mel, quod conficitur, vbi haec arbos frequẽs eſt, inſuaue, atq. amarum eſt, vt in Corſica tradit Plinius, & in Cyrena Theophraſtus. Li. 16. c. 16. lib. 3. c. 15.

Q. ENNII FRAGMENTA EX VIII. ANNALI.

*

—— † tonſas antè tenenteis
Parerent, † obſeruarent, portiſculu' ſignum
Quòm dare coepiſſet ——

† tonſaſq. tenẽteis. † expectarent.

Non Portiſculus.

*

* Labitur vncta trabes, remeis roſtrata per altum,
* Ingentei vadit curſu, quà redditu' termo eſt:
* Impetus † haud longè medijs regionibu' reſtat.

† aut uel eſt.

Var. lib. 6. de lin. Lat. Feſt Termonem. Idẽ Reſtat.

*

† Tollitur è medio ſapientia vei geritur res.
Spernitur Orator bonus; horridu' miles amatur;
Haud docteis dicteis certanteis, ſed male dicteis.
Non ex ioure † manũ conſertum, ſed † magi' ferro
Rem repetunt, regnumq́. petũt, vadunt ſolida vei.

† tollitur. † Manuconſertu' unica dictione. † mage. Annominatio.

Agell lib. 20. c. 9. Lact. lib. 5. cap. 1. Cic. li. 7. Epiſt adducit hæc cum ſequentis dimidio.

*

Iamq́. ferè poluis fuluã volat ——

Non. Puluis

*

Praecox pugna eſt ——

Idem Praecox.

Macr lib. 6. c. 3. † Conſequitur, ſummo ſonitu quatit vngula terrā. † Cum ſequitur.
Nou puluis * Iamq. ferè poluis ad caelum vaſta videtur.
Macr. lib. 6. c. 1. * Haſtati ſpargunt haſtas, fit ferreus imber:
Priſc. lib 9. * Denſantur campeis horrentia telā virorum.
Feſt. Medix * Summus † vbi capitur † Medix, occiditur alter. † ibi Medix.
Varr. lib. 6. de Lin. Lat. * Clamor ad caelum voluendu' per aethera vagit.
Feſt. Lituus. * Inde locei lituus ſonitus † effudit acutos: † effundit.
Agell. li. 10 cap. 29 * Atque atque † accedit † moeros Romana iuuētus. † Aſcendit.
Non. Atque Priſc lib. 9. * Et detotondit agros laetos atque Oppida coepit. † muros.

*

Macr. lib 6. c. 1. Nunc hoſteis vino domitei, ſomnoq́. ſepultei.

*

Feſt. Occaſus. † Aſt occaſus vbi, tempuſue audere repreſſit.

*

Idem Obſtitum. Amplius ex Augure obſtipolumue Solis.

*

Non. Poliſtiones. Raſtros dente † fabres capſit cauſſa poliendi † Faber.
Agri —

*

Priſc. lib. 6. — Poenos Didone oriundos

*

Diom. lib. 1. Certare abnueo, metuo legionibu' labem.

*

Non. Debilo. Debilo homo —

*

Idē Famul. — mortalem fortuna repentè
† Reddidit, vt ſummo è regno famul † inſumus eſſet † Reddit ſummo regno. † Optimus.

*

Macr. lib. 6. c. 2. — multa dies in bello conficit vnus.
Et rurſus multae fortunae fortè recumbunt.
Haud quaquā quēquā ſemper Fortuna, ſequuta'ſt.

*

EXPLICATIO.

TONSAS ANTE TENENTEIS] In Nonij exemplaribus hic locus corruptè legitur, *Tus antè tenentes*, & *Tum ſanctè tenentes*. Vera autem lectio eſt, vt ſcripſimus, vel,

ton-

— *tonſaq́. teneuteis*

— PORTISCVLV, SIGNVM] Agebatur hîc fortaſſe, de claſsis è portu diſceſſu, cùm portiſculi fiat mentio, qui, vt ait Aelius Stilo, in portu modum dat claſsi. Iſidorus verò tradit, Portiſculum eſſe malleum in manu portatum, quo modus, ſignumq. datur nauigantibus. SIGNVM CVM DARE COEPISSET] Militaris vox, ad rem nauticam tranſlata. Virgil. Lib. 19. c. 1: Lib. 3. Aen.

Dat clarum è puppi ſignum —

Sed totum hunc Ennij locum ita Maro expreſsit in V.

Conſidunt tranſtris, intentaq́. brachia remis
Intenti exſpectant ſignum —

LABITVR VNCTA TRABES] Tres hos verſus ex diuerſis locis petitos coniunximus; primum tamen non omnino Ennij eſſe affirmamus. Nam cum Varro hoc modo mutilum, & ſine auctoris nomine adducit; *Sic dictum à quibuſdam, vt vna canes, vna trabes, remeis roſtrata per altum*. Nos priorem dictionem addidimus, & ſequentem immutauimus, pro, *vna*, *vncta*, legentes imitatione alterius verſus eiuſdem Poëtae, qui ait, Lib. 6. de lin. Lat.

Labitur vncta carina per aequora cana Celocis.

Virgilius, *Labitur vncta vadis abies* — Lib. 8.
Et *Natat vncta carina* — Lib. 4.

Sunt tamen qui Varronis locum reſtituant, addito tantùm verbo *ſulcat*, fide codicis manuſcripti,

Vna trabes remis ſulcat roſtrata per altum.

Trabem etiam Catullus συνεκδοχικῶς, pro naui in Faſeli dedicatione poſuit, *Neque vllius natantis impetum trabis*
Nequiſſe praeterire —

Sed in antiquo manuſcripto habetur,

Neque vllius volantis impetum alitis.

Pacuuius trabicá, nauē appellauit, quòd trabibus contexta ſit. *Labitur trabica in alueum.* ROSTRATA] Roſtris enim naues concurrunt, Liuius, *Itaque ex vtraq. parte ſigno dato cùm roſtris concurrerent, neque nauem inhiberent.* INGENTI VADIT CVRSV] Mira fertur velocitate. — QVA REDITV' TERMO EST.] Feſtus ait, Graeca conſuetudine Ennium termonem dixiſſe, quem nos terminum dicimus, Idem enim Graecis eſt τέρμων, τέρμα, & τέρμις. — MEDIIS REGIONIBV' RESTAT] Reſtat pro diſtat, vt idem ait Feſtus. PELLITVR E MEDIO SAPIENTIA] Oſtendit quonam pacto calamitoſis belli temporibus nulla nec legibus, nec magiſtratibus tribuitur auctoritás, nullaq́, iuris habetur ratio; ſed arma tantum vigent. Vnde magni Pompei vox illa apud

Dionem,

Lib 37. Dionem, Omnia ſcilicet ab armis pendere: & ijs, qui his praeualent, neceſſariò omnes obtemperare, cuius verba ſunt; πάντα ἐκ τῶν ὅπλων ἤρτηται, καὶ ὁ ἐν αὐτοῖς κρατῶν, νομοθέτης ὧν βούλεται, ἀναγκαῖος γίνεται. VI GERITVR RES] Menander, leges nihil poſſe vbi vis, adfuerit, eo verſu dixit,

Βίας παρούσης οὐδὲν ἰσχύει νόμος.

Lib. 5. de Triſt. Ouidius, *Non metuunt leges, ſed cedit viribus aequum:*
Victaq. pugnaci iura ſub enſe iacent.

Lib. 1. Lucanus, *Imminet armorum rabies, ferriq. poteſtas*
Confundit ius omne manu ——

Seneca Herculе furenti, —— *ſontibus boni parent:*
Ius eſt in armis: opprimit leges pudor.

Idem in Hippol. —— *venit imperij ſitis*
Cruenta; factus praeda maiori minor:
Pro iure vires eſſe ——

Auctor quidam apud Suidam, Nullum, inquit, ius armis eſſe potentius: & quiſquis viribus potior eſt, is aequiora ſemper & facere, & dicere cenſetur. Graeca verò illius auctoris verba ſunt; οὐδὲν δικαίωμα τῶν ὅπλων ἰσχυρότερον· πᾶς γὰρ ὁ δυνάμει προύχων δικαιότερα ἀεὶ καὶ λέγειν, καὶ πράττειν, δοκεῖ. Lib. 5. Quinctilianus in iudicio nullam quidem vim armis, in bello nullam ſanè vim legibus adſcribit. Eius verba haec ſunt, vbi de argumentis agit; *Dicamus primùm in eo, quod in iudicium deduci poteſt, nihil valere ius belli: nec armis erepta, niſi armis poſſe retineri: itaq. vbi illa valeant, non eſſe iudicem: vbi iudex ſit, nihil arma valere.* Lucianus in Captiuo, Καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθέμενον. quibus verbis ad prouerbium reſpexit Ἐν χειρῶν νόμῳ: Huc etiam ſpectat & illud, Ἄρης τύραννος. SPERNITVR ORATOR BONVS] *Silent*, ſiquidem *inter arma leges*, vt pro Mil. inquit Cicero. Idemq. pro Muraena, *Omnia haec noſtra praeclara ſtudia, & haec forenſis laus, & induſtria latent in tutela, & praeſidio bellicae virtutis: Simulatq. increpuit ſuſpicio tumultus, artes illicò noſtrae conticeſcunt.* Quam obrem Idem in Bruto dixit, eloquentiam pacis eſſe comitem, otijq. ſociam, & iam benè conſtitutae ciuitatis quaſi alumnam. Vnde veteres non abſq. ratione Mercurium, eloquentiae Deum caduceum, pacis ſymbolum geſtantem finxerunt. Aſsimile eſt Ennianae ſententiae illud Lucani,

Lib. 1. *Sed poſtquàm leges bello ſiluere coactae,*
Pellimur è patrijs laribus ——

Nec diſcrepat ab hoc ille Euripidis locus in Iphig. vbi Chorus ita de neglecta iuſtitia queritur, pro qua ſumma irrepſit licentia, quae legibus dominatur.

Τὸ μὲν ἄσεπτον ἔχει

Διώκμιν ἀδ' ἀρετὰ κατόπισθεν
Θνατοῖς ἀμελεῖται.
Ανομία δὲ νόμων κρατεῖ.

— HORRIDV' MILES AMATVR] Varro Seſquiulyſſe, *Itaque tum equum mordacem, calcitronem horridus miles, ac vir non vitabat: nunc emunt troſculi, nardo nitidi vulgò Attico talento equum.* Eodem etiam adiuncto vſus eſt Cicero pro Marcello. HAVD DOCTEIS DICTEIS] Plautus Trinumo,

Multa ego poſſium docta dicta, &c.

NON EX IOVRE MANV CONSERTVM] Quid haec verba ſignificent, adamuſsim declarat Agellius. Sed operae praetiũ fuerit adſcribere quàm venuſtè totum hũc locum Cicero in Oratione pro Muraena explicauerit, verſus, more ſuo, cum ſoluta oratione contexens: quod Hermogenes τῶν ποιημάτων παραπλοκὰς appellauit. *Omnia iſta*, inquit, *nobis ſtudia de manibus excutiuntur, ſimulatque aliquis motus nouus bellicum canere coepit. Etenim, vt ait, ingenioſus Poëta, & auctor valde bonus; praelijs promulgatis,* TOLLITVR E MEDIO, *non ſolùm iſta veſtra verboſa ſimulatio prudentiae, ſed etiã ipſa illa domina rerum* SAPIENTIA; VEI GERITVR RES: SPERNITVR ORATOR, *non ſolum odioſus in dicendo, ac loquax, verum etiam* BONVS: HORRIDVS MILES AMATVR: *veſtrũ verò ſtudium totum iacet:* NON EX IOVRE MANV CONSERTVM, SED MAGE FERRO, *inquit*, REM REPETVNT. *Quod ſi ita eſt, cedat opinor Sulpicij forum caſtris, otiũ militiae, ſtilus gladio, vmbra ſoli.* IAMQ. FERE POLVIS FVLVA VOLAT] Extenſio breuis ſyllabae in caeſura. Pacuuius, Lib. 20. cap. 9.

Cedò tamen pedem, lymphis flauis flauum vt poluerem,
Manibus ijſdem, quibus Vlyſſem ſaepè permulſi, abluam.

Caluus de cinere,

Cum iam fulua cinis fueris —

PRAECOX PVGNA EST] Praecox, praematura. Sic fuga praecox à Varrone in Ephoebo, & à Lucilio dicta eſt. — SVMMO SONITV QVATIT VNGVLA TERRAM] Nouemhos verſus ex varijs auctoribus petitos hac ſerie complicauimus, tũ quòd ſenſu conſtare, tum quòd Plautinae pugnae, quae in Amphit. deſcribitur, maximè conuenire viſi ſunt. IAMQ. FERE POLVIS AD CAELVM VASTA VIDETVR] Hoſtium appropinquatio à ſigno excitati pulueris, ad caelum vſq. ſurgentis. Idem alibi, Lib.8. Saty.

Poluis oritur, omnem peruolgat caeli fretum.

Ex militum enim in pugna motu, & equorum curſu pulueris caligo oritur, quam Lucretius pulueris nebulam dixit, Lib. 5.

— multa pulſata pedum vi
Pulueris exhalat nebulam —

Lib 8. Virgilius item,
Stant pauidae in muris matres, oculisq. ſequuntur
Puluceream nubem —

Lib 9. Idem rurſus,
Hic ſubitam nigro glomerari puluere nubem
Proſpiciunt Teucri, ac tenebras inſurgere campis.

Iliad β. Id quod anteà fuerat eloquutus Homerus,
— τοὶδ' ἀλαλητῷ
Νῆας ἐπεσσεύοντο ποδῶν δ' ὑπένερθε κονίη
Ἵστατ' ἀειρομένη —

Quae ità vertit Politianus, cuius ad nos quaedam peruenerunt ex Homero conuerſa, quae hactenus, quod ſciam, in lucem non prodierunt,
Dat tellus gemitum, & nigra caligine caelum
Voluitur; inſurgit glomerato puluere nubes.

Puluerem verò hoc pacto excitatū, Aeſchylus in Septem ad Thebas, manifeſtum, & certum appropinquantis exercitus nuntium eſſe, ait,
Αἰθερία κόνις με πείθει
Φανεῖσ' ἄναυδος, σαφὴς
Ἔτυμος ἄγγελος ἐλεδεμνὰς
Πεδιοπλόκτυπός τ' ἐγχρίμπτεται.

Qui verſus in impreſsis ex officina Turnebi ſecus diſpoſiti ſunt. Idē
Lib. 11. protulit Virgilius,
At ſimul Aeneas fumantes puluere campos
Proſpexit longè, Laurentiaq. agmina vidit.

Lib. 12. Idem, *— & ſaeuus campi magis, ac magis horror*
Crebreſcit; propriuſq. malum eſt: iam puluere caelum
Stare vident: ſubeunt equites, & ſpicula caſtris
Denſa cadunt medijs —

Lib. 21. Liuius item, *Denſior deinde inceſſu tot hominum, equorumq. oriens pulvis, ſignum propinquantium hoſtium fuit.* — FIT FERREVS IMBER.] Vt crebros ingruentium telorum ictus oculis repraeſentaret,
Lib 12. aptiori tranſlatione vti non poterat: quam tamen Maro amplificauit, *— it toto turbida caelo*
Tempeſtas telorum, ac ferreus ingruit imber.

Lib 9. Eadem ſignificatione, telorum nimbum dixit Lucanus,
Telorum nimbo peritura, & pondere ferri.

Li.5. Theb. Statius, *Inſtamus iactu telorum, & ferrea nimbis*
Certat hyems —

Virgi-

Virgilius, ſumpta à cadēte niue ſimilitudine, ſic candē rem expreſsit, Lib. 11.

—— ſundunt ſimul vndiq. tela
Crebra niuis ritu: caelumq. obtexitur vmbra.

tum etiam à grandine, Lib. 10.

Ac velut effuſa ſiquando grandine nimbi
Praecipitant ——

Statius, *—— telorum aut grandinis inſtar* Li. 1 Theb.
Rhipheae ——

Idem has omnes ſimilitudines niuis, grandinis, imbris, his verſibus, ſimul complexus eſt, *—— non tanta cadentibus Haedis* Lib. 8.

Aeriam Rhodopen ſolida niue verberat Arctos,
Nec fragor Auſoniae tantus, cum Iuppiter omni
Arce tonat, tanta quatitur, nec grandine Syrtis,
Cùm Lybia Boreas Italos niger attulit imbres.
Excluſère diem telis. Stant ferrea caelo
Nubila: nec iaculis atratus ſufficit aër.

Extremis his verbis conſentanea ſunt quae protulit Silius libro IX.

—— caelumq. & ſidera pendens
Abſtulit ingeſtis nox denſa ſub aethere telis.

Quae ex illo Maronis expreſſa ſunt in XII.

—— obumbrant aethera telis.

Hinc etiam Lucanus, *—— emiſſaq. tela Aëra texerunt ——* Lib 3.

Lycophrō, Κύφελλα δ' ἰῶν τηλόθεν ῥοιζουμένων
Ὑπὲρ κάρα στήσουσι κιμμερός θ' ὅπως
Σκιὰ καλύψει πέῤῥαν ἀμβλυώσων σέλας.

Non diſsimilis eſt illa Heliodori Emeſeni hyperbole libro IX. hiſtoriae Aethiopicae, qui vt miram iaculorum denſitatem oſtenderet, ait, eam nubis ſpeciem hoſtibùs exhibere. Huc pertinet etiam locus ille Arbitri de Xerſis exercitu,

—— ſolem texère ſagittae.

Ex quo loquendi genere celebre illius apophthegma emanauit; cui, cùm hoſtis ſe caelum ſagittarum nebula obtecturum, minaretur; lepidè reſpondit, In vmbra pugnabimus. DENSANTVR CAMPEIS] Virgilius, Lib. 7.

Agmina denſantur campis ——

— HORRENTIA TELA VIRORVM] Idem Virgilius,

—— at nunc horrentia Martis Arma ——

Et Valerius Flaccus, *horrida tela*. SVMMVS VBI CAPITVR MEDIX] Nomen eſt magiſtratus apud Oſcos, vt refert Feſtus: quē eundem eſſe arbitror cum Mediaſtutico: de quo Liuius libro XXVI. *Mediaſtuticus, qui ſummus magiſtratus apud Campanos eſt.* Quae verba Lib. 7.

maximè cum Feſto congruunt; quandoquidem Oſcos Campaniae partem incoluiſſe, non dubium eſt; quibus cùm mos fuerit ſaepè dictiones abſcindere, vt in Ennij vita, & alibi retulimus, exiſtimo, in Liuio, pro, *Mediaſtuticus*, reponendum eſſe, *Medixtuticus*. CLAMOR AD CAELVM VOLVENDV' PER AETHERA VAGIT] Quamuis hyperbole certãtium clamoris magnitudinem extollat, multum tamen de ea detrahit tapinoſis, quae in verbo, *vagit*, ſubſequitur. Clamare autem inter pugnandum Romanorum proprium fuit, qui vt ait Polybius lib. VI. more patrio armorũ ſtrepitum edentes, & conclamantes, in conſertiſsimos hoſtes acerrimè concurrunt. Sed vt nihil praetermitteretur earum rerum, quae inter certandum fieri conſuetum eſt, hunc verſum cum alijs hoc loco Ennium connexuiſſe, duximus, illuſtrium poëtarum imitatione. Aeſchylus poſtquàm ea retulit, quae de puluere diximus, addidit, clamorem murmurantis aquae inſtar volare, ac fremere,

—— βοὰ ποτᾶται, βρέμει
Δ' ἀμαχέτου δίκαν ὕδατος ὀροκτύπου.

Homerus, —— ἀϋτὴ δ' οὐρανὸν ἷκεν.

Lib. 5. quod ad verbum Virgilius, *it clamor caelo* ——

Lib. 12. Et alibi, —— *it triſtis ad aethera clamor.*

Sunt qui putent, pro, *clamor*, *clamos*, eſſe legendum, vt *bonos*, *timos*, *labos*, *vapos*, *colos*. Scaliger legit hunc verſum,

Clamor it ad caelum, volitatq. per aethera vagor.

Sed fortaſſe, ab antiqua lectione minus remotum,

Ad caelum clamor voluendũ per aethera vagit.

Lib. 4. de lin. Lat. PER AETHERA VAGIT] Varro diſſerens, multa vocabula ab animalium vocibus ad homines eſſe tranſlata, ait verbum *vagire*, ab haedo eſſe deductum. Innuit id ipſum Plautus in Poenuli prologo, vbi nutrices à caueae conſeſſu diſcedere admonens, inquit,

Ne & ipſae ſitiant; & pueri peritent fame,
Néue exurientes hîc quaſi haedi obuagiant.

INDE LOCEI LITVVS] Lituus, genus incuruae buccinae, quem Acron equitum eſſe tradidit: tubam verò peditum. Eſt etiã lituus, baculus ille, quo ad augurandum priſci vti conſueuerunt. ATQVE] Statim. Sic in leg. XII. Tab. *Si in ious vocat, atq. eat*, pro, ſtatim eat. ET DETOTONDIT AGROS LAETOS] Lib. 9. Priſcianus hanc auctoritatem refert, vt oſtenderet Veteres, *detotondi*, pro, *detodi*, protuliſſe. Alia etiam hoc loco ſubeſt tapinoſis, cùm agros pecudes dum paſcunt, tondeant: non autem milites, cùm diripiunt, in quam lapſus eſt etiam Propertius cùm ait,

Lib. 4. *Sub quorum titulis Africa tonſa iaces.*

Magis

Magis propriè loquutus eſt Maro, Lib. 8.

— & laetos vaſtant cultoribus agros.

Idem, *— ingentes & deſolauimus agros.* Lib. 11.

qui tamen in propria ſignificatione dixit, Li. 1. Geor

— tondent dumeta iuuenci.

Lucretius, *Nam ſaepè in colli tondentes pabula laeta* Lib. 2.

Lanigerae reptant pecudes —

NVNC HOSTEIS VINO DOMITEI] Exhortatio ad hoſtes incautos inuadendum, à nocturni temporis opportunitate, quo nimio grauati potu, arctiſsimoque correpti ſomno, paſsim poſtrati iacent. SOMNOQ. SEPVLTEI] Pulcherrima tranſlatio à mortuis ad dormientes: qui enim profundè ſtertunt, parum à mortuis differre videntur. Quare rectè quidē à Poëtis ſomnus mortis frater fingitur. Virgilius, Lib. 2. Aen.

Inuadunt vrbem ſomno, vinoq. ſepultam.

Et, *— ſomno vinoq. ſepulti Procubuere —* Lib. 9.

Ibidem, *Rutuli ſomno, vinoq. ſepulti Conticuère —*

Et de Polyphemo, Lib 3.

Nam ſimul expletus dapibus, vinoq. ſepultus.

Lucretius, *Terrificet morbo affectis, ſomnoq. ſepultis.* Lib 1.

Idem, *Sed taciti reſpectabant, ſomnoq. ſepulti.* Lib. 5.

Tibullus, *ſomno domitos*, dixit. — AVDERE REPRESSIT] Infinitum loco nominis Graecorum more. AMPLIVS EXAVGVRE] Locus hic adeò corruptus eſt, vt ex eo nihil certi extorqueri poſsit. Sunt qui legant, Lib 1.

Amplius exaugere, obſtipo lumine Solis.

Alij verò, *Amplius obſtitumúe obſtipo lumine Solis.*

Sed altera lectio altera videtur obſcurior. RASTROS DENTE FABRES] Sic in vulgatis: at ego, *fabros*, potius legerem, ab antiquo nomine, *adfabrus*, quod fabre factus ſignificat, vel, *dentifabros*, vnica dictione. Hunc tamen horum verborum ſenſum eſſe cenſeo, Raſtros, ſcilicet, qui ad colendos agros comparati fuerant, hoc belli tempore in arma eſſe conuerſos. Ita etiam Virgilius, Li. 1. Geor.

Et curuae rigidum falces conflantur in enſem.

Item, *Vomeris hûc, & falcis honos, hûc omnis aratri* Lib. 7.

Ceſſit amor, recoquunt patrios fornacibus enſes.

Martialis verò contrà, pacis tempora deſcribens, falcem ex enſe conflatam ait, *Pax me certa ducis placidos curuauit in vſus,*

Agricolae nunc ſum, militis antè fui.

— POLIENDI AGRI] Idem alibi, *politos campos.* Agrum polire, pro excolere, Veteres dixerunt; indeq. apud Varronem, *agri depolitio-*

poſitiones. POENOS DIDONE ORIVNDOS] Quonam pacto à Didone Carthago condita ſit, & ex ea Poeni originem duxerint, ſatis ex Virgilio, alijſque quamplurimis conſtat. Philiſtus autem ſcribit eam vrbem à Zaro, & Carthagine Tyrijs, aedificatam fuiſſe. Appianus verò à Xoro, & Carchedone: ſed vt Romani, ipſiq. met Carthaginienſes putant, à Didone muliere Tyria, ſic enim ille, Οἰκίσαι δ' αὐτῆς ἐγένοντο Ζῶρός τε καὶ Καρχηδών. ὡς δὲ Ῥωμαῖοι καὶ αὐτοὶ Καρχηδόνιοι νομίζουσι, Διδὼ γυνὴ Τυρία. Apud Probum hic Ennij locus aliquantulum diuerſus habetur. Namq. explicãs illud Virgilij,

—— *Sarrano dormiat oſtro,*

inquit, *Tyrum autem Sarram appellatam, Homerus docet, quem etiam Ennius ſequitur, cùm dicit, Poenos Sarra oriundos*. Confirmat Agell. lib. XIV. cap. XVI. Tyrum Sarram eſſe dictam: & Seruius enarrans eundem Virgilij locum ait, *Quae nunc Tyros dicitur, olim Sarra vocabatur, à piſce quodam, qui illic abundat: quem lingua ſua Sar appellant*. Nec me latet in manuſcripto quodam, ac peruetuſto Priſciani codice legi,

Poenus Didone oriundus.

Quam lectionẽ ſi ſequeremur, Poenus per antonomaſiam pro Annibale intelligendus eſſet: quem ſimiliter ex Didone oriundum facit Lib. 4 Aen. Maro, cùm illam imprecantem inducit, vt Poeni continuis, ac diuturnis odijs Troianos proſequantur,

Exoriâre aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanios ferroq. ſequâre colonos.

CERTARE ABNVEO] Enallage coniugationis, pro, *annuo*. Sunt haec fortaſſe Fabij dictatoris verba, qui, quòd milites à pugna opportunè cohibebat, Cunctator eſt dictus, de quo in XII. Annali,

Vnus homo nobis cunctando reſtituit rem.

DEBILO HOMO] Pro, debilis, vt obſeruat Nonius. Sed fortaſſe *debil homo*, ſcripſerat Ennius, eadem ratione, qua famul, & volup.

MORTALEM FORTVNA REPENTE REDDIDIT VT SVMMO E REGNO FAMVL INFVMVS ESSET] Praeclarè quidem Fortunae inconſtantiam, ac viciſsitudinem tragica huiuſmodi peripetia oſtendit. Eandẽ ferè ſententiã expreſſit Euripides, cùm ait, celerem diuinam indignationem eſſe expectãdam, dum quiſpiam in faſtigium euectus opum, generiſq. ſplendore ſuperbiens, ſupra ſortem ſupercilium ſuſtulerit,

Ὅταν ἴδῃς πρὸς ὕψος ἠρμένον τινά
Λαμπρῶς τε πλούτῳ καὶ γένει γαυρούμενον,
Ὀφρῦν τε μείζω τῆς τύχης ἐπηρκότα,
Τούτου ταχεῖαν νέμεσιν εὐθὺς προσδόκα.

Idem in Archelao, quendam inducit mortalium Fortunam, eiuſq. muta-

mutationem conſiderantem, quo nimirum pacto qui lapſus fuerit, erigatur, quiq́. feliciter, ac fortunatè egerit cadat,

Πάλαι σκοποῦμαι τὰς τύχας τῶν βροτῶν
Ὡς εὖ μεταλλάσσουσιν, ὃς γὰρ ἂν σφαλῇ
Εἰς ὀρθὸν ἔστη χ᾽ ὁ πρὶν εὐτυχῶν πίτνει.

A quibus non diſſentit illud Philemonis; Saepè ſcilicet fieri, vt cui nequidem neceſſaria ſuppetunt, mox diuitijs affluens, caeteros alat, ruſumq́. qui hodie theſaurum inuenerit, cras quicquid domi exſtat, amiſerit,

Πολλάκις ἔχων τὶς οὔτε τ᾽ ἀναγκαῖα νῦν,
Αὔριον ἐπλούτησε, ὥστε καὶ ἑτέρους τρέφειν.
Θησαυρὸν εὑρὼν σήμερον, τῆς αὔριον
Ἅπαντα τὰ ἐκ τῆς οἰκίας ἀπώλεσεν.

Hûc accedit illud Archilochi, Omnia eſſe ad Deos referenda, qui ſaepè homines à malis eripiunt, humiq́. iacentes extollunt, contrà verò firmos euertunt, ſupinosq́. proſternunt.

Τοῖς θεοῖς τίθει πάντα. πολλάκις μὲν ἐκ κακῶν
Ἄνδρας ὀρθοῦσι μελαίνῃ κειμένους ἐπὶ χθονί.
Πολλάκις δ᾽ ἀνατρέπουσι, καὶ μάλ᾽ εὖ βεβηκότας
Ὑπτίους κλίνουσ᾽. ἔπειτα πολλὰ γίνεται κακά.

Idem ferè in Troadibus expreſsit Hecuba,

Ὁρῶ τὰ τῶν θεῶν, ὡς τὰ μὲν πυργοῦσ᾽ ἄνω
Τὰ μηδὲν ὄντα, τὰ δὲ δοκοῦντ᾽ ἀπώλεσαν.

Sed cur aureolos illos Senencae verſiculos omittam, dignos meher- In Thyeſte.
cule, vt iugiter memoria repetamus?

Quem dies vidit veniens ſuperbum,
Hunc dies vidit fugiens iacentem:
Nemo confidat nimium ſecundis,
Nemo deſperet meliora lapſus.

Nec praetereunda illa Dionis ſententia, Eos rerum mutationes ali- Lib. 37.
quando maximè imbecillos reddere, qui plurimùm potuerunt. *οὕτω καὶ τοὺς πάνυ ποτὲ δυνηθέντας ἀσθενεστάτους αἱ μεταβολαὶ τῶν πραγμάτων πολλάκις ποιοῦσι*. Cic. Philipp. VIII. *Viderunt enim ex mendicis fieri repentè diuites*. Ennij verò verba, Nonij codices, qui omnium poſtremi prodierunt, habent,

— mortalem ſummum fortuna repentè
Reddit, vt ſummo regno famul optimus eſſet.

quod epitheton, cùm mihi prorſus abſurdum videretur, ſuccurrit ille Lucretij verſus ex lib. III.

Oſſa dedit terrae perinde, ac famul infumus eſſet,

& cõferens vtriuſq́. poëtae *ἀκροτελεύτιον*, ratus ſum, Ennium eo modo ſcripſiſſe, & ab eo Lucretium eum locum eſſe mutuatum. In quam ſenten-

ſententiam, oppoſita illa verba, *ſummo regno*, & *famul infimus*, nos iure adduxerũt; quibus & carmen venuſtius redditur, & iniquae Fortunae vices optimè explicantur. Ita etiam Plautus Ennianam ſentẽ-
In Capt. tiam ijſdem penè verbis extulit,

Sed viden'? fortuna humana fingit, arctatq. vt lubet,
Me, qui liber fueram, ſeruum fecit, è ſummo infimum.
Qui imperare inſueram, nunc alterius imperio obſequor.

Dionyſius Lambinus in Lucretianis commentarijs eandem tuetur lectionem. Giſanius aliquantillum diuersè legit,

—— mortalem fortuna repentè
Reddidit è ſummo regno, vt famul infimus eſſet.

Nicolaus verò Faber,

Reddit, vt ex ſummo regno famul vltimus eſſet.

Eiuſdem ferè ſententiae eſt illud Auſonij,

Semper mouetur, variat, ac mutat vices:
Et ſumma in imum vertit, ac verſa erigit.

Silius libro XVII.

—— et exemplum non vnquam fidere laetis,
Sceptriferas arctæ palmas vinxêre catenæ.
Ducitur ex alto deiectus culmine regni,
Qui modo ſub pedibus terras, & ſceptra, patensq.
Littora ad Oceani ſub nutu viderat aequor.

Pacuuius, *Velut Oreſtes modò fuit Rex, modò mendicus factus eſt.*

Non eſt ab hoc loco alienum illud Aeſopi, qui cùm à quopiam quid Iuppiter faceret, rogaretur, reſpondit, τὰ μὲν ὑψηλὰ ταπεινοῖ, τὰ δὲ ταπεινὰ ὑψοῖ. — MVLTA DIES IN BELLO CONFICIT VNVS] Vel à Poëta id κατὰ ἐπιφώνημα dictum eſt, vel ab aliquo Duce, qui iterum belli fortunam experiri cupiens, militum animos ad nouam ineundam pugnam ab inconſtantibus Fortunae vicibus excitabat: quandoquidem vna die multa poſsint feliciter inſtaurari.
Lib. 6. c. 2. Macrobius, ait id ab Ennio Virgilium deſumpſiſſe,

Multa dies, variusq. labor mutabilis aeui
Rettulit in melius: multos alterna reuiſens
Luſit, & in ſolido rurſus fortuna locauit.

Polybius poſtquàm repentinam illam deſcripſit Romanorum cladẽ
Lib. 1 à Xantippo acceptam, cùm florentes iam certam ſibi de Carthaginienſibus victoriam pollicerentur, haec ſubdit; Hinc ſiquis rectè rem ipſam perpendere voluerit, multa ad humanae vitae correctionẽ inueniet, non parùm conducentia. Primùm quidem, quàm vanum ſit, atque ridiculum, ob res ſecundas, & ex animi ſententia feliciter geſtas, aliquam in fortuna ſpem collocare, ex ijs, quae M. Attilio

accide-

accidérunt perſpicuum eſt: qui cùm paullò antè nulla in Carthaginienſes infortunatos miſericordia moueretur, pacemq́. ſuppliciter petentibus, abnueret, mox eò deductus eſt, vt eandem ipſe à Carthaginienſibus expoſcere cogeretur; Ἐν ᾧ καιρῷ, inquit, πολλάτις ἂν ὀρθῶς ἐπισημαινόμενος εὕροι, πρὸς ἐπανόρθωσιν τοῦ τῶν ἀνθρώπων βίου συντελεσθέντα, καὶ γὰρ τὸ διαπιστεῖν τῇ τύχῃ καὶ μάλιστα κατὰ τὰς εὐπραγίας, ἐναργέστατον ἐφάνη πᾶσι τότε διὰ τῶν Μάρκου συμπτωμάτων. ὁ γὰρ μικρῷ πρότερον οὐ διδοὺς ἔλεον, οὐδὲ συγγνώμην τοῖς πταίουσι, παραπόδας αὐτὸς ἤγετο δεησόμενος τούτων περὶ τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας. Caeterum duo illa verba, DIES VNVS prouerbium redolét, vt ex his clariſſimorum auctorum locis videre-licet. Sophocles in Aiace Flagellifero, Vnum diem cuncta humana inclinare, & erigere dixit,

Ὡς ἡμέρα κλίνει τε κἀνάγει πάλιν
Ἅπαντα τ' ἀνθρώπινα ——

Hecuba apud Euripidem queritur, cunctas opes vnicam diem abſtuliſſe, Τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Oedipus apud Eundem in Phoeniſsis, iam oculis captus, ac omni ſpe deſtitutus, cùm antea maximè fortunarum copijs abundaret, ait, vnum ſe diem beaſſe, atq. vnum perdidiſſe,

Ὤλλυ', ἓν ἦμαρ μ' ὤλβισεν, ἓν δ' ἀπώλεσεν.

Item in Hercule furente Amphitruonem inducit Euripides, cum Senum Choro colloquentem, quondam ſe ſe ob praeclara geſta mortalibus extitiſſe conſpicuum: illicò autem à fortuna vno die pinnae ſimilitudine in aëra eſſe eleuatum,

Ὁρᾶτέ μ' ὥσπερ ἦν περίβλεπτος βροτοῖς,
Ὀνομαστὰ πράσσων, καί μ' ἀφείλεθ' ἡ τύχη,
Ὥσπερ πτερὸν πρὸς αἰθέρ' ἡμέρᾳ μιᾷ.

Idem in Oedipo, multas, ait, vel vnum diem habere mutationes,

Ἀλλ' ἡμέρα τοι μεταβολὰς πολλὰς ἔχει.

Rurſus apud Plutarchũ ἐν τῷ παραμυθητικῷ ad Apollonium, Felicitatem, inquit, minimè ſtabilem eſſe, ſed in diem durare, vnamq́. diem haec quidem ad ima deprimere, haec vero ad ſumma tollere,

Ὁ δ' ὄλβος οὐ βέβαιος ἀλλ' ἐφήμερος,
Μικρότατα τὰ σφάλλοντα καὶ, μί' ἡμέρα
Τὰ μὲν καθεῖλεν ὑψόθεν, τὰ δ' ἦρ' ἄνω

Quem praeſtantiſsimi Poëtae locum Phaleraeus Demetrius non ſatis probauit. Meliùs enim στιγμὴν χρόνου, quàm vnã dié dici exiſtimabat. Quod ſanè extulit Liuius; *Quid quaeq. nox, aut dies ferat, incertũ eſt: puncto temporis maximarum rerum momenta verti*. Pindarus in Olympicis, breui tempore dixit, ingens bonum permutari, Lib 3. Ode. 12.

Ἔσθλον βαθὺ πήματος ἐν μι-

πρῶ πεδάμενος ἐν χρόνῳ. Cuius imitatione Lucilius,

Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit.

Sophocles in Tyndaro,

Ἐν γὰρ βραχεῖ καθεῖλε κ' ὀλίγῳ χρόνῳ
Πάμπλουτον βαρυδαίμονος κακοῦ δόσις.

Soſiphanes, Vt quid, inquit, mortales opibus gloriamini, quas vel vna lux dedit, & abſtulit?

— τί σεμνύνεσθε ταῖς ἐξουσίαις
Ἃς ἕν τ' ἔδωκε φέγγος, ἕν τ' ἀφείλετο;

A quo illud Euphonis non abeſt, qui ait, Non ſine difficultate longo etiam temporis interuallo cumulum coaceruari poſſe, vna verò die facilè diſsipari,

Ἔργον συναγαγεῖν σπορὰν ἐν πολλῷ χρόνῳ
Ἐν ἡμέρᾳ δὲ μιᾷ διαφορῆσαι ῥᾴδιον.

Lib. 2. Argon. Apolloni' Αὐτῆμαρ κε δόμους ὀλοῷ πυρὶ δηώσειαν.

Seneca Thyeſte,

Ima permutat breuis hora ſummis,

Lib. 1. Liuius de Albano excidio. *Egreſſis Vrbem Albanis, Romanus paſſim publica, priuataq. omnia tecta adaequat ſolo: vnaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba ſteterat, excidio, ac ruinis dedit.* Et alibi, *Simul, parta decora vnius horae fortuna euertere ſolet.* Curtius *Quid? tu ignoras arbores magnas diù creſcere, vna hora extirpari?* Huc pertinent verba illa Andronici ſenioris Imperatoris ad Nepotem, à Graegora Nicephora relata, Μὴ ταῖς παρούσαις ἄνθρωπος ὢν πίστευε τύχαις. ἀλλ' ὅρα τὸ τῶν πραγμάτων ἀβέβαιον καὶ ἀστάθμητον, ἀρξάμενος ἐξ ἐμοῦ, ὅρα μακροῦ βίου τέλος. θαύμαστον πῶς μία δὴ νύξ αὐτόν με βασιλέα παρειληφυῖα πολυετῆ βασιλευόμενον, οἴχεται καταλιμπάνουσα; hoc eſt; Ne tu, homo cùm ſis, praeſenti fortunae credas: ſed rerum reſpice inconſtantiam, atq. inſtabilitatem, à me ſumpto initio: illudq. conſidera, vitam quamuis longam, finem tamen habituram. Admirare quo nam pacto me vna nox, quae multorum annorum Imperatorē accepit, alieno imperio ſubiectum reliquerit. Hanc verò Ennianam eloquutionem Lucretius non ſemel vſurpauit,

(Margin: Lib. 3. — Lib. 7. — Lib. 9. — Lib. 5.)

Principio maria, ac terras, caelumq. tuêre,
Horum naturam triplicem tria corpora, Memmi,
Treis ſpecies tam diſſimileis, tria talia texta
Vna dies dabit exitio: multoſq. per annos,
Suſtentata ruet moles, & machina mundi.

Ibidemq. *At non multa virûm ſub ſignis millia ducta*
Vna dies dabit exitio? ——

Lib. 3. Et rurſus, —— *miſer, ô miſer aiunt, omnia ademit*

Vna

Vna dies infeſta tibi tot praemia vitae.

Ouidius Lucretij poëſin laudans, ſic eſt Lucretium imitatus, Li 1. Amor.

Carmina ſublimis tunc ſunt moritura Lucreti Eleg. 15.

Exitio terras cùm dabit vna dies.

Idem, *Vna dies Fabios ad bellum miſerat omnes,* Lib. 2. Faſt.

Ad bellum miſſos perdidit vna dies.

De ijſdem rurſus, Lib 1. de

—— quamuis cecidêre trecenti, Pont.

Non omnes Fabios abſtulit vna dies.

Properti', *Tantum operis belli ſubſtulit vna dies.* Lib. 3.

Cornelius Seuerus de Cicerone.

Abſtulit vna dies aeui decus ——

Seneca Hercule Oetheo,

—— cecidit Oechalia inclyta,

Vnuſq. Titan vidit, atq. vnus dies

Stantem, & cadentem ——

Plautinus Seruus in Perſa contraria ſententia,

Diu quod benè erit, vno die abſoluam.

Haec ferè omnia ex noſtris Adagiorum libris. FORTVNAE FORTE RECVMBVNT HAVD QVAQVAM QVENQVAM SEMPER FORTVNA SEQVVTA'ST] Quàm bellè his alliterationibus fortunam fortuna ſuperari oſtendit, neminemq. perpetuò felicem tranſigere vitam. Seneca, *Fortuna non ſemper vna via, nec tota quidem incurrit.* Plautus Truculento, Li. 6 Epiſt.

Actutum fortunae ſolent mutarier, varia vita eſt.

Praeclara quidem eſt illa Myronis exclamatio, quam ità Latinè reddidit Rutilius Lupus. *O Fortuna, quàm vehemẽter te rerum varietas oblectat; et quàm magno odio eſt tibi beatae vitae perpetuus, & conſtans fructus.* Quapropter rectè quidem ſenex ille Euripideus Agamemnonẽ de immolanda Dianae filia animo aeſtuantem, admonet, illum ab Atreo non rebus laetis modò genitum fuiſſe, ſed oportere viciſsim & triſtari, & gaudere,

Οὐκ ἐπὶ πᾶσί σ' ἐφύτευσ' ἀγαθοῖς

Ἀγάμεμνον, Ἀτρεύς

Δεῖ δέ σε χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι.

Idem rurſus, Ingentem hominibus felicitatem, inquit, non eſſe durabilem, Ὁ μέγας μὲν ὄλβος οὐ μόνιμος ἐν βροτοῖς.

Pindarus in Pythijs eandem expreſsit ſententiam, Ode. 3.

Ὄλβος δ' οὐκ ἐς μακρὸν ἀνδρῶν ἔρχεται.

Hinc Menander eleganter dixit, Vitae, ac dolori quandam intercedere cognationem.

Q. ENNII FRAGMENTA EX IX. ANNALI.

Non. Luctant. — virei valideis viribu' luctant.

*

Macr. lib. 6. c. 4. — lychnorum lumina bis ſex.

*

Priſ. lib. 9. Cyclopis venter velut olim turſerat alti
Carnibus humaneis diſtentus —

*

Non Perpetuitaſsit. Libertatemq. vt † perpetuitaſſint quàm maximè. † perpetuitaſsit, uel perpetuitas ſit.

*

Cic Bruto. Additur Orator Corneliu' † ſuauiloquenti † ſuaui loquenti
† Ore Cethegus, Marcu' Tuditano collega
Agell. li. 12 c. 2. † Filius is dictus olleis popolaribus, olim
Cic. Senect. & Bruto. Qui tum viuebant homines, atq. acuum agitabāt,
Flos delibatus popoli, Suadaeq. medulla.

*

Priſc lib. 6. Sed q̃d ego haec memoro? dictū factūq. facit frux.

*

EXPLICATIO.

— VIREI VALIDEIS VIRIBV' LVCTANT] V, litterae repetitione, vehementem virium vigorem exprimit. Simili ferè modo Lucretius, *Vel violenta viri vis*. Virgilius, Ennianis verbis, ait,

— validis ingentem viribus haſtam.

Obſeruanda praetereà eſt in Lucto, actiua verbi inclinatio. — LYCHNORVM LVMINA] Lucretius.

Quin etiam nocturna tibi terreſtria quae ſunt.
Lumina pendentes lychni —

Statius, *— tendunt auratis vincula lychnis*

Et Virgilius, *— dependent lychni laquearibus aureis*,

Qui, vt ait Chirius Fortunatianus, non indecorè vitandae humilitatis aucupio, lychnos, pro lucernis dixit. BIS SEX] Sic etiam Virgilius, tum metri neceſsitate, tum etiam, vt duram vocem *duodecim* refugeret, *bis ſex radios* dixit, & *bis ſex corpora matrum*. CYCLOPIS VENTER VELVT] Per ſimilitudinem haec dicta viden-

Marginal notes: Lib. 5. — Lib. 2. Aen. — Lib 5. — Li 1 Theb. — Lib 1. — Lib. 3.

videtur — ALTI] Epitheto Cyclopis proceritatem oſtendit, quam maiori verborum copia, ac ὑπερβολικῶς, protulit Virgilius,

— ipſe arduus, altaq. pulſat Sydera — Lib 3. Aen.

CARNIBVS HVMANEIS DISTENTVS] Homerus de Cyclope, Αὐτὰρ ἐπεὶ κύκλωψ μεγάλην ἐμπλήσατο νηδὺν Ody ι.

Ἀνδρόμεα κρέ᾽ ἔδων —

Virgilius de Polyphemi immanitate, voracitateq.

Viſceribus miſerorum, & ſanguine veſcitur atro. Lib 3 Aen.

Et paullò poſt,

Nam ſimul expletus dapibus —

Diſtentus verò, idem quòd plenus. Virgilius, Eclog 4.

Ipſae lactae domum referent diſtenta capellae Vbera —

LIBERTATEMQ. PERPETVITASSENT] Ità perperàm refertur à Nonio, ſed fortaſſe tolerabilius,

Libertatemq. vt quàm maximè perpetuitaſſent.

ADDITVR ORATOR CORNELIVS] M. Cornelius Cethegus decem annos poſt ſecundum bellum Punicum incaeptum cum P. Sempronio Tuditano Cenſor creatus eſt; qui Senatum, & Senatus Principem Q. Fabium Max. elegerunt: ijdemq. quadriennio pòſt, eodem flagrante bello, rurſus Coſſ. fuere. De quibus Cicero in Bruto; *At hic Cethegus Coſ. cum P. Tuditano fuit bello Punico ſecundo: Quæſtorq. his Coſſ. M. Cato modò planè annis C X L. antè me Conſulem. Et id ipſum niſi eſſet vnius Ennij teſtimonio cognitum, hunc vetuſtas, vt alios fortaſſe multos, obliuione obruiſſet.* Eorundem Coſſ. meminit rurſus in Catone: tum etiā Liuius, Caſsiodus, Faſti Capitolini, atq. Siculi. Quare meritò reijcienda eſt lectio, quam Ianus Parraſius in Commentarijs de arte Poëtica ſequitur,

Ore Cethegus Veturio Collega Philoni.

Quandoquidem in Cenſura, & Conſulatu ſemper Cethego Tuditanus collega fuit: & ex eodem Ciceronis Bruto apparet, ſecundo bello Punico L. Veturium Philonem non cum Cethego, ſed cum Q. Metello fuiſſe Coſſ. FILIVS IS DICTVS] Alij legunt.

Filius is Marcei dictus popularibus ollcis.

Aut, *Filiu' Marci a ris dictus popularbus olim.*

Vel, *Filius is cuncteis dictus popularibus olleis.*

Huius eloquētiam vt probaret Cicero, hunc Ennij locum ex IX. Annali adducens, ait; *Quem verò exſtet, & de quo ſit memoriae proditum, eloquentem fuiſſe, & ſic eſſe habitum, primus eſt M. Cornelius Cethegus, cuius eloquentiae eſt auctor, & idoneus quidem mea ſententia, Q. Ennius, praeſertim cum, & ipſe eum audierit, & ſcribat de mortuo, ex quo nulla ſuſpicio eſt amicitiae cauſſa eſſe mentitum.* Cethegi autem, quos Flaccus In Bruto.

in

in Poëtica Cinctutos, & in Epiſtolis, Priſcos appellat, Cornelij dicti ſunt: quae gens in multas familias diffundebatur. Cornelij enim appellati ſunt, Scipiones, Sullae, Lentuli, Blaſiones, Siſennae, Cinnae, Ruffini, & alij plerique. — SVAVILOQVENTEI ORE] Antiphon ἡδυλόγος dixit, Lucretius, *Suauiloquenti carmine*, & *ſuauiloquis verſibus*. Cicero in II. de Rep. Menelao, inquit, Laconicam quandam fuiſſe ſuauiloquentem breuitatem. Quinctilianus, *Non enim ſine cauſa dicitur Barbarum, Graecumúe. Nam ſonis homines, & aera tinnitu dignoſcimus. Ita fiet illud, quod Ennius probat, cùm dicit ſuauiloquenti ore Cethegum fuiſſe, non quod Cicero in his reprehendit, quos ait latrare, non agere*. Naeuius in Alceſtide Graeco more, vnica dictione ex tribus compoſita, *Neſtorem dulcioriloquum* dixit. — DICTVS OLLEIS POPVLARIBVS OLIM] Hoc acroteleution cum ſequentibus verſibus non modò apud Agellium in ſulsè deridet Seneca, verum etiam Ciceronem carpit, quòd eos tanquā bonos laudauerit. QVI TVM VIVEBANT HOMINES, ATQ. AEVVM AGITABANT] Bimembri expolitione hūc locum Poëta exornauit; eandem ſcilicet rem commutatis verbis exprimens; à cuius imitatione non longè abeſt ille Maronis,

Lib. 1. & 2. (margin) · Lib. II c. 3. (margin) · Lib. 12 c. 2. (margin) · Lib. 3. (margin)

Quid puer Aſcanius? ſuperat ne, & veſcitur aura?

Lib. 1. Et, *Quem ſi fata virum ſeruant, ſi veſcitur aura*
Aetheria, neq́ adhuc crudelibus occubat vmbris.

Li. 4. Geor. Sed extrema Enniani carminis verba, ſic alio loco vſurpauit Maro,

— magniſq. agitant ſub legibus aeuum.

FLOS DELIBATVS POPOLI] Flos tranſlatè, rem egregiam, atq. praeſtantem ſignificat. Pindarus, ναυτᾶν ἄωτον, πατέρων ἄωτον, μουσικῆς ἄωτον, Theocritus, θεῖον ἄωτον ἡρώων. Homerus, ἥβης ἄνθος, Euripides, ἑλλάδος ἄνθος; Vnde Iuuenalis, *Flos Aſiae*, Lucanus, *Flos Heſperiae*, Catullus, *Flos Veronenſium iuuenum*, Cicero pro Flacco, *Legatorum Florem*, pro Plancio, *equitum Romanorum Florem*. — DELIBATVS] Quaſi ex omni populo collectus. Sed fortaſſe, *illibatus*, hoc eſt, intactus, & incorruptus. Flos enim quamuis leuiter attrectetur, facilè marceſcit: &, vt ait Catullus,

— poſtquam tenui carptus defloruit vngui,
Nulli illum pueri, nullae optauere puellae.

Lib. c. 16. — SVADAEQ. MEDVLLA] Quinctilianus, *Neq. enim, inquit, mihi permiſerim eadem vti declaratione, qua Ennius M. Cethegum Suadae medullam vocat*. Cicero in Bruto; πειθὼ *quam vocant Graeci, cuius effector eſt Orator, hanc Suadam appellauit Ennius, cuius autem Cethegum medullam fuiſſe vult, vt quam Deam in Periclis labris ſcripſit Eupolis ſeſſitauiſſe, huius hic medullam noſtrum Oratorem fuiſſe dixerit*.

Haec

Haec ab Horatio, *Suadela*, ab Alcidamante τῶν λόγων τελεσφόρος, à Quinctiliano *perſuadendi Dea* dicitur: cuius templum, vt quidam dixit, nó aliud erat, πλὴν λόγος. Vnde Themiſtocles, vt refert Herodotus, dicebat, Athenię̄ es duobus magnis fretos numinibus, Suadela ſcilicet, & Neceſsitate, ab Andrijs pecuniam petijſſe. Quoniam verò Suada hominum animos quò vult, impellit, ac flectit, à Graecis ψυχαγωγὸς, à noſtris Flexanima dicta eſt: quam ſolam mortalibus reginam eſſe, apud Euripidem Hecuba dixit: eiq. Aeſchylus μελιγλώσσους ἐπαοιδὰς tribuit. Medulla quidem Suadae, tranſlatè dictum eſt, petita à natura ſimilitudine, quae medullam, vt rem adeò vitae neceſſariam, eo loci condidit, quo nihil eſſet penitius. Atq. inde eſt, vt, cùm intimam ſiue odij, ſiue amoris affectionem cum quadam ſuperlatione exprimere volumus, medullitus aut odiſſe, aut amare dicamus. Indidem Euripides in Hippolyto, Amicitias, ait, mediocres eſſe debere, non πρὸς ἄκρον μυελὸν ψυχῆς, hoc eſt, ad intimam animae medullam. Theodorus in Ciceronis Senectute Suadae medullam, μελίγηρον vertit. Hinc illud emanauit adagium, quod de ſuauiſsimis rebus dici aſſerit Suidas, Μέλιτος μυελὸς. Videtur autem Cornelij eloquentiam extuliſſe Poëta noſter ad Homericam imitationem; qui Neſtorem ἡδυεπῆ, & λιγὺν ἀγορητὴν appellat; è cuius lingua, ait, vocem fluere melle dulciorem, Iliad. α.

Τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή

SED QVID EGO HOC MEMORO?] Κατ' ἐπανόρθωσιν. Virgilius, *Sed quid ego haec autem nequicquam ingrata reuoluo?* Lib. 2.

Eiuſdem ferè ſententiae eſt illud Apollonij, Lib. 1.

Ἀλλὰ τί μύθων ἦδος —

Item alibi, Ἀλλὰ τίη ταδὲ τοι μεταμώνια πάντ' ἀγορεύω, Lib. 3.

— DICTVM FACTVMQ. FACIT FRVX] Frux, pro homine frugi, vt obſeruat Priſcianus: ac eum intelligit Poëta, qui Lib. 6. non magis verbis, quàm re ipſa promptus ſit. Hoc ipſum veterum Graecorum prouerbio erat, ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον, de rebus quae dictocitiùs conficiuntur, vt ait Suidas. Quemadmodum & illa. — ῥηθὲν καὶ πραχθὲν, & λόγου τάχιον. Hieronymus in Epitaphio Fabiolae; *Necdum* (inquit) *dictum iam factum*. Ariſtenaetus in Epiſtola quadam πινύσεις (ait) οἶδα ἐγὼ, ὁ δ' οὖν νέος. καλὴ γὰρ ἦν καὶ παρθένος. ἅμα ἔπος ἅμα ἔργον. Apollonius lib. IV.

Ἔνθ' ἔπος ἠδὲ καὶ ἔργον ὁμοῦ πέλεν ἐσσυμένοισιν.

Quos locos non obſeruauit diligens ille Adagiorum Auctor.

Q. ENNII FRAGMENTA
EX X. ANNALI.

Macr. lib. 6. c. 1.

HEic nox praeceſſit ſtelleis ardentibus apta.

Priſc. lib. 1.

Inſignita ferè tum millia militum octo
Duxit, delectos, bellu m tolerare potenteis.

Idem. lib. 10

Leucatem campſant —

Diom. lib. 1.

— pinſunt terram genibus —

Don in Phorm.

Regnei verſatum ſummam vero columnam.

Non. Paſsũ.

Aegro corde, comis, paſſis latè palmis, pater.

Diom. lib. 1.

— horitor † Endoperator — († Induperator.)

Var lib. 6. de lin lat. Feſt. Nictare.

— animus cum pectore latrat,
Velutet ſi quando vincleis venatica † velox
† Apta † ſilet cani', fortè feram ſi nare ſagaci
Senſit, voce ſua † nictit, vlulatq. ibei † acute.

(† Vinclo uenatica aeno. † Venenox, uel ueno'. † Rapta, uel capta. † ſolet. † nictu. † acute.)

Macr lib. 6. c. 1.

Quae neque Dardanijs campeis potuêre perire
Nec cum capta capi, nec cum combuſta cremari.

Feſt. Veruta

— curſus quingentos ſaepè veruti.

Ser. in 4. Geor.

— aſpectabat virtutem legionis
Si muſſaret, vel dubitaret, denique cauſſa
Pugnandi id fieret, aut duri fortè laboris.

EXPLICATIO.

HEIC NOX PRAECESSIT STELLEIS ARDENTIBVS APTA] Hic verſus ob Macro ij exemplariorum varietatem incertum eſt, an ex IX. vel X. Annali referatur. Eum tamen

tamen non ſemel aemulatus eſt Maro, vt alibi in his noſtris commẽtationibus adnotauimus. Item Lucretius in extremo de rerum Natura,

Autumniq. magis, ſtellis fulgentibus apta
Concutitur caeli domus vndique, totaq. tellus.

Sed fortaſſe pro, *praeceſſit*, *proceſſit*, legendum eſt. Virg. Eclog. 6.

—— & inuito proceſſit veſper Olympo.

MILLIA MILITVM OCTO DVXIT, DELECTOS] Idem in Medea, *Argiuos delectos viros*: Catullus. *Lectos iuuenes*. Andreas Alciatus in libello de Plautinorum carminum ratione, vt oſtẽderet apud Veteres quandoq. *m*, in fine dictionis ſequente vocali, non elidi, affert, ex Ennio,

Conuenêre decem tum millia militum octo.

Qui verſus, aut corruptus eſt, aut alius ab eo, quem ſcripſimus. BELLVM TOLERARE POTENTEIS] Commendatio à laborum tolerantia. Virgil. Lib. 8.

—— ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & graue Martis opus ——

Diomedes obſeruat, Salluſtium vnica dictione, *bellipatientem iuuentutem*, dixiſſe. LEVCATEM CAMPSANT] Cùm hoc loco Leucatis, Epiri promontorij, & infrà Dardanorum mentio fiat, fortaſſe haec referri poſſunt ad id bellum, quod à Romanis in Graecia geſtum eſt, atq; à Liuio deſcribitur lib. XXXVII. Eſt autem Leucates appellatũ à rupe alba, quae mari quaſi dorſum porrigitur: λευκὸν enim album eſt. Vnde aiunt impatienter amantes deſilire ſolitos. Ac primum inde Sappho amoris oeſtro percitam, ſeſe dediſſe praecipitem, auctor eſt Menander,

—— τὸν ὑπερκόμπον
Θηρῶσα Φάων' οἰστρῶντι πόθῳ
Ρ'ῖψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς
Ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σὴν δέσποτ' ἄναξ.

Eandem ad Phaonem ſcribentem inducit Ouidius,

Ibimus ô Nymphae, monſtrataq. ſaxa petemus.
Sit procul inſano victus amore timor.

Papinius in Siluis, —— *ſaltusq. ingreſſa viriles*
Non formidata temeraria Leucate Sappho.

Campſare autem à κάμπτειν deduci, etiam Priſciani auctoritate cõfirmatur, qui ait, *Cambio* ἀμείβομαι *ponit Chariſius, & eius praeteritum campſi, quod* ἀπὸ τοῦ κάμπτω ἔκαμψα *Graeco eſſe videtur, vnde campſo campſas ſolebant Vetuſtiſſimi dicere*. Graecis itaq. κάμπτειν ἄκραν idem eſt, quod Latinis, flectere promontorium. Cicero; *Qui nauigant, in flectendis promontorijs ventorum mutationes maximas ſaepè ſentiunt.* Lib. 10. Lib. de Diuin.

X Et

Lib. 5. Et ad Atticũ, *Leucatem flectere moleſtum videbatur.* Eſt enim κάμπτειν, ſyrtes, & ſcopulos, oramq. ventis infeſtam vitare, quam non ſine vitae diſcrimine nauigantes praeterlabuntur. — PINSVNT TERRAM GENIBVS] Item alibi.

Cubiteis pinſibant humum ——

Quem locum non modò ex iſto Homeri mutuatus eſt Ennius, ſed planè conuertit,

Iliad. ρ. *Ὁ δ' ἐν κονίῃσι πεσὼν ἕλε γαῖαν ἀγοστῷ*

Vnde facilè mendum apud Diomedem dilui potuit: apud quem perperàm, pro, *terram*, *ceram*, legitur. Terram verò genibus pinſere, de ijs dictum eſt, qui moribundi in genua labantes procumbunt. Virgilius,

Lib. 10.

Sternitur inſelix Acron, & calcibus atram
Tundit humum, exſpirans, infractaq. tela cruentat.

REGNI VERSATVM] Locus, omnino immedicabilis. AEGRO CORDE] Pathos ab animi aeſtu. — COMIS PASSIS PALMEIS] Pathos à corporis habitu. Nonius, paſſis, patentibus, & expanſis interpretatur. Maro *paſſis crinibus*. PATER] ἐμφατικῶς à nominis veneratione. Sed verſus hic mendo non vacat. — HORITOR] Adnotat Diomedes, Veteres, quaſi ſpecie iteratiua *horitor*, pro, *hortator* dixiſſe. — ANIMVS CVM PECTORE LATRAT] Verbum hoc ad homines aliquando transfertur, cùm vehementer ira concitati, latrantis canis ritu, vociferantur. Hoc autem loco Poëta quempiam oſtendebat, qui viſis hoſtibus, elatus animo, ira exardeſceret. Quod totum proculdubio ex Homero ſumptum eſt; cuius verbis commonefacti, ac quaſi filo ducti, hoc hemiſtichium à Varrone relatum, cum tribus ſequentibus verſibus, qui à Feſto adducũtur, rectè Scaligerum coniunxiſſe, exiſtimamus. Sic igitur Homerus,

Lib 8. Æn.

Lib. 1.

Lib 6. de Lin. Lat.

Ὀδυσσ. υ.

—— *κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει,*
Ὡς δὲ κύων ἀμαλῇσι περὶ σκυλάκεσσι βεβῶσα
Ἄνδρ' ἀγνοιήσασ' ὑλάει, μέμονέν τε μάχεσθαι.

Vbi Dydimus ὑλακτεῖν, eſſe ait, cùm cor palpitat, & continuè agitatur. Confirmat Petrus Victorius optimi Varronis exemplaris auctoritate, hîc non, *lactat*, vt perperàm erat in alijs, legendum eſſe, ſed, *latrat*. Quòd autem ſubdit, id Sexti Pompeij teſtimonio non parum adiuuari, qui ait, *latrare*, Ennium pro, *poſcere*, vſum eſſe, mea quidem ſententia, ad hunc locum haud quaquam ſpectare videtur. Quapropter rectiùs quis exiſtimauerit, Ennium hoc verbum in eo ſenſu, quem Sex. Pompeius ſequitur, alibi protuliſſe. Animum autem cum pectore latrare dixit, eorum ſequutus opinionem, qui animi ſedem in corde eſſe arbitrati ſunt. Vnde ſaepè Veteres metonymicῶs cor, pro animo vſurparunt. CVM PECTORE] Melius, *animusq. in pectore*

Lib 9. Var. lect c. 7.

pectore latrat, vt Homericum ἔνδον efficaciùs exprimeretur. — VELVTI SI QVANDO] Similitudo, ſiue collatio per affectum. Integer autem hic verſus eſſet, qui modò acephalus eſt, ſi pro *Velnti*, *Sicuti* reponeretur. VENATICA VELOX] Graeco more venatorio cani femininum tribuit ſexum; vt Homerus in ſuperioribus carminibus, Sophocles in Aiace, & ſaepè Oppianus in κυνηγετικῶν libris. Quod ipſum Latini etiam Poëtae videntur obſeruaſſe. Varius in libro de Morte eadem comparatione,

Ceu canis vmbroſam latrans Gortynia vallem
Si veteris potuit ceruae comprendere luſtra,
Saeuit in abſentem, & circum veſtigia luſtrans,
Aethera per nitidum, tenuem ſectatur odorem.

Lucretius, *Nanque canes vt montiuagae perſaepè ferâs* Lib. ■
Naribus inueniunt intectas fronde quietes,
Cùm ſemel inſtiterint veſtigia certa viai

Gratius Poëta, qui feliciſſimo Auguſti ſaeculo floruit, in libello de Venatione ſimiliter idem genus cani tribuit,

Sic canis illa ſuas taciturna ſuperuenit hoſteis,
At clangore citat, quos non dum conſpicit apros
Aetola quaecunque canis de ſtirpe ——

Nemeſianus in libro, quem ad Oppiani imitationem Cynegeticon appellauit, de canum forma loquens, ait,

Renibus ampla ſatis validis, diductaq. coxas.

Et Horatius, *multa cane*. At Silius eadem à cane ſumpta ſimilitudine, hanc ſummorum vtriuſque linguae auctorum obſeruationem praetermiſit, cùm canem maſculina voce protulerit;

Vt canis occultos agitat cum Belgius apros,
Erroreſq. ferae ſolers per deuia merſa
Nare legit, tacitoq. premens veſtigia roſtro,
Luſtrat inacceſſos venantum indagine ſaltus:
Nec ſiſtit, niſi conceptum ſectatus odorem,
Deprendit ſpiſſis arcana cubilia dumis.

NARE SAGACI] *Sagire*, vt Cicero interpretatur, *ſentire acutè* Lib. 1. de
eſt: ex quo, ſagae anus, quia multa ſcire volunt, & ſagaces dicti canes. Is Diuin.
igitur qui antè ſagit, quàm oblata res eſt, dicitur praeſagire, id eſt futura antè ſagire. Hinc Afranius, Sagax cor, atque ingenium, Lucretius, ſagacem animum, ſagacem mentẽ, & ſagacem rationem dixerũt. Quod ſummi Auctores ad olfactũ pulcherrimè tranſtulerunt. Quare Ci- Lib. 2. de
cero, *Sagaciſſimè odorari*, dixit, & in Epodo Flaccus, *Nanq. ſagaciùs* Orat.
vnus odoror, Plautus Curculion. naſum ſagacẽ. Cicero nariũ ſagacita- Lib. 2. de
tem: à qua canis ῥινηλάτης εὔοσφρητος, & εὔριν, Graecis dicitur: & ῥινηλατεῖν Nat. Deor.

Lib 4 Aen. ſagaciter proſequi, & indagare: Hinc Graeco more Virgilius,

— odora canum vis.

APTA SILET] Oppianus lib. I. de Venatione,

Μηδ᾽ ὑλάειν ἐθέλοιεν ἐπεὶ μάλα θηρσὶν ἐπῆσαν:

Σιγῇ τέθμιός ἐστι πανιξόχα δ᾽ ἰχνεύουσιν.

— NICTIT] Extendit correptam vocalem in caeſura. Pompeius. *Nictit canis, in odorandis ferarum veſtigiis, leniter ganniens.* Scaliger legit *nictat*. cuius ſignificatio longè à re, de qua agitur, remota eſt.

— VLVLATQ. IBEI ACVTE] Vlulare propriè canum, & Li. 1. Geor. luporum eſt, Virgilius,

Per noctem reſonare lupis vlulantibus vrbes.

Lib 6 Et *— viſaeq. canes vlulare per vmbram.*

Videtur autem vlulare à verbo Graeco ὀλολύζειν, deriuari. Vlulae verò aui id nomen impoſitum eſt, quòd flendo eiuſmodi ſtrepitum edat: de qua Auctor Elegiae de Philomela,

Aſt vlulant Vlulae lugubri voce canentes.

NEC CVM CAPTA CAPI] ὀξύμωρον. Virgilius,

Lib 7. *— num Sigeis occumbere campis?*

Nûm capti potuêre capi? nûm incenſa cremari

Troia viros? —

Li. 2. Epiſt. Horatius, *Graecia capta ferum victorem caepit.*

Petronius Arbiter,

Ibat iuuentus capta dum Troiam capit.

Refert Macrobius, Enniũ hoc loco de Pergamis, Eumenis regia agere. — CVRSVS QVINGENTOS] In olim impreſsis Feſti fragmentis deerant haec verba, quae modò in nuper excuſis Fuluij Vrſini diligentia habentur. — ASPECTABAT VIRTVTEM LEGIONIS] In manu ſcriptis Seruij Comentarijs apud eundem Vrſinum, hi verſus abſq. numerorum ſtructura ità habentur in IV. Georg. *Muſſant autem murmurant. Ennius in X. ſic ait, Aſpectabat virtutem legionis, ſiue ſpectans, ſi muſſaret, dubitaret denique cauſſa pugnãdi fieret, aut duri labores.* Non dubium eſt, ea verba, *ſiue ſpectans*, eſſe gloſſema: & inter duo illa, *duri labores*, aliquid deeſſe. Quare non malè, arbitramur, cum locum, vt ſcripſimus, à nobis reſtitutum.

Q. ENNII FRAGMENTA EX XI. ANNALI.

Feſt. lib. 2. & 9. TVm clupei reſonunt, & ferrei ſtridet acumen:

Miſ-

Miſſaq. per pectus dum tranſit, ſtriderat haſta. Idem lib. 8.

Malo cruce ſatum vt des Iuppiter — Nou Crux.

† ſolcos Cõtendunt Graios, Graecos memorare † ſolét ſos. Feſt. Sos.

† caeteriſq. Altè delata † petreiſq. ingentibu' tecta. Idem petrarum.

Sic mulier erubuit; ceu lacte, & purpura miſta. Non. Lacte.

Pendent peniculaméta vnum ad quemq. pedum. Non. peniculamenti.

Vtrique — Feſt. Riman.

EXPLICATIO.

TVM CLVPEI] Clupeus, vt ait Labienus, cùm virili genere profertur, ſcutum ſignificat: Clupeum verò neutro genere imaginem; in qua ſignificatione D. Adrianus in XII. Oratione. *A vobis*, inquit. *P. C. peto, & impetratum validiſſimè cupio, vt proximè imaginem auguſti, argenteum potius clupeum, ſicut Auguſto, ponatis*. Trebellius Pollio in Claudio, *Illi clupeus aureus, vel, vt Grammatici loquuntur, clupeum aureum Senatus totius iudicio in Romana Curia collocatum eſt*. Pomponius Attellanarum ſcriptor in Capella, *Clupeum*, ait, *in medio fixum eſt*. Sed T. Liuius clupea ſaepè pro ſcutis poſuit. Aſinius verò clupeũ pro imagine maſculinè dixit, *Clupeus praetextae imaginis poſitus*. Sueton. in Domitian. *Clupeoſq. & imagines eius coram diſtrahi, & ibidem ſolo effringi, iuberet*. Plin. lib. II. Dubij ſermonis, Vtrunque, ait, indiſtincto genere dici, ſed littera differre, vt pugnatorium per, i, clipeum dicamus, quòd clepere celare ſit; imaginem verò per, u, à cluendo. Sed haec arbitror Plinium non ex ſua, ſed ex Grammaticorum opinione retuliſſe. Nam libro XXXV. Natural. Hiſtor. Cap. III. ait. *Scutis enim, qualibus apud Troiam pugnatum eſt, continebantur imagines; vnde & nomen habuêre clipeorum, non vt peruerſa Grammaticorum ſubtilitas voluit à cluendo*. Cornelius Frõto in libello de differentijs nominum, verborumq. diſtinguit, clupeum eſſe armorũ, clipeum verò imaginis, Quae differentia Chariſio nõ probatur, propter, *i*, &, *u*, litterarum cognationẽ: nã maximus, Lib. 1.

& ma-

& maxumus dicimus; & optimus, & optumus. Sũt autẽ clupei, maiora peditũ ſcuta ità dicti, ſecũdùm aliquorum opinionem, ἀπὸ τοῦ καλύπτειν τὸ σῶμα. A clupeo, *clupeare*, apud Pacuuiũ in Hermiona; idemq.
Lib. 25. eſt, quod apud Liuium, paludamento circùm brachium intorto, in hoſtes impetũ facere, & ab eorum ictibus ſeipſos protegere. Et apud Auctorem ad Heren. *contorta toga*. RESONVNT] Enallage coniugationis. Actius Aeneadis,

Clamore, & gemitu templum reſonit caelitum.

Lib. 9. Videtur Maro hoc Ennij carmen adumbraſſe, cum ait,

—— *tum ſcuta, cauaeq.*
Dant ſonitum flictu galeae, pugna aſpera ſurgit.

— ET FERREI STRIDET ACVMEN] Syllabarũ aſperi-
Iliad. 8. tate ſtridorem expreſsit. MISSAQ. PER PECTVS DVM TRANSIT STRIDERAT HASTA] Homerus,

Αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα.

Lib. 9. Virgilius, —— *it haſta Tago per tempus vtrumque*
Stridens —— & de Aeneae haſta in Turnum contorta,
Per medium ſtridens tranſit femur

Lib. 12. Attius Annal. ſtridentibus ſimiliter litteris eandem ferè extulit ſententiam, *Fraxinu' fixa ferox inſenſa infunditur oſſis.*

MALO CRVCE] πάθος à modo. Videtur quiſpiã potius optare vitam ſuſpendio claudere, quàm indigna perpeti: quibus verbis ſimillima ſunt illa Plautinae anus in Aulularia,

Vtinam me Diui adaſſint ad ſuſpendium,
Potius quidem, quàm hoc pacto apud te ſeruiam.

Li. 2 Tusc. Nec illa Ciceronis ab hoc loco ſunt reijcienda, *Mori malunt, quàm tantummodò de dignitatis gradu dimoueri*. Terentius in Adelph.

Animam relinquam potius, quàm illam deſeram.

Comici frequenter *malam crucem* dixerunt: maſculinè verò, ita protulit Gracchus, in oratione poſteriore, quam in Popillium, & Mathonem habuit, *Eo exemplo inſtituto, dignus fuit, qui malo cruce periret.* Sed locus hic metri neceſsitate, reſtituendus eſt,

Malo, cruce vt fatum des Iuppiter ——

CONTENDVNT GRAIOS] Feſtus refert hunc verſum in dictione, *Sos*, ac etiam in, *Regium eſt*, ſiue, *Romanos*: vbi ingens eſt lacuna, quam priùs Scaliger, & poſteà Vrſinus ex ſcripturae reliquijs implere tentarunt. Quod hic mihi feliciùs videtur aſſequutus: ita enim inquit, *Romanos in lib. XI. Graecos appellat Ennius, cum ait. Contendunt Graecos, Graios memorare ſolent eos, quod Graeca lingua longos per temporis tractus gentibus Hiſpani, non Romanos ait Graecè locutos, cùm Romulus vrbis conditor verbis linguae Latinae locutus ſit; ſed quòd*

olim

olim lingua Graeciae gentis fuerit eadem cum Latina, parum prolatione mutata. Hoc autem verum eſſe indicat origo eius, quae videtur quaſi Graecae vſurpatio. Et fortaſſe pertinet ad hunc locum hic Ennij verſus à Chariſio relatus in lib. II.

Hiſpanè non Romanè memoretis loqui me.

ALTE DELATA, PETREISQ. INGENTIBV' TECTA.] Μετάληψις, qua ſpecus magnitudo innuitur. Intelligit hoc loco Feſtus petras, naturale ſaxum, in mare prominens. Scaliger legit hunc verſum,

Altè elata ſpecus, petrisq. ingentibu' tecta.

SIC MVLIER ERVBVIT] Aliqui Nonij Emendatores, ità legunt, nimirum dictionem, *mulier*, per Synezeuſim in duas ſyllabas contrahentes. In vulgatis verò omnibus ſcriptum eſt, *Et ſi mulier*. Sed fortaſſe ne verſus laudicet, legendum eſt,

Erubuit mulier —— vel, *Sic mulier rubuit* ——

— CEV LACTE, ET PVRPVRA MISTA] Τὸ πρέπον pudicae mulieris à ſimili, vel à collatione per colorem; quò ingenuam illius ſpeciem oculis ſubijceret. Captiuam fortaſſe mulierem, deſcribit Ennius, quae in hoſtium cõſpectum adducta genas rubore, quaſi lacte admiſto, ſuffuderit. Lact, autem, & lacte, pro, lac, Veteres dixiſſe, Chariſius, & Priſcianus docent. Caſsius Hemina, *Ex Tiberi lacte hauriri.* Cato, *In Italia atrae caprae lacte candidum habent.* Caecilius Titthe, *Praeſertim quae non peperit, lacte non habere,* Lib I. Anna. lib. 4.

Sed obruit hunc locum ſua imitatione Virgilius, Lib 12.

Accepit vocem lacrimis Lauinia matris,
Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subiecit pudor, & calefacta per ora cucurrit.
Indum ſanguineo veluti violauerit oſtro
Si quis ebur; vel miſta rubent vbi lilia multa
Alba roſa; tales virgo dabat ore colores.

Nec longè minori venuſtate Claudianus, Lib. 1. de Rapt. Proſer.

—— niueos infecit purpura vultus
Per liquidus ſuccenſa genas: caſtiq. pudoris
Illuxêre faces. non ſic decus ardet eburnum,
Lydia Sydonio quod ſemina tinxerit oſtro.

Idem ferè Statius, anguſtiori tamen periphraſi; Li. 1 Achill.

Lactea Maſſagetae veluti cùm pocula fuſcant
Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro.

Ouidius, *Et neq. iam color eſt miſto candore rubori.* Lib 3. Met.

Quae omnia ex perenni Homerico fonte emanarunt; quamuis non de muliere pudore ſuffuſa loquatur, ſed de ſanguine, qui è Menelai Iliad δ.

vulnere

vulnere efluens, eius corporis candorem infecerat. Sic igitur inquit.

Ὡς δ' ὅτε τίς τ' ἐλέφαντα γυνὴ φοίνικι μιήνῃ
Μῃονὶς ἠὲ κάειρα, παρήϊον ἔμμεναι ἵππων.

Ex quo apparet, hoc Moconiarum mulierum fuiſſe inuentum. Ouidius Amorum lib. II. Eleg 5.

Quale roſae fulgent inter ſua lilia miſtae.
Aut vbi cantatis Luna laborat equis.
Aut quod, ne longis flaueſcere poſſit ab annis,
Moeonis Aſſyrium femina tinxit ebur.

Muſaeus Erus pulchritudinem deſcribens, ſummos, inquit, niuearum genarum circulos haud ſecus quàm roſa bicolor, ex folliculis erumpens, rubeſcere,

Ἄκρα δὲ χιονέων φοινίσσετο κύκλα παρειῶν
Ὡς ῥόδον ἐκ καλύκων διδυμόχροον —

Sed quàm lepidè Anacreon?

Γράφε ῥῖνα καὶ παρειὰς
Ῥόδα τῷ γάλακτι μίξας —

Li. 2. Eleg 3. His non diſsimile illud Propertij,

Vt Maeotica nix minio ſi certet Ibero,
Vtq. roſae puro lacte natant folia.

Nec praetermittendus locus Senecae in Medea,

Oſtro ſic niueus Phoeniceo color
Perfuſus rubuit: ſic nitidum iubar
Paſtor luce noua roſcidus aſpicit.

Li 3. Chriſt. Hieronymus Vida antiquorum imitatione, ſed remiſsiore ſpiritu,

—— pudor ora pererrans.
Cana roſis veluti miſcebat libia rubris.

Iulianus Barada Poëta eximius, ac cum antiquis conferendus, in Elegia de Roſa,

Interea dulces oculos conuerſa tuetur
Albentem dudum ſuaue rubere roſam:
Ceu ſolet Aurorae facies, cum laetus Eous
Puniceo niueas inficit igne genas.

Lib. 1. c. 4. Purpura autem ab Hercule apud Tyrios, vt tradit Pollux, inuenta
1 E. fuit. Virgilius Moelibęam extollit, de qua etiam Lucretius,
Lib 2.

Iam tibi Barbaricae veſtes, Maelibęaq. fulgens
Purpura, Theſſalico conc harum tincta cruore.

PENDVNT PENICVLAMENTA] Videtur hîc Ennius eiuſdem Captiuae mulieris peregrinum habitum deſcribere. Scaliger in Moreti explicatione legit hunc verſum,

Pendunt peniculamenta vnum ad quodque pedale;

Vbi

Vbi diſſerens plura de peniculo, & peniculamento, ait, Ennium hîc tractas veſtium lacinias intellexiſſe. Matronarum autem veſtes ad imos pedes defluxiſſe, non dubium eſt. Virgilius de Venere, Lib. 1 Aen.

— *pedes veſtis defluxit ad imos.*

Horatius, — *ſunt qui nolunt tetigiſſe, niſi illas,* Saty. 2. lib. 1.
Quarum ſubſuta talos tegat inſtita veſte:

Idem, *Ad talos ſtola demiſſa* —. Ibid.

PEDVLE] *Pedale, vt ait Fronto, menſura eſt pedis, pedule verò ſub pedibus praeſtat vtilitatem.* Sed in veteri quodam Lexico pedules interpretantur operimenta anterioris partis pedum, de quibus Vlpianus libro XLIIII. ad Sabinum. *Faſciae pedulesque, & impilia, veſtis loco ſunt.*

Q. ENNII FRAGMENTA EX XII. ANNALI.

*

VNus † homo nobis cunctando reſtituit rem: Macrob. lib. 6. cap. 1. Cic. lib. 1. Offic. & de Sen. Sct. 6. Aen. Hier. in Epitaph. Fabiolae.
Non ponebat enim rumores antè ſalutem.
Ergo poſtq. magisq. virei nunc gloria claret.

† qui nobis.

*

Omneis mortaleis victoreis cordibu' viueis Priſc. lib. 1. & 6.
Laetanteis vino curatos, ſomnu' repentè
In campo paſsim molliſsimu' perculit acris.

*

* Olim cernebant magnis de rebus agendeis Seru. lib. 12. Aen.

*

* Ob Romam noctu legiones ducere coepit Feſt. Ob. & Oboritur.

*

* Hoſtem qui feriet, mihi erit Carthaginienſis Cic. pro Cor. Bal.
Quiſquis erit —

*

EXPLICATIO.

VNVS HOMO NOBIS] Duodecimum Annalem, vt in libro de Poëtis tradidit Varro, ſcripſit Ennius cùm ſeptimum & ſexageſimum annum ageret: in quo Q. Fabij Max. res geſtas cele-

 brauit:

brauit. Macrobij enim indicio liquet primum hunc verſum ex eo libro eſſe petitum. Quod autem hic περιφραςικῶς Fabius intelligatur, nõ modò ex ſe patet, verùm etiam Ciceronis teſtimonio confirmatur: qui in Catone de eo loquẽs, ait, *Hic & bella gerebat, vt adoleſcens, cùm planè grandis eſſet, & Annibalem iuueniliter exultantem, patientia ſua molliebat, de quo praeclarè familiaris noſter Ennius. Vnus homo nobis, & caet*, Quae verba Idem ad Atticum, quaſi vulgò dictitata, videtur
Lib. 1. vſurpaſſe; cùm ait, *Bibulus in caelo eſt: nec quare ſcio: ſed ità laudatur, quaſi, Vnus homo nobis*, & caet. Liuius eundem Fabium huiuſmodi
Lib. 30. extulit encomio, *Vir certè fuit dignus tanto cognomine, vel ſi nouum ab eo inciperet. Superauit paternos honores, auitos aequauit. Pluribus victorijs, & maioribus praelijs auus inſignis Rullus: ſed omnia aequare vnus hoſtis Annibal poteſt. Cautior tamen, quàm promptior, hic habitus fuit: & ſicut dubites vtrum ingenio cunctator fuerit, an quia ità bello propriè, quod tũ gerebatur, aptũ erat: ſic nihil certius eſt, quàm Vnum hominẽ nobis cunctando rem reſtituiſſe, ſicut Ennius ait.* Ex quibus Liuij verbis innuitur, non hunc primùm Fabium, Maximum dictum fuiſſe: ſed vt
In Fabio. alibi etiam Idem oſtendit, Rullum eius auum, ſiue πρόπαππον, vt
Cap 38. tradit Plutarchus: quem Auctor de viris illuſtr. Q. Fabium Rutilia-
Lib. 5. num, & Val. Max. Fabium Rullianum appellarunt. Quod quidem Maximi cognomẽ cùm Fabius Cũctator haereditario ſibi iure vẽdicauerit, immeritò Africanus Scipio aegreferebat, quòd Magnus ipſe appellaretur, ille verò Maximus: quare, vt Polyaenus refert libro VIII τῶν ςρατηγημάτων, in haec tãdẽ verba prorupit, Quid ità Fabi? vt tu qui ſolùm exercitũ cõſeruaris, Maximus, ego, qui deuicto Annibale, bellũ cõfeci, Magnus appeller. Cui Fabius, Atqui (inquit) niſi ego milites
Lib. 6. ſeruaſſem, tu nõ habuiſſes, vnde vincere poſſes. CVNCTANDO RESTITVIT REM] Virgilius de eodẽ loquens, integrum hoc carmen ſumpſit, ita tamen, vt ſpondaeorũ tarditate Fabij morã referret,

— tu Maximus ille es,
Vnus, qui nobis cunctando reſtituis rem.

Lib. 6. De eiuſdem cunctatione Silius,

— pulcherrima quorum
Cunctando Fabius ſuperauit facta —

Lib 7. Idem, *At ſi ſacra Senis vis, impreſſumq. fuiſſet*
Siſtere, cunctando fortunam aduerſa fouentem,
Vltima Dardanij tranſiſſet nominis aetas.

Lib 16. Et, *— ſat gloria cauto*
Non vinci pulchra eſt Fabio: peperitq. ſedendo
Omnia Cunctator nobis —

Lib. 1. Manilius, *Inuictusq. mora Fabius —*

Oui-

Ouidius, *Scilicet vt poſſes olim tu Maxime naſci,* Lib 2 Faſt.
Cui res cunctando reſtituenda foret.

Claudian*, *Primus fulmineum lento luctamine Poënum* De bello Gethico.
Compreſſit Fabius ——

Auctor de Viris illuſtr. *Fabius Annibalẽ mora fregit.* Florus. *Prima recedentis, ſed, vt ſic dixerim, reuiuiſcentis imperij ſpes Fabius fuit, qui nouam de Annibale victoriam commentatus eſt, non velle pugnare. Hinc illi cognomen nouum, & Reip. ſalutare, Cunctator.* Fuit idem etiam Clypeus appellatus, quòd eius virtute, vt Poſidonius ait, Romani ab hoſtium impetu protegerentur. — REM] Incolumen Reip. ſtatum. NON PONEBAT ENIM RVMOREIS.] Noluit enim, vt audacis Imperatoris nomen aucuparetur, Reip. ſummam in diſcrimen adducere. Idem ferè expreſſit Liuius libro XLIIII. *Neque enim omnes tam firmi, & conſtantes animi contra aduerſum rumorem eſſe poſſunt, quã Fabius fuit: qui ſuum imperium minui per vanitatem populi maluit, quàm ſecunda fama malè rem gerere.* ERGO POSTQVE MAGISQ. Rectè quidem Muretus exiſtimat, Ennium hoc loco antiquo more magis, dictionem geminaſſe; *Non raro enim, ait, contingit, vt eae voces, quae geminandae erant, ſemel tantùm ab imperitis librarijs ponerentur.* Quod Catulli auctoritate confirmauit, Cap. 43. Lib. 6. Var. Lect c. 1. Ad Mallliũ.

Noteſcatq. magis mortuus, atq. magis.

Idẽ rurſus, *Magisq. & magis in dies, & horas*
Iraſcor tibi ——

Virgilius, *Et magis, atq. magis: quanquàm ſecreta parentis* Lib. 2. Aen.
Anchiſae domus, arboribusq. obtecta receſſit,
Clareſcunt ſonitus ——

Afranius Vopiſco,
Cecidit ſpes reducendi domum, quam cupio,
Cuius ego in dies impendiò ex deſiderio
Magis magisq. maceror ——

Eodem modo Graeci μᾶλλον μᾶλλον dicunt, Alexis in Atthide apud Suidam, —— πῶς ἐπινεφεῖ τὸ πρᾶρον
Ὁ ζῶς ἡσύχως ἔπειτα μᾶλλον μᾶλλον.

Quem locum Scaliger Eupoli tribuit. OMNEIS MORTALEIS VICTOREIS.] Eandem ferè ſententiam M. Varro extulit libro II. de Vita populi Romani, *Propter ſecundas res, ſublato metu, non in cõmuni ſpectant: ſed ſuum quiſque diuerſi commodum focillantur.* Hoc autẽ loco ſuſpicor, Ennium de Iſtris verba facere, qui Romanorum caſtris potiti, epulis, compotationibusq. largiſſimè indulgebãt: & haec verba à L. Atio Tribuno primo ſecundae legionis dicta; qui, vt ait Liuius, *Non hortabatur modo milites, ſed docebat etiam, ſi victores Iſtri,* Lib. 14.

quibus armis caepiſſent caſtra, iiſdem capta retinere in animo haberẽt, primùm exutum caſtris hoſtem ad mare perſecuturos fuiſſe: deinde ſtationes certè pro vallo habituros: vino, ſomnoq. veriſimile eſſe, merſos iacere. LAETANTEIS] Prae victoria, quaſi non amplius belli periculorum memores. Victores enim, vt ait Pindarus, praeteritorum malorum obliuiſcuntur,

In Olym. Ode. 2.

—— τὸ δὲ τυχεῖν
Πειρώμενον ἀγωνίας
Παραλύει δυσφρόνων

— CORDIBV' VIVEIS] Prompta animi alacritate. — VINO CVRATOS] Virgilius paucioribus verbis totum hunc locum perſtrinxit,

Lib. 3. Aen.

Corpora curamus, feſſos ſopor irrigat artus.

Reſpexit vterq. ad illud Simonidis, qui ſuadet, potandum eſſe ob felicem euentum,

Πῖνε πῖν' ἐπὶ συμφοραῖς ἀγαθαῖς ὃ πλεῖον

Lib. 9.

— SOMNV' REPENTE IN CAMPO PASSIM] Virgilius, *—— paſſim vino, ſomnoq. per herbam*
Corpora fuſa vident ——

Lib. 13.

Silius Ital. *Sed non in requiem pariter ceſſêre tenebrae,*
Hinc ſopor impauidus, qualem victoria nouit.

Vox illa, *repentè*, demonſtrat militum animos ab omni prorſus mẽtis ſolicitudine fuiſſe remotos. — MOLLISSIMVS PERCVLIT ACREIS] Optimè quidem adiunctis rem exornauit, dum ait, molliſſimus ſomnus acres victores perculit. Qua voce inſolentes, ac feroces Victorum ſpiritus demonſtrauit, nolentes ſeipſos in rebus proſperis coërcere. Vnde ad Marcellum Cicero ait, *Nihil miſerius, quàm ipſa victoria, quae etiam ſi ad meliores venit, tamen eos ipſos ferociores, impotentioresq. reddit.* OLIM CERNEBANT] Decernebant, ſimplex pro compoſito: *Eſt autem decernere*, vt in Andria Aelius ait, *de magnis certam proferre ſententiam: vnde etiam Senatus decretum.* Idq. ferè, quod ab Ennio dictum eſt, extulit Liuius, qui vbi dixit Romae nunciatum fuiſſe Annibalem cum exercitu ad eam oppugnandã iam aduentare; ſubdit, *Conſules, Senatuſq. in caſtra venerũt: ibi de ſumma Reip. conſultatum.* Qua coniectura hoc loco hunc verſum locauimus: quem ità paenè tranſcripſit Lucretius,

Epiſt. 9. lib. 4.

Lib. 26.

Lib. 5.

Magnis de rebus inter ſe cernere certant.

Eiuſdem ſententiae eſt ille Lucilij,

Conſilium ſummis hominum de rebus habebant.

OB ROMAM NOCTV] Hunc praeterea verſum ab hoc loco non alienum eſſe duximus. Nam de Annibale loqui videtur, qui cùm

Vrbem

Vrbem aggredi ſtatuiſſet, Panico quodam terrore conſternatus, ab incoepto deſtitit. Quare in eo loco, ex quo redijt, Rediculo fanũ erectum eſt: qui Deus, vt ait Cornificius à redeundo appellatus fuit. Idẽ etiam Tutanus à tutando, & Graecè ἀλεξίκακος dictus eſt: de quo Varro in Satyra, quam, *Hercules tuam fidem,* inſcripſerat,

> *Noctu Annibalis cum fugaui exercitum*
> *Tutanus hoc, Tutanũ Romae nuncupor,*
> *Hoc propter omnes, qui laborant, inuocant.*

Verùm Liuius, Florus, alijq. quamplurimi nullã occulti illius, ac repentini timoris mentionem fecerunt: ſed vno ferè ore aiunt, Annibale ad moenia appropinquante, ſummam repentè grandinum, ac imbrium vim, vehementi ventorum, fulgurumque impetu eſſe coortam, qua adeò timore perculſus fuit, vt diuinitùs ab Vrbis oppugnatione propelli ſe exiſtimauerit. *Ob* autem, pro, *ad,* Veteres dixiſſe, Feſtus auctor eſt. HOSTEM QVI FERIET] Cicero ita refert hunc locum. *Atque vtinam, qui vbique ſunt propugnatores huius Imperij, poſſent in hanc ciuitatem venire, & contrà oppugnatores Reip. de ciuitate exterminari. Neq. enim ille ſummus Poëta noſter Annibalis illã magis cohortationem, quàm communem Imperatorum voluit eſſe, Hoſtem qui feriet. & caet.* Omnes enim, quamuis exteros Annibal pro Carthaginienſibus habebat, dummodò Romanis eſſent infenſi. Sed Hoſtem ferire, militaris planè vox erat, qua milites in ſacramentis vſos fuiſſe ex illo Liuij loco perſpicuè liquet, *Niſi aut petendi, aut hoſtis feriẽdi cauſſa.* Atque hinc Feretrij Iouis originẽ deductam aliqui opinantur: hoc eſt ab ictibus, qui interpugnandum inferuntur. Cùm enim milites manus conſerebant mutuò ſe adhortabantur, vt hoſtẽ ferirent. De qua re haec à Plutarcho in Marcello tradita ſunt, Ἄλλοι δὲ παρὰ τὴν τοῦ πολέμου πληγὴν γεγονέναι τοὔνομα λέγουσι. καὶ γὰρ νῦν ἐν ταῖς μάχαις ὅταν διώκωσι τοὺς πολεμίους πυκνὸν τὸ φέρι, τοῦτ᾽ ἐστὶ παῖε, παρεγγυῶσιν ἀλλήλοις. QVISQVIS ERIT] Etiam quantumuis ignotus: qua voce Maro Venerem, & Charontem inducit, Aeneam, tanquàm ſibi ipſis ignotum compellantes.

Pro Cor. Balbo. — Lib. 22. — Lib 1. lib. 6.

Q. ENNII FRAGMENTA EX XIII. ANNALI.

† Inſece. † Induperator.

INſeque Muſa, manu Romanorũ † Endoperator
Quod queiſque in bello geſſit cũ Rege Philippo.

Agell. lib. 15. c. 9.

*

Idem lib 7. c. 2 Non. Cor. Annibal audacei dum pectore † dehortatur, † de mo hortatur.
Ne bellum faciam, quem credidit eſſe meum cor
Suaſorem ſummum, ſtudioſum robore belli.

*

Agell lib. 10. c. 2. — ſatin Vates † verant aetate in agunda. † uerat

*

Priſ. lib. 9. Littora lata ſonunt —

*

Ser. in 4. Geor. Matronae melos complent, ſpectare fauenteis

EXPLICATIO.

INSEQVE MVSA. Solent plerunq. Poëtae in ipſo operis tractu, cùm rem nouam, ac difficilem aggrediuntur, rurſus ad Muſarum inuocationem ſe conuertere. Sic Homerus,

Iliad ξ. Ἔσπετε νῦν μοι μοῦσαι —

Lib. 9. Virgilius, *Vos ô Calliope, precor, adſpirate canenti,*
Quas tibi tum ferro ſtrages, quae funera Turnus
Ediderit: quem quiſq. virum demiſerit Orco.

Lib. 7. Et alibi, *Nunc age qui Reges Erato, quae tempora rerum*
Quis Latio antiquo fuerit ſtatus —

Rurſ' ibid. *Pandite nunc Helicona Deae, cantusq. mouete,*
Qui bello exciti reges: quae quenque ſequutae
Complerint campos acies —

— ROMANORVM ENDOPERATOR. Sequitur ſtatim inuocationem propoſitio, qua Poëta lectorem docilem reddit. Hos autem verſus in huius libri initio collocandos duximus, quoniam Philippi bellum, dequo nunc loquitur Ennius, Antiochi bellum, de quo mox dicemus, aliquantum temporis praeceſsit: quorum vtrũq. à Liuio diligenter pertractatum eſt. Refert autem duos hos verſus Agellius libro XVIII. Noctium Atticarum capite IX. quod in impreſsis ἀκέφαλον eſt. Deſcribam tamen quae deficiebant, ex Gulielmo Cantero, qui haec ex vetuſto admodùm exemplari à blactis & tineis vendicauit. *In libro vetere, in quo erat oratio M. Catonis de Ptolemaeo cõtra Thermum, ſic ſcriptum fuit. Sed ſi omnia dolo fecit, omnia auaritiae, atque pecuniae cauſſa fecit: eiuſmodi ſcelera nefaria, quas neque fanda, neque legenda audiuimus, ſupplicium pro factis dare oportet. Inſecenda quid eſſet quaeri coeptum. Tum ex his qui aderant, alter litterator fuit, alter litteras ſciens: ideſt † alterum docens, doctus alter. Hi duo interſe diſſentie-*

Lib 31. & 35. — Nouar. lect. lib 2. c. 6. — Forte inſe- cenda niſi quæpiã Can- teris hic de- ſit. — † al. et.

ſentiebant. Et grammaticus quidam contendebat. Inſequenda enim ſcribi, inquit, non Inſecenda: † quoniam Inſequens ſignificat, traditumq. eſſe Inſeque, quaſi perge dicere, & Inſequere; itaq. ab Ennio ſcriptũ his verſibus,

Fortè quod in Inſeque ſignificatur, dictumq.

Inſeque Muſa manu, Romanorum Induperator
Quod quiſque in bello geſſit cum Rege Philippo.

Alter autem ille eruditior, nihil † mendum, ſed rectè atque integrè ſcriptũ eſſe perſeuerabat: & Velio Longo, non homini indocto, fidem eſſe habendã, qui in commentario quod feciſſet de vſu antiquae lectionis, ſcripſerit, non Inſeque legendum apud Ennium, ſed Inſece: ideoq. à veteribus, quas narrationes dicimus, inſectiones eſſe appellatas. Varronem quoque verſum hunc Plauti de Menaechmis,

Fortè, mendoſum.

Nihilominus eſſe videtur ſectius quàm ſomnia,

ſic † enarras: nihilo magis narranda eſſe, quàm ſi ea eſſent ſomnia. Haec illi inter ſe certabant. Ego arbitror & à M. Catone Inſecenda, & à Q. Ennio † inſcitè ſcriptum, ſine u littera. Offendi enim in Bibliotheca Patrenſi librum † verae vetuſtatis, † librũ Andronici, qui inſcriptus eſt ὀδύσσεια, in quo erat verſus primus cum hoc verbo ſine u littera,

Fortè, enarraſſe.

Fortè, Inſece.

Fortè, miræ. Fortè Liuij.

Virum mihi Camoena inſece verſutum,

Factus ex illo Homeri verſu. Illic † igitur aetatis, & fidei magnae libro credo. Nam quod in verſu Plautino eſt, ſectiùs quàm ſomnia: nihil in alteras plus argumenti habet. Etiam ſi veteres autem non Inſeque, ſed Inſece dixerunt: credo quia erat lenius, leuiusq. tamen eiuſdem ſententiae verbum videtur. Nam & ſequo. Reliqua verò in impreſsis ſunt legẽda. Feſtus autẽ ad hũc locũ reſpexit cùm ait, *Inſeque apud Ennium, dic: inſexit, dixit.* Proferebant enim ſaepè veteres verba deponẽtia actiuorũ terminatione, quemadmodum hoc loco, Inſeque pro Inſequere, & alibi eloquo, arguo, opino, vago, execro, & ſimilia. ANNIBAL AVDACEI] De Syriaco bello hìc agi, Ceſellius Vindex indicauit, qui in ſuis Antiquarũ lectionũ commentarijs haec verba Antiochi Aſiae Regis eſſe ait, admirantis quamobrem ſe Annibal à bello Romanis inferendo dehortetur. Quod quidem apud Hiſtoricos non modò meminiſ hactenus me non legiſſe, ſed contrarium potius. Ita enim apud Liuium Annibal cum Antiocho loquitur. *Pater Amilcar, Antioche, paruum admodùm me cùm ſacrificaret, altaribus admotum iureiurando adegit, nunquam amicum fore Rom. populi. Sub hoc Sacramento ſex & XXX. annos militaui, hoc me in pace patria mea expulit: hoc patria extorrem in tuam regiam adduxit: hoc duce, ſi tu ſpem meam deſtitueris, vbicunq. vires, vbi arma eſſe ſciam, inueniam toto orbe terrarum quaerens aliquos Romanis hoſtes.* Et paullò poſt. *Odi, odioq. ſum Romanis. Id me verum dicere, pater Amilcar, & Dij teſtes ſunt: proinde cùm de bello Romano cogitabis, inter primos amicos Annibalem habeto, ſi qua res te ad*

† Fortè illi.

Lib. 35.

pacem

pacem impellet, in id conſilium alium, cum quo deliberes, quaerito. Idem etiam in illius vita retulit Plutachus, & Florus in libro II. Epitomes perſtrinxit. Sed cùm haec Ennianis verbis valde repugnent, quid in re tam dubia affirmem, non habeo: niſi dicam, Annibalem dehortatum eſſe Antiochum, ne imparibus copijs cum Romanis contenderet. Nam cùm Antiochus aliquando ſuum exercitum barbarico apparatu magnificè inſtructũ, ſed minus ad bellandum idoneum Annibali oſtendiſſet, illum haec omnia diligenter intuentem percontatus eſt, num eae copiae ſatis ſibi viderentur? Cui Annibal, ſatis ſanè cenſeo, quamuis Romani auariſsimi ſint. Luſit Poenus à re praeter expectationem: nam Antiochus de militum fortitudine ſciſcitabatur, ille verò de praeda reſpondit. Ceſellius autem perperam exiſtimauit, Ennium hoc loco cor, vt multa alia nomina maſculino genere enunciaſſe: in quo etiam lapſus eſt Nonius in libello de Indiſcretis generibus. Haec autem carmina interpretatur Ceſellius, tanquàm Antiochus hoc modo loquatur; *Annibal me, ne bellum geram, dehortatur: quod cùm facit ecquale cor putat me habere, & quàm ſtultum me eſſe credit, cùm id mihi perſuadere vult.* Quam Ceſellij opinionem refellit Agellius libro VII. cap. II. NE BELLVM FACIAM] Antiquè dictum. Salluſtius in hiſtoria Hiero, Rex Syracuſanorum bellũ fecit. — QVEM CREDIDIT ESSE MEVM COR] Hoc eſt quem ego credidi. In qua ſignificatione Homerus caeteriq. optimi Graecae linguae auctores ſaepè κῆρ acceperunt. Plautus Aulul. pro, ego coepi, ait,

Cor meum coepit artem facere ludicram.

Lib. 1. Lucretius eadem ſententia dixit, *credit animus*. Sed alibi ijſdem En-
Ibid. nianis verbis hunc verſum clauſit,

Percuſſit thyrſo laudis ſpes magna meum cor.

Notum quoq. eſt, cor pro ipſo animo aliquando intelligi: vnde vecordes, excordes, & concordes. — STVDIOSVM ROBORE BELLI] Trãſlatio à ligno ad animũ. Omne enim, vt ait Seruius, quod forte eſt, robur vocamus. Hinc Catullus Argonautas appellauit,

—— *Argiuae robora pubis.*

— SATIN' VATES VERANT] ἀληθεύουσιν, *à vero*, antiquo verbo, & obſoleto. Hinc apud Appuleium, Veratrices mulieres dicuntur, quae ſe vera praedicturas pollicentur. LITTORA SO-
Eclog. 6. NVNT] Virgilius, —— *vt Littus Hyla Hyla omne ſonaret.*
SPECTARE FAVENTEIS] Seruius calamo exaratus, cuius aliâs meminimus, in explicatione loci illius in poſtremo Georgicorum, Ore faue, ait, *Ponitur eadem vox pro, velle apud Ennium lib XIII. Matronae melos complent ſpectare fauentes, ideſt volentes.*

Q. ENNII

Q. ENNII FRAGMENTA EX XIV. ANNALI.

*

† utriq. HOrreſcit teleis exercitus aſper † vtrinque. Macrob. lib. 6. cap. 4.

*

Verrunt extemplò placidè mare marmore flauo; Agell. lib. 2. c. 26.
† pulſu. Caeruleum ſpumat ſale, conferta rate † pulſum. Priſ. lib. 5.
Labitur vncta carina: volat ſuper impetus vndas, Mac: lib. 6. c. 1
Cùm procul adſpiciunt hoſteis accedere venteis Idē. li. 6. c. 5
Nauibu' veliuoleis, magno clamore bouantes. Var. lib. 6. de lin Lat.

*

Infit ô ciueis, quae me fortuna ferox ſic Priſc. lib. 10.
Contudit: indigno bello confecit acerbo.
Nunc eſt ille dies, quòm gloria maxima ſe ſe
† Nobis oſtendat ſca. † Oſtendat nobeis, ſi viuimu' ſiue morimur:
Omneis occiſi, obcenſiq. nocte ſerena. Feſt. Ob.

*

Rumphea — Agell. lib. 10. c. 21.

*

EXPLICATIO.

HORRESCIT TELEIS] Rurſus Ennius in Erechthaeo,

Arma rigent, horreſcunt tela —

VERRVNT EXTEMPLO] Pulchra Tranſlatio à ſcopis ad remos, à pauimento ad mare, Virgilius,

Adnixi torquent ſpumas, & caerula verrunt. Lib. 3.

Et, *Certatim ſocij feriunt mare, & aequora verrunt.* Lib. 5.

Catullus, *Caerula verrentes abiegnis aequora palmis.*

Quinque autem hi verſus à diuerſis Auctoribus relati, licet aliter à Poëta diſpoſiti fuerint, tamen hoc modo, quo eos coniunximus, non inconcinnè aptati videntur. Vtcunque autem ſeſe res habuerit, naualis pugna hoc loco deſcribitur: ſed quaenam fuerit, incertum eſt; cùm nec tempus, nec quibus Ducibus commiſſa ſit, conſtet. — MARMORE FLAVO] Hunc locum Agellij verbis explicabimus, apud quem poſt multa à M. Frontone de flaui coloris varietate enodata, fatetur Phauorinus, ſe huiuſmodi Ennij verba, quae Lib. 2. c. 26

antea minimè intelligebat, illius explicatione intellexiſſe: addítq. *Nō enim videbatur, caeruleum mare cum marmore flauo conuenire. Sed cùm ſit flauus color viridi, & albo mistus, pulcherrimè prorſus ſpumas virentis maris, flauo marmore appellauit.* Horatius *Tiberim flauum* dixit, Pa-
In Lucul. cuuius *flauas aquas*, & Claudianus *flauas vndas*. Mare autem iuxta aquarum profunditatem, ventorumq. motus, ac variam lucis, & tenebrarum admixtionē diuerſos videtur colores aſſumere: nam modò album, modò nigrum, modò caeruleum, modò flauum viſitur. Album enim fit cùm initio tempeſtatis paulatim increbeſcente vēn-
Li. 3 Geor to fluctuat. Vnde Maro rerum naturae peritiſſimus,

Fluctus vt in medio coepit cùm albeſcere ponto Longius —

Albicat etiam cum ſtratum ſilet, claraq. luce illuſtratur. Vnde in Lucullo Cicero. *Mare illud, quod nunc, Fauonio naſcente, purpureū videtur, idem huic noſtro videbitur. Nec tamen aſſentietur, quia nobis metipſis modò caeruleum videbatur, manè flauum: quodque nunc quia à ſole collucet albeſcit, & vibrat, diſſimileq. eſt proximo ei continenti.* Cùm verò erumpunt venti, & mare horreſcit, nigrum apparet; quod adiūctum frequenter Homerus ei tribuit; praeſertim verò in III. Vlyſſeae vbi vt fabulae praetextu, rei naturam explicaret, inquit, Neptuno nigros tauros in littore immolari: cui deo, vt potè caeleſti, alba victima debebatur: quod explicans Interpres ait, Tauros Neptuno deberi ob maris ſaeuitiā, nigros verò propter eum colorem, qui ex aquae profunditate fit. Ariſtoteles autem vult, Auſtro ſpirante caeruleum fie-
Lib. 5. ri mare, Aquilone verò obſcurius. Hinc Maro,

—— *fluctusq. atros Aquilone ſecabat.*

Sed Graeci nigrum colorem aliquando cum purpureo confundunt. Auctor magni Etymologici citans illud Homeri, ὡς δ' ὅτε πορφύρῃ πέλαγος, vocem illam πορφύρῃ, exponit, μελανίζει. Corinthus vbi agit de Dorica dialecto, τὴν μέλαιναν γὰρ τοῦ σώματος ἐπιφάνειαν, ἡνίκα ἂν δι' ἐνδρομὴν ὕδατος μελαίνηται, πορφύραν καλοῦσι. Simonides purpureū mare dixit,

ἴσχει δ' ἐπὶ πορφυρέας ἁλὸς ἀμφιταλάσσας μένος ὀρυγμαδός

Li. 4. Geor. Virgilius, *In mare purpureum violentior influit amnis.*

Purpureum mare videtur, cùm elati fluctus inclinatione obumbrantur. Cicero, *Quid mare? non ne caeruleum? at eius vnda, cùm pulſa eſt remis, purpuraſcit, & quidem aqua tinctum quodammodo, & infectum.* Furius Antiâs,

Spiritus Eurorum virides cum purpurat vndas.

Lib. 2. Properti⁹, *Qualem purpureis agitauit fluctibus Hellem.*

Marmor autem frequenter de mari Poëtae intellexerunt. Catullus,
Li. 1. Geor. *pelagi marmora*, Virgilius,

Et quando infidum remis impellere marmor Conueniat —

CAERV-

CAERVLEVM SPVMAT SAL.E] Homerica imitatio, apud quem ſaepe ἅλς pro mari legitur: à qua Graeca voce, Latina noſtra ſal originem ducit, vltima ſcilicet littera praepoſita, vel ſpiritu illo denſo in s, conuerſo; qua etiam ratione Graecas has voces, ἕξ ἑπτὰ, ἕρπυλλον, ſex, ſeptem, ſerpyllum pronunciamus. Meſſala autem, qui de ſingulis litteris ſingulos libros edidit, in eo, quo de, s, agitur, eam non litteram, ſed ſibilum arbitratus eſt. Eandem vocem *ſal*, pro mari, ab illius ſalſedine multi denique Poëtae vſurparunt. Virgilius, Lib. 1 Aen.

Vela dabant laeti, & ſpumas ſalis aere ruebant.

Catullus, *Ipſius antè pedes fluctus ſalis allidebant.*

Et, *Tum tremuli ſalis aduerſus percurrere in vndas.*

Veteres autem diuerſis generibus id nomen protulerunt. Cùm verò iocos ſignificabant, maſculinè flectebant. Lucil.

—— ore ſalem expirauit amarum.

Salluſtius eodem genere in propria ſignificatione, *Neq. ſalem, neque alia irritamenta gulae quaerebant.* Flauianus in Cauſſarum naturalium libris, neutro genere. *Cùm ſal, aliud pellucidum, aliud inquinatum, aut nigrum.* Item maſculinè plurium numero, *Protinus creſcũt effoſſi ſales.*

LABITVR VNCTA CARINA] Quonam modo celerrimum nauigij curſum & oratione, & metro ipſis oculis praeclariùs obijcere poterat; cùm ex vno tantùm ſpondeo, & quinque dactylis verſum confecerit? quem adeò lubricis, vt ita dicam, dictionibus cõcinnauit, vt cum naui verba ipſa quodammodo fluere videatur. Idem rurſus ſui imitatione, ijſdem numeris,

Labitur vncta carina per aequora cana Celocis.

— VOLAT SVPER IMPETVS VNDAS] Tranſlatio ab auibus ad nauim. Virgilius hunc locum ità ſurripuit, Lib. 5.

—— ſic illam fert impetus ipſe volantem.

Furius Antiâs Poëmatis,

Sicut falca leuis, volitat ſuper aequora claſſis.

Lucretius, & Cicero itidem pro celerrimo caeli motu, caeli impetũ dixerunt. Lib. 5. lib. 2. de Nat. Deo.

— HOSTEIS ACCEDERE VENTEIS NAVIBVS VELIVOLEIS] Arguunt haec verba properantium hoſtium celeritatem, qui ſecundis ventis ferebantur. Obſeruandum hìc autem eſt, ſextum caſum eſſe geminatum, quod raro admodùm apud Auctores inuenitur. Eodem epitheto Ennius in Andromache,

Rapit ex alto naueis veliuolas.

Et alibi vt opinor, Caſſandram inducit vaticinantem, E alibi.

Iamq. mari magno claſſis cita
Texitur, exitiũm examen rapit,

Aduenit, & fera veliuolantibus
Nauibu' compleuit manus littora.

Non diſſimili tranſlatione Hypatus Macedonius in quodam Epigrammate nauem πολυπλανέων ἀνέμων πτερὸν appellauit. Liuius in Helena id epitheton mari tribuit, vt potè in quo naues velis agantur,

Tu qui permenſus ponti maria alta veliuola.

Lib. 5. A quo videtur Lucretius illud ſumpſiſſe,

Tum mare veliuolum florebat nauibu' pandis.

Lib. 1. Aen. Et vtrunq́; ſequutus Maro, *veliuolum* quoque *mare* dixit: quod exponens Seruius, ait, *veliuolum duas res ſignificat, & quod velis volatur, vt hoc loco, & quod velis volat, vt Ennius, Naueis veliuolas: qui & propriè dixit.* — MAGNO CLAMORE BOVANTEIS] Addidi-
Lib. 6. c. 5. mus, ſuperiori dimidiato carmini à Macrobio relato, propter congruam verborũ ſententiã, hoc ex Varrone eiuſdem Poetae acroteleution. Clamor enim nautis peculiaris eſt, non ſolùm cùm portum ſubeunt, vt laetitiae praebeant argumentum, ſed etiam cùm hoſtes accedentes aſpiciunt, vt illi exterreantur, ipſiq. pugnandi alacritatem
Lib. 1. c. 17 oſtendant. Praeterea inter nauigandum clamore, & cantu remigum labores, moleſtiaeq. leniuntur. Quinctilianus de Muſica loquẽs, ait *Atq. eam natura ipſa videtur ad tolerandos faciliùs labores velut muneri nobis dediſſe. Si quidem & remiges cantus hortatur, nec ſolùm in his operibus, in quibus plurium conatus praeeunte aliqua iucunda voce conſpirant, ſed etiam ſingulorum fatigatio quamlibet ſe rudi modulatione ſolatur.*
Lib. 3. Aen. Virgilius, *Nauticus exoritur vario certamine clamor,*
vel, *vario hortamine*, vt legit Pontanus. Silius libro XI. Virgilianis lineis ſuum hunc verſum ita adumbrauit,

Nauticus implebat reſonantia littora clamor.

Lib. 6. de Lin. Lat. Varro vbi memorat multa ab animalium vocibus in homines trãſlata, à boue, bouare deductum aſſerit. Vſu autem frequentiori recipitur boare à verbo Graeco Βοᾶν. INFIT] Sunt haec Imperatoris verba, militum animos praeterita clade deiectos, ad noui certaminis inſtaurationem exhortantis. — O CIVEIS] Non appellat eos Quirites, vt in vrbanis concionibus fieri ſolitum eſt, non milites, aut commilitones, vt in militaribus, ſed ciues: quo nomine beneuolentiam captat; atque innuit, eos non vt mercenarios, ſed pro communi omnium re, quae in diſcrimine poſita erat, dimicaturos. QVAE ME FORTVNA FEROX SIC] Exaggerat commiſerationis affectum ex deploratione praeteritae calamitatis. In ijs autẽ quae praeter rationem cadunt, vt in Periclis concione apud Thucydidem habetur, Fortunã accuſare ſolemus, eius verba ſunt, δι᾽ ὅπερ καὶ τὴν τύχην ὅσα ἂν παραλόγως ξυμβῇ εἰώθαμεν αἰτιᾶσθαι. CONTVDIT] μεταφορικῶς.

INDI-

INDIGNO BELLO CONFECIT ACERBO] Tranſlatio ab immaturis pomis: qua ſaepiùs vſus eſt Cicero, & alij quam plurimi. Sed ne hic oratio duobus illis adiunctis, *indigno, acerbo,* inaniter laſciuire videatur, legendum eſt,

—— quae me fortuna ferox ſic
Contudit indignè: & bello confecit acerbo.

Vel, *Contudit indignè: & bello confecit aceruos.*

Vt ea dictione Imperator maximam ſuorũ cladem ſignificet. Quod Cicero in Catilinam ſit expreſſit: *Cn. Octauius Coſ. armis ex vrbe collegam expulit: omnis hic locus aceruis corporum, & ciuium ſanguine redũdauit.* M. Varro Myſterijs: *Naſcimur enim ſpiſſiùs quàm emorimur, vix duo homines X. menſibus edolatum vnum reddunt puerum: contrà vna peſtilẽtia, hoſtica acies puncto temporis immanes aceruos facit.* Virgilius lib. X. *Ingenteis Rutulae ſpectabis caedis aceruos.* Orat. 1.

Idẽ ibidẽ, *Cùm tamen ingenteis Rutulorum linquis aceruos.*

Et lib. XI. *—— ingentem caedis aceruum.* &, *tot ſtragis aceruos.*

Silius libro VIII. ijſdem verbis ſed ὑπερβολικοτέρως.

—— iam ſtragis aceruis Deficiunt campi ——

Catullus, *Cuius iter caeſis anguſtans corporum aceruis.*

Poſteriorem hanc lectionem haud aſpernandam exiſtimo, cùm mutua *u*, littera cum *b*, cognatione, ac librariorum oſcitantia, facilè harum vocum altera in alteram migrare potuerit: vt apud Nonium in dictione *Amnem*, vbi hoc modo legendus eſt Attij locus in Epinauſimache, *En Scamandriam vndam ſanctam ſalſo obtexi ſanguine:*
Atque aceruos alta in amni corpore expleui hoſtico.

Gifanius verò priorem verſum legit,

Cùm Andrum vndiq. ſalo cinctum obtexi ſanguine.

NVNC EST ILLE DIES] Attentio ad conſilium ab opportunitate: quibus verbis Imperator erigit ſuos, in victoriae ſpem ab occaſione; quae cùm in rebus omnibus vtilis ſit, in bellicis eſt pernecesſaria. QVOM GLORIA MAXIMA SESE] Vt ardentiores militum animos ad pugnam redderet, gloriam proponit, quae ſola vt ait. Val. Flaccus, *—— animum mentemq. perurit.* Li. 1. Argõ.

OSTENDAT NOBEIS] Ex rebus ſcilicet in hac die ſumma cum omnium noſtrum laude gerendis. SI VIVIMV' SIVE MORIMVR] *Si*, pro ſiue, Plautus Curcul. *Si media nox eſt, ſiue prima veſpera.* OMNEIS OCCISI OBCENSIQVE] Obcenſi, pro accenſi: vt Idem alibi *Acheruntem obibo,* pro, adibo: Veteres enim vt diximus, frequenter *ob*, pro, ad vſurparunt. Cicero de Telamone ex Poëta noſtro, vt opinor, In Iphigen. Lib. 3. Tuſc.

Quem aſpectabant? cuius ob os Graij ora obuertebant ſua?

NOCTE

NOCTE SERENA] Cicero eodem epitheto in Arato vſus eſt.

Li 10 c 25. RVMPHEA] *Rumphea (ait Agellius) genus teli eſt Thracae nationis, poſitumq. hoc vocabulum in Q. Ennij Annalium libro XIIII.* Valerius Flaccus, *Aequaq. nec ferro breuior, nec Romphea ligno.*

Lib. 6.

Q. ENNII FRAGMENTA EX XV. ANNALI.

Macr. lib 6. c. 3.

VNdique cõueniunt, vel imber, tela Tribuno.
† Configunt parmam, tinnit haſtilibus vmbo, †Confi-gunt.
† Aeratae ſonitant galeae: ſed nec pote quiſquam, † Aerato ſonitu.
Vndique nitendo corpus diſcerpere ferro.
Semper abundanteis haſtas frangitq., quatitq.,
Totum ſudor habet corpus, multumq. laborat:
Nec reſpirandi fit copia praepete ferro.
Iſtri tela manu iacienteis ſollicitabant.

Priſc. lib. 6. Occumbunt multi leto, ferroq. lapiq.
Aut intra moeros, aut extra praecipe caſu.

Non. Falae Malos defindunt, fiunt tabulata, falaeq.

Priſc. lib. 6. Arquus vbi † adſpicitur, mortalibu' quae phibetur † adſpi-ciunt.

EXPLICATIO.

IN hoc Annali Iſtricum bellum deſcribi, non ſolùm ex his, quae ſuperſunt, carminibus, colligi poteſt, verùm confirmatur etiam Macrobij auctoritate. Quod bellum Hoſtius proprio volumine complexus eſt; quemadmodum Naeuius bellũ Punicum, Calliſthenes Troicum, Polybius Numantinũ, Timaeus Siculus Pyrrhi Epirotarum Regis, Theopompus Philippi. Quòd autem hîc Poëta de ea pugna loquitur, quem Iſtri cum Coelio Tribuno commiſerunt, ex eodem Macrobio liquet; qui aſſerit, hunc locum ex Homero eſſe tranſlatum, vbi Aiacis pugnam deſcribit, (margin: Lib 6. c. 3.)

Iliad. π. *Αἴας δ' οὐκέτ' ἔμιμνε, βιάζετο γὰρ βελέεσσι*

Δάμνα

Δάμνα μὶν ζηνός τε νόος, ϗ τρῶες ἀγαυοὶ
Βάλλοντες, δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινὴ
Πήληξ βαλλομένη καναχὴν ἔχε, βάλλετο δ' αἰεὶ.
Κὰπ φάλαρ' εὐποίηθ' ὃ δ' ἀριστερὸν ὦμον ἔκαμνεν
Ἔμπεδον αἰὲν ἔχων σάκος αἰόλον. οὐδὲ δύναντο
Ἀμφ' αὐτῷ πελεμίξαι, ἐρείδοντες βελέεσσιν
Αἰεὶ δ' ἀργαλέῳ ἔχετ' ἄσθματι κὰδ δὲ οἱ ἱδρὼς
Πάντοθεν ἐκ μελέων πολὺς ἔῤῥεεν. οὐδέ πῃ εἶχεν
Ἀμπνεῦσαι πάντῃ δὲ κακὸν κακῷ ἐστήρικτο.

Virgilius ex Homero, & Ennio haec de Turno accepit, Lib. 9.

Ergo nec clypeo iuuenis ſubſiſtere tantùm,
Nec dextra valet, obiectis ſic vndique telis
Obruitur: ſtrepit aſſiduo caua tempora circùm
Tinnitu galea, & ſaxis ſolida aera fatiſcunt,
Diſcuſſaeq. iubae capiti, nec ſufficit vmbo
Ictibus; ingeminant haſtis, & Troes, & ipſe
Fulmineus Mneſtheus: tum toto corpore ſudor
Liquitur, & piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit, feſſos, quatit aeger anhelitus artus.

Statius verò aliquantò remiſsiùs ita Tydeum pugna defatigatum deſcribit, Li 2. Theb.

—— at tamen illi
Membra negant, laſſusq. ferit praecordia ſanguis.
Iam ſublata manus caſſos defertur in ictus;
Tardatiq. gradus, clypeum non ſuſtinet vmbo
Mutatum ſpolijs, gelidus cadit imber anhelo
Pectore, tum crines ardentiaq. ora cruentis
Roribus, & tetra morientum aſpergine manant.

CONFIGVNT PARMAM TINNIT HASTILIBVS VMBO] Ennius alibi,

Tum clupei reſonunt, & ferrei ſtridet acumen.

AERATAE SONITANT GALEAE] Virgilius; Lib. 2. Aen.

—— tum ſcuta cauaeq.
Dant ſonitum flictu galeae ——

SEMPER ABVNDANTEIS HASTAS] Velút imber defluentes. TOTVM SVDOR HABET CORPVS] Sudoris copia immenſum laborem, pertinacemq. conatum deſignat. Praeclariùs Maro hanc ſententiam explicauit, Lib. 5.

—— ſudor fluit vndique riuis.

NEC RESPIRANDI FIT COPIA] Pugna adeò abſq. vlla temporis intermiſsione incaluit, vt ne reſpirandi quidem Tribuno ſpatium daretur. Virgilius diuerſis ſanè verbis idem paenè extulit. Lib. 5.

Nec

Nec mora nec requies ——

Philip. 8. Cicero, *Ne punctum quidem temporis oppugnatio reſpirauit.* — PRAEPETE FERRO] Ingruentibus in eum telis. Tranſlatio à veloci auium volatu. Sueuius lib. V. —— *volucrumq. volatile telum,*

Lib. 4 Aen. Vnde Virg. —— *volatile ferrum,*

lib. 1. ISTRI TELA MANV IACIENTEIS] Amplificat Iſtrorum ſaeuientium rabiem. Virgilius X.

Tela manu iaciunt —— Lucr. I. — *iaciatq. volatile telum.*

Caius libro I, ad legem XII Tabularum ait, *Telum vulgò quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur: ſed nunc omne ſignificatur quod mittitur manu*. SOLLICITABANT] Propriam huius verbi ſignifi-

Lib. 12. cationem Feſtus indicat. Virg.

—— *nequicquam ſpicula dextra Sollicitat* ——

OCCVMBVNT MVLTI LETO FERROQ.] Materia pro re, ex ea cōfecta. LAPIQ.] Priſcianus libro VI. citat ex XV. Annali hunc verſum, vbi oſtendit Vetuſtiſsimos *lapi*, pro, lapide dixiſſe, à genitiuo lapis: apud quē rurſus libro eodē idem verſus & alter ex XVII. afferuntur: quo loco obſeruat, *praecipe*, pro, praecipite eſſe vſurpa-

Lib 1. Tuſc. tum. Sed illos ob ſenſus concinnitatem, hic locare maluimus. Quod

Libro 1. ab Vrb con. verò Ennius dixit, *Occumbunt leto;* Cicero, Liuius, & Virgilius, *morte, & morti occumbere* dixerunt. — AVT INTRA MOEROS

Lib. 2. Aen.

Lib. 1. Epiſt. AVT EXSTRA] Horatius,

Lib. 6. c. 2. *Iliacos intra muros peccatur, & extra.*

Refert etiam Macrobius, Ennium in hoc Annali de duobus Iſtris loqui, qui in obſidione è porta erumpentes, hoſtibus maximam plagam intulerunt: aitq. illum Virgilij locum de Pandaro, & Bitia portas aperientibus, hinc eſſe deprom ptum. Ego verò exiſtimo, Virgiliū in eo loco non Ennium modò, verum etiam Homerum eſſe imitatū; qui hoc ipſum his verbis explicauit,

Iliad μ. —— ἐν δὲ πύλῃσι δύ' ἀνέρας εὗρον ἀρίστους
Υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων,
Τὸν μὲν Πειριθόου υἷα κρατερὸν Πολυποίτην,
Τὸν δὲ Λεοντῆα βροτολοιγῷ ἶσον Ἄρηϊ.
Τὼ μὲν ἄρα προπάροιθε πυλάων ὑψηλάων.
Ἕστασαν, ὡς ὅτε τε δρύες οὔρεσιν ὑψικάρηνοι
Αἵτ' ἄνεμον μίμνουσι, καὶ ὑετὸν ἤματα πάντα,
Ῥίζῃσιν μεγάλῃσι διηνεκέεσσ' ἀραρυῖαι.

Lib. 9. Addam & Virgilij locum; vt ex vtriusque Poëtae verſibus, quales Enniani fuerint, aliqua ex parte conijci poſsit,

Pandarus & Bitias Idaeo Alcanore creti
Quos Iouis eduxit luco ſilueſtris Hiera,

Abietibus

Abietibus iuuenes patrijs, & montibus aequos:
Portam, quae Ducis imperio commiſſa, recludunt,
Freti armis: vltroq. inuitant moenibus hoſtem.

MALOS DEFINDVNT] Hoc eſt, arbores in malorum vſum decidunt. Quin & ipſi mali, vt apud Papinianum libro XIX. Reſpõſorum, Hermogenianum libro II. Iuris Epitom. & Iulianum libro LXXXVI. Digeſt. arbores appellãtur. A Graecis verò *παρὰ τὸ ἱςᾶναι* hoc eſt ab erigendo *ἱςὸς* appellatur: cuius ſex partes memorat Eratoſthenes in Architectonico, hoc eſt, *πτέρνη, θωράκιον, ἠλακάτη καρχήσιον, κεραία ἰκρίον*. — FIVNT TABVLATA FALAEQ.] Falae ſunt turres ligneae, vt ait Nonius: indeq. falarica (quod telum erat maximum) à falis, vnde torqueretur appellata. Sed apud Pompeium Falae ab altitudine, à falando dictae ſunt, quod apud Etruſcos caelũ ſignificat. ARQVVS VBI ADSPICITVR] Iridem intelligit, quae plerumq. poſt tempeſtatem apparere ſolet. *Arquum*, non, *Arcũ* Nonij auctoritate ſcripſimus; qui ait, *Arcus ſuſpenſus fornix appellatur, Arquus non niſi qui in caelo apparet, quem Irim poëtae dixerunt.*

Q. ENNII FRAGMENTA
EX XVI. ANNALI.

† cauſſa, ſalu. † late a itaq; † patebit † Poſtremò † cum ſecerit.

*
TVm † caua ſub montẽ † latè ſpec' intu' † patebat. Priſc lib. 5.
*
† Poſtremae longinqua dies † confecerit aetas. Agell. lib. 9 c. 14.
*
Aeſtatem autumnus ſequitur, poſt acer hiemps. Priſ lib. 5. Ser lib 6. Aen
*
Nauorum imperium ſeruare eſt inſuperantum. Feſt Nauus
*
† Quo. † contibus uel pontibus, uel montibus,

† Quod vbei Rex paullò ſpexit de † contibu' celſeis. Idem Spicit
*
Quò reſapſa loco ſeſe oſtentatq., iubetq. Idem, Sas
*
Primu' ſenex Bradyn, regimen belliq. peritus. Idem Regimen.
*
Ingenio fortei dextra latus pertudit haſta. Priſ lib 10.
*
† cup di. Non inſperando † cupidè, rem prodere ſummam Feſt. Prodit.

Idẽ Speres. Spero, ſi ſperes quicquam prodeſſe ¦ potis ſunt.

Vet* codi. nus à dict poſſunt.] clamos, vel clamos oppugnatis † vigore † ſatis. † mouere.

*

Idem Vagorem. Qui ¦ clamor ¦ oppugnantis † vagore volantei.

*

Idẽ quippe Quippe vetuſta virûm, non eſt † ſat bella † mouere.

*

Macr. lib 6. c. 1. Tunc timido manãt ex omni corpore ſudor.

*

Idem ibidẽ. Tamen inde volans ſecum abſtulit haſta
Inſigne —

*

Idẽ ibidem Concidit, & ſonitum ſimul inſuper arma dederũt.

*

Macr. lib 6. c. 1. Reges per regum ſtatuasq́. ſepulchraq́. quaerunt:
Aedificant nomen, ſumma nituntur opum vei.

*

Idem lib. 6. c. 4. — interea fax
Occidit, Oceanumq́. rubra tracti obruit aethra.

*

Chariſ. lib. 1 — hebem —

*

Feſt. Quando. Nox quando medijs ſigneis praecincta volabat.

*

Ser. 4. Geor. Inſidiantes hêic vigilant, partim requieſcunt
Protectei gladijs ſub ſcuteis, ore fauenteis.

EXPLICATIO.

TVM CAVA SVB MONTEM LATE SPECVS INTV' PATEBAT] Hoc verſu videtur Maro ſuum illum obtexiſſe,

Lib. 8. *At ſpecus, & Caci detecta apparuit ingens Regia* —

Lib. 6. Seruius exponens illud Virgilij, *Hic ſpecus horrendum*, ait, hoc nomẽ apud maiores trium generum fuiſſe; et Horatium maſculino genere poſuiſſe, Ennium verò feminino, hunc fortaſſe locum innuens. Sed In ſpeca & ſpeca praetereà alij dixerunt. Cato, *ſpeca appoſita, quò aqua deuia abiret.* In Feſto habetur hic verſus,

Tum caſu ſub monte altae ſpecus intu' patebant.]

Virgi-

Virgilius idem Epitheton ſpeluncae tribuit,

Spelunca alta fuit, vaſtoq. immanis hiatu. Lib. 6.

Nonius eundem verſum ità refert ex XVII. Annali,

Concaua ſub montis latè ſpecus intu' patebat.

Vtcunque tamen ſiue *caua*, ſiue *alta*, legatur, Poëta per Metalepſin ingentem ſpecus magnitudinem intellexit. POSTREMAE LONGINQVA DIES CONFECERIT AETAS] Antiquo more dies, pro, diei. Cicero pro P. Sextio, *Equites Romanos daturos illius dies poenas.* Sic enim à Cicerone ſcriptum fuiſſe Ceſellius obſeruauit. Virgilius,

Libra dies ſomnique pares vbi fecerit horas. Li. 1. Geor.

Idemq. hunc Ennij verſum videtur quodammodo imitatus, cùm ait, Lib. 3. Aen.

Tantùm aeui longinqua valet mutare vetuſtas.

AESTATEM AVTVMNVS SEQVITVR] Rerum viciſſitudinem oſtendit. Menander,

χειμὼν μεταβάλλει ῥᾳδίως εἰς εὐδίαν.

Sed elaboratiori verborum lepore Flaccus hunc locum condiuit, Lib. 4. Car. Od. 7.

Frigora miteſcunt Zephyris: ver proterit aeſtas
Interitura, ſimul
Pomifer Autumnus fruges effuderit: & mox
Bruma recurrit iners.

Non praetermittam pulcherrimos Q. Smyrnaei verſus, quibus continuam rerum varietatem, atque mutationem eleganter depingit. Ait enim ex labore mortalibus felicitatem, atque opulentiam naſci: Iouemque poſt ſaeuas ventorum tempeſtates, ac ingentem hiemis ſaeuitiam, aëri ſerenitatem inducere; & ex pernicioſo, & peſtifero morbo ſalutem, ex bello pacem, temporis quadam viciſſitudine prodire, Lib. 9.

Ἤ δ᾽ οὕτω τόδ᾽ οἶδ᾽ ἀτ᾽ ἀνὰ φρένας, ὡς ἀλεγεινοῖς
Ἀνδράσιν ἐκ καμάτοιο πέλει θαλίη τε, καὶ ὄλβος,
Ἐκ δ᾽ ἀργαλέων ἀνέμων, καὶ χείματος αἰνοῦ
Ζεὺς ἐπάγει μερόπεσσι δι᾽ ἠέρος εὔδιον ἦμαρ.
Ἐκ τ᾽ ὀλοῆς νούσοιο πέλει σθένος, ἔκ τε μόθοιο
Εἰρήνη, τὰ δὲ πάντα χρόνῳ μεταμείβεται ἔργα.

Qua de re plura in noſtris prouerbijs. Verſus autẽ hic choerilus eſt, ſiue diphilus, cùm ei vna in fine deficiat ſyllaba. Sin autem, vt in veteri codice ſcriptum eſt, *hiems hunc*, legamus, vel, vt apud Seruium, *hiems fit*, verſus integris numeris conſtabit. Sed fortaſſe meliùs, vt opinor; Lib. 6 Aen.

Aeſtatem autumnus ſequitur, poſt acrem hiemem ver.

vt vno verſu totius anni contineatur ambitus; & ſimul alludat Poëta ad Prouerbium. *Ver hiemem ſequitur*: quo vtimur cùm ſignificare volumus, laeta triſtibus ſuccedere. — ACER HIEMPS] Horatius, Lib. 1 Car. Od. 4.

Soluitur acris hiems ——

Quae vox, ſi ab, ὕω originem ducit, per, y, ſcribenda eſt, refragantibus vetuſtiſſimis libris, in quibus *hiems*, & *hiemps*, per, i, legitur: cuius etymon Varro ab hiatu deducit. — INSVPERANTIVM] *Induperantum*, vel, *Indoperantum* legendum eſt, vt rectè monet Scaliger: quorum verborum ſenſus eſt, fortium & nauorum Imperantium eſſe, partum imperium conſeruare. Vnde vulgatum illud,

Lib 5 de Lin. Lat.

Non minor eſt virtus, quàm quaerere, parta tueri.

QVOD VBEI REX PAVLLO SPEXIT] Hic locus apud Feſtum planè corruptus eſt. Scaliger putat, verba illa, quae Varro in V. de lingua Latina adducit ex Ennio, *Vos epulo poſtquàm ſpexit*, huc pertinere, & hoc modò legenda eſſe,

Quos vbi Rex pullos ſpexit de contibu' celſeis.

Cuius quidẽ ſententiae libenter adhaereo. Nam addit Varro, *Et quod in auſpicijs diſtributum eſt: qui habeant ſpectionem, qui non habeant, & quod in augurijs augures dicunt, auem ſpecere.* Loquebatur fortè de tripudio ſoliſſimo, quod fiebat ex offis, quae pullis dabãtur. De quo in libris de Diuinatione Cicero quaedam attingit. Itaque ex, *vos*, quos, & ex *epulo*, pullos fecit Scaliger. Pomponius Laetus legebat hunc verſum, *Quos vbi Rex vltro ſpexit de montibu' celſis.*

In antiquo Feſti exemplari ita mutilus habetur,

Quos vbi Rex . . . . ulo ſpexit de contibu' celſis.

Quae rima aliquibus viſam eſt, voce *ſedulo*, vel *paulò* expleri poſſe. QVO RESAPSA LOCO] Priſca latinitas pro, res ipſa. Reſpexit ad hunc locum Maro cùm dixit,

Lib. 1. Aen.

Quò res ſumma loco Panthu ——

Sed hîc res pro occaſione accipitur, vt apud Eundem,

Lib. 9.

—— *nunc ipſa vocat res.*

PRIMV' SENEX BRADYN] A dignitate perſonae, vel aetate. — BELLIQVE PERITVS] Thucydides, ἐμπειρος πολέμου. Salluſt. lib I. Hiſtor. Militiae peritus. Rectè quidem belli peritiã, quae longa experientia comparatur, ſeni tribuit. NON IN SPERANDO CVPIDE] Admonet, nullo pacto, quae certa ſunt, incertae alicuius rei cupiditate, in diſcrimine eſſe ponenda. — REM PRODERE SVMMAM] *Prodere*, pro, perdere, vt ait Pompeius. — SPERO SI SPERES] Spero ſcilicet, ſi tamen aliqua ex parte proficere ſpes poſſint. Diximus alibi, *ſperes* in plurali, pro, ſpes Veteres vſurpaſſe. — POTIS SVNT] Vnica dictione *potiſſunt* legendum eſt, ab antiquo verbo potiſſum. Lucilius,

Munu tamen fungi, & muros ſeruare potiſſunt.

Catullus, *Cur non diuitijs Croeſum ſuperare potiſſit?*

In

In cuius locum imperitorum audacia, quos antiqui, verbi venuſtas latuit, irrepſit, *potis ſit*. Aliqui pro, potiſſimum, dicunt poteſſum, & poteſſe, vt non ſemel apud Terentiú: vnde ab hoc paſſiuè poteſtur à Marone dictú eſt in VIII; ab illo poſitur à Siſenna in hiſtorijs. — VAGORE VOLANTEI] Feſtus & Nonius, *vagorem*, vagitum interpretantur: & vterq. hunc Lucretij verſum affert,

Et ſuperantur item, miſcetur funere vagor. Lib 2.

QVIPPE VETVSTA VIRVM] Carminis huius ſenſus nõ eſt integer: cui haec fortaſſe, vel ſimilia deſunt verba,

— ſententia magnum
Quippe vetuſta virûm: Non eſt ſat bella mouere.

Quam, vt grauiſſimam, ità expreſſit Salluſtius; *Omne bellum ſumi facile: caeterùm aegerrimè deſinere: non in eiuſdem poteſtate initium eius, & finem eſſe: incipere cui vis etiam ignauo licere, deponi, cùm victores velint.* De bello Iugur.

TVNC TIMIDO MANAT EX OMNI CORPORE SVDOR] Ab accidentibus. Horatius,

— ſudor ad imos Manarit talos — Lib. 2. Saty.

Valerius Aedituus,

Per pectus miſerum manat ſubitò mihi ſudor.

Obſeruat Macrobius, Ennianum hoc carmen Virgilium eſſe aemulatum, *Tum gelidus toto manabat corpore ſudor,* Lib. 3 Aen.

Sunt qui Ennij verſum legant;

Tum timido ex omni manat mihi corpore ſudor,

Sed quam ſcripſimus, vt veriorem, lectionem retinemus; quamuis vltima in *manat* breuis ſit; quod eſt Ennio perfamiliare. — TAMEN INDE VOLANS SECVM ABSTVLIT HASTA] Metaphora ab auibus. Primus Homerus ſagittae ſenſum tribuit, de illa tanquam de aue loquens,

Πριαμίδης μὲν ἔπειτα κατὰ ςῆθος βάλεν ἰῷ
Θώρηκος γύαλον· ἀπὸ δ' ἔπτατο πικρὸς ὀϊςός.

Locus eſt in N. Iliados, vbi Poëta Helenum facit Menelai pectus ſagitta percutientem, quae tamen inde reiecta auolauit. Andronicus in Odyſſea, *At celer haſta volans perrumpit pectora ferro.*

Lucretius, *Ante fuit multò, quam lucida tela volarent.* Lib. 4.

Virgilius, *— volat Itala cornus, &, volat atri turbinis inſtar* Lib. 9.
Exitium dirum haſta ferens —

Silius lib. X. *— bis terna ſpicula dextra Torta volant —*

— SECVM ABSTVLIT HASTA INSIGNE] *Inſigne* hoc loco intelligitur, criſta, vel aliquid eminens aliud, quod in conо galeae geſtatur. Maro, *— apicem tamen incita ſummum*
Haſta tulit, ſummasq. excuſſit vertice criſtas. Lib. 12.

Quod

Iliad λ Quod ex Homero vterq. Poëta accepit,

— καὶ ἀμπεπαλὼν προΐει δολιχόσκιον ἔγχος
Καὶ βάλεν, οὐδ' ἀφάμαρτε τιτυσκόμενος κεφαλῆφιν.
Ἄκρην κακκόρυθα —

Iliad δ. CONCIDIT ET SONITVM SIMVL INSVPER ARMA DEDERVNT] Verſus ex Homero tranſlatus,

Δούπησεν δὲ πεσὼν ἀράβησε δὲ τεύχε' ἐπ' αὐτῷ

Valerius Antiâs in primo Annali,

Ille graui ſubito deuinctus vulnere habenas
Miſit equi, lapſusq. in humum defluxit, & armis
Reddidit aeratis ſonitum — Incertus Poëta apud Varronem, *Arma ſonant, fremor oritur, nil me increpitando commoues.*

Lib. 10. Virgilius apertiori imitatione,

Corruit in vulnus, ſonitum ſuper arma dedêre

Li. 3. Geor. Et alibi, — *ſi qua ſonum procul arma dedêre*

Lib. 2. Aen. Et, — *ſonitum quater arma dedêre.*

AEDIFICANT NOMEN] Hoc eſt propagant ad poſterorũ memoriam titulis, & inſcriptionibus in ſtatuis, & in ſepulchris. — SVMMA NITVNTVR OPVM VEI] Virgilius extremo libro, *Pro ſe quiſque viri ſumma nituntur opum vi.* Vbi obſeruat Seruius id Ennianum hemiſtichium eſſe. — INTEREA FAX OCCIDIT] Solem intelligit, quòd ſuo lumine mũdi tenebras diſcutiat. Hinc Lucretius, *roſeã ſolis facem;* & vetus quidã Poëta, *Flammineam per aethram altè feruidam ferri facem.* (Lib. 5.)

Videtur autem hic igneã naturã Soli tribuere, reſpiciens ad Anaxagorae, Democriti, & Metrodori opinionẽ, qui eum candens ferrum, aut ſaxum ignitum eſſe, exiſtimarunt. Virgilius ſimili tranſlatione *Phoebaeam lampadem* dixit. Verùm Ennium nõ ſimpliciter facem dixiſſe arbitror ſed vel, — *Solis interea fax*, vel, — *caeli interea fax.* (Lib. 3. Aen.)

— OCEANVMQ. RVBRA TRACTI] Locus corruptus; qui vna littera reſtitui poſſet, ſi *tractim*, pro, *tracti*, reponeretur. — AETHRA] Syncope. Virgilius,

Lib. 3. Aen. *Nam neque erant aſtrorum ignes, nec lucidus aethra*
Syderea polus —

Sumpta eſt haec noctis deſcriptio ex Homeri Iliad. θ,

Ἐν δ' ἔπεσ' ὠκεανῷ λαμπρὸν φάος ἠελίοιο
Ἕλκον νύκτα μέλαιναν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

— HEBEM] Hebetem. Caper, exponens hunc locum, ait Ennium non adiunctiuè, ſed appellatiuè eſſe loquutũ. Caecilius ὑποβολιμαίῳ,

Subitò rectè reddent hebem.

NOX QVANDO MEDIIS SIGNEIS PRAECINCTA VOLA-

VOLABAT] Mediae noctis deſcriptio per ſpeciem proſopopeiae, quam ideo praecinctam dixit, quia poſtquàm media exacta via, ad ſummum circuli euecta eſt, inde quaſi praecincta, velociùs in praeceps fertur. Praecingere enim eorum proprium eſt, qui ſe itineri accingunt, vt expeditiùs pergant. Hinc praecinctus dicitur qui expeditè iter facit. Horatius, Lib. I. Saty.

Hoc iter ignaui diuiſimus, altius, ac nos
Praecinctis vnum: minus eſt grauis Appia tardis:

A Graecis praecinctus eadem ſignificatione εὔζωνος dicitur. Xenophon libro IV. Paedię, ὡς δὲ (inquit) εὐζωνοῦντες καὶ ταχὺ ἐπορεύοντο εἰκότως πολλὴν ὁδὸν διήνυσαν. VOLABAT] Poëtico figmento Nocti alas tribuit. Virgilius, Lib. 8.

Nox ruit, & fuſcis tellurem amplectitur alis.

Ariſtophanes Grammaticus diſſerens de Chai genealogia, ait, Noctē atris pēnis alatá omniū primùm in vaſto Erebi gremio ouum ſubuētaneū peperiſſe, ex quo poſteà amor delectabilis natus eſt. Eius verba ſunt. Ἐρέβους δ' ἐν ἀπείροισι κόλποις τίκτει πρώτιστον ὑπηνέμιον νὺξ ἡ μελανόπτερος ὠὸν, ἐξ οὗ περιτελλομέναις ὥραις ἔβλαστ' ἔρως ὁ ποθεινός. Eodem modo Pindarus victoriae alas tribuit, eam periphraſticè πτερὰ νίκης appellans. Ode 9. Pyth INSIDIANTES HEIC] Seruius Longobardicus explicans eum Virgilij locum in vltimo Georgicorum. *Ore faue*, ait, *Cum religione, ac ſilentio accede: in XVI. Ennius, Hîc inſidiantes vigilant, partim requieſcunt tecti gladijs ſub ſcutis, ore fauentes.* Vt autē, hi verſus numeris conſtarent, in primo primam dictionem tranſpoſuimus, & in alterius principio ſyllabam addidimus. Sic etiam Virgilius, Lib. 8.

—— *ſcutis protecti corpora longis.*

Q. ENNII FRAGMENTA EX XVII. ANNALI.

*

Concurrunt velutei vētei, quòm ſpiritus Auſtri Macr. lib. 6. c. 2.
Imbricitōr, Aquiloq. ſuo cum flamine contrà,
† Endo marei magno fluctus extollere certant. † vulg. cod. Inde

*

Tollitur in caelum clamor exortus vtriſque. Idem lib. 6. c. 1.

*

Si lucei, ſi nox, ſi mox, ſi iam data ſit frux. Priſc. lib. 6.

magna

Macrob. lib. 6. cap. 1.

— magna oſſa lacertique
Apparent hominei —

Idem ibid.

It eques, & plauſu caua concutit vngula terram.

Non. longiſcere.

— neque corpora firma
Longiſcunt quicquam —

Idem Pigne

— poteſtate pigne ſufferre laborem.

Idem Grumae.

Degrumari ferrum —

Gel. 4. Geur.

Non poſſunt muſſare boni, qui † facta labore — † tanta
Militiae enixi peperêre —

EXPLICATIO.

CONCVRRVNT VELVTEI VENTEI. Saepè à ventorum ex aduerſo erumpentium impetu, Poëtae ſimilitudinē in deſcribenda pugna deſumunt: vt Virgilius de Troianorum, Dolopumq. exercitu: qui, vt obſeruat Macrobius, ex hoc Ennij loco ſubſtulit, (Lib. 2. Aen.; Lib. 6. c. 2.)

Aduerſi rupto ceu quondam turbine venti
Confligunt, Zephyruſq. Notuſq. & laetus Eois
Eurus equis: ſtrident ſiluae, saeuitq. tridenti
Spumeus atque imo Nereus ciet aequora fundo.

Sed hoc, opinor, vtrunque Poëtam ex perenni Homerico fonte hauſiſſe. Sic enim ille Iliad. XVI.

Ὡς δ' Εὖρός τε, νότος τ' ἐριδαίνετον ἀλλήλοιιν
Οὔρεος ἐν βήσσῃς βαθέην πελεμιζέμεν ὕλην
Φηγόν τε μελίην τε τανύφλοιόν τε κράνειαν
Αἵ τε πρὸς ἀλλήλας ἔβαλον τανυήκεας ὄζους.
Ἠχῇ θεσπεσίῃ, πάταγος δέ τε ἀγνυμενάων
Ὡς Τρῶες, καὶ Ἀχαιοὶ ἐπ' ἀλλήλοισι θορόντες Δῄουν —

Sed quod Homerus pluribus exornauit de alterno ramorum fragore fraxini, fagi, & corni, Virgilius duobus perſtrinxit verbis,

— *ſtrident ſyluae* —

Rurſus Homerus in IX. eiuſdem operis,

Ὡς δ' ἄνεμοι δύο πόντον ὀρίνετον ἰχθυόεντα
Βορέης καὶ Ζέφυρος, τώ τε Θρῄκηθεν ἄητον

Ἐλθόντ'

Ἐλθόντ᾽ ἐξαπίνης, ἄμυδίς δέ τε κῦμα κελαινὸν
Κορθύεται, πολλὸν δὲ παρὲξ ἅλα φῦκος ἔχευαν.

Sed Virgilij comparatio ex X. libro videtur Ennianae ſimilior,

—— magno diſcordes aethere venti
Praelia ceu tollunt, animis, & viribus aequis:
Non ipſi inter ſe, non nubila, non mare cedit.
Anceps pugna diu: ſtant obnixi omnia contrà.
Haud aliter Troianae acies, acieſq. Latinae
Concurrunt ——

Statius, *Vt Notus, & Boreas gemino de cardine mundi,* Li. II. Theb.
Hic niue Rhiphaea, Lybicis hic paſtus arenis,
Bella cient, clamant amnes, freta, nubila, ſyluae.

Idem elaboratiùs, Lib. 8.

Vt ventis nimbiſq. minax, cùm ſoluit habenas
Iuppiter, alternoq. aſſligit turbine mundum,
Stat caeli diuerſa acies: nunc fortior Auſtri,
Nunc Aquilonis hiems, donec pugnante procella
Aut nimys hic vicit aquis, aut ille ſereno.

— CVM SPIRITVS AVSTRI] Helleniſmus, vt *πνοιὰς ἀνέμων*, & *θύελλα ἀνέμου*, pro, *ἄνεμος*: qua figura dixit Virgilius, *ſibilus Auſtri*, Ecloꝗ 3. pro Auſtro, Catullus, *Zephyri auras*, pro Zephyro, Lucretius, *vēti vis*, Lib. 6. lib. pro ipſo vēto, & *flamina Cauri*, pro Cauro, Ita quoque Furius Antiâs, 5. lib. 6.

Spiritus Eurorum virides cùm purpurat vndas.

Et Attius Philoctete,

Aquilonis ſtridor gelidas molitur niues.

M. Cato in Oratione dierum dictarum de Conſulatu ſuo, *Poſtquàm Maſſiliam praeterimus, inde omnem claſſem ventus Auſter lenis fert: mare velis florere videres vltrà angulum Gallicum.* IMBRICITOR] A ciendis imbribus. Auſter enim ſemper ferè pluias ſecum affert: quem multi ità ab hauriendo appellatum volunt, quòd ob maximam imbrium effuſionem, aquas è mari haurire videatur. Ad quod reſpiciens Naſo, ait, Lib. I. de Triſt. Eleg. ult.

Fuſcabatq. diem cuſtos Erymantidos vrſae,
Aut Hyades ſaeuis hauſerat Auſter aquis.

Quare in pleriſque manuſcriptis codicibus apparet Veteres cùm aſpiratione Hauſtrum ſcripſiſſe: quem Orpheus imbris generatorem appellauit, *Ἔλθοις σὺν νεφέλαις νοτίαις ὄμβροιο γενάρχα.* In hym.

Hinc Ouidius *imbriferum Auſtrum* dixit, Horatius, & Statius, *vdum*, Lib 13. Virgilius, *humidum*. Ab humòre enim, ſiue humiditate, quae Graecis *νότις* eſt, *νότος* hic ventus appellatur: quae vox etiam à Latinis, tanquàm propria recepta eſt. Plautus in Mercatore Imbricū appellauit,

Hîc Fauonius ſerenus eſt, iſtic Auſter imbricus.
Hic facit tranquillitatem, iſte omnes fluctus conciet.

Vnde ab eodem *auſtrati* dicti ſunt, pluuio Auſtro madefacti. Inquit enim, *Auſtrati ad ignem ſedent* —

AQVILOQ. SVO CVM FLAMINE CONTRA.] Nam è regione Auſtro eſt oppoſitus: quod quidẽ Homerum rerũ omniũ
Ὀδύσ. ε. peritiſsimũ non latuit; qui naturalem ventorum contentionem ita deſcripſit, Ἄλλοτε μέν τε νότος βορέῃ προβάλεσκε φέρεσθαι,

Ἄλλοτε δ' αὖτ' εὖρος ζεφύρῳ εἴξασκε διώκειν.

Aquilonem verò propter flatus velocitatem, à ſimilitudine vehemẽtiſſimi aquilae volatus appellari proditum eſt: quem Graeci à fremi-
Pyth. Od. 4 tu βορέαν dicunt: eumq. Pindarus ventorum regem, & patrem appellauit. ENDO MAREI MAGNO.] Mare magnum propriè ab Auctoribus Oceanum appellatur, quòd terrã omnem, caeteraq. maria ſuo ambitu contineat.
Li. 13. c. 16 De quo ait Iſidorus, *Mare magnum eſt, quod ab Occaſu ex Oceano fluit, & in Meridiem vergit, deinde ad Septemtrionem tendit. Quod inde magnum appellatur, quia caetera maria in comparatione eius minora ſunt. Iſtud eſt & Mediterraneum, quia per mediam terram vſque ad Orientem perfunditur, Europam, & Africam, Aſiamq. diſterminans*. Salluſt. in Iugurthino, *Sed Perſae intra Oceanum magis: ibique alueos nauium inuerſos pro tugurijs habuêre: quia neq. materia in agris, neq. ab Hiſpanis emendi, aut mutandi copia erat. mare magnum, &*
Bl. 1. Carm. *ignara lingua commercia prohibebat*. Cic. de Som. Scipion. *Omnis enim terra, quae colitur à vobis, anguſta verticibus, lateribus latior, parua quaedam inſula eſt, circumfuſa illo mari, quod Atlanticum, quod Magnũ, quem Oceanũ appellatis in terris: qui tamen tanto nomine quàm ſit paruus vides*. Aliquando verò videtur Ennius mare magnum, pro Mediterraneo intellexiſſe; apud quem Caſſandra furore percita vaticinatur,

Iamq. mari magno claſſis cita Texitur —

Sed hoc loco mare magnum, procelloſum intelligo; ſicut Seruius in explicatione illius Maronis, — *dum per mare magnum*

Lib. 5. *Italiam ſi quimur fugientem* —

Lib. 2. In qua etiam ſignificatione Lucretius,

Suaue mari magno turbantibus aequora ventis
E terra magnum alterius ſpectare laborem.

Ibidem. Et rurſus, *Sed quaſi naufragijs magnis, multiſq. coortis*
Diſiectare ſolet magnum mare tranſtra, guberna.

Idem etiã alicubi Helleſponti fauces ità appellauit, cùm de Xerſe loquens, ait, *Ille quoq. ipſe viam qui quondam per mare magnum Strauit* —
Lib. 3. Saepè etiam ornatus cauſſa eo adiuncto Poëtae vſi ſunt. Ennius in Aſota, ſiue Sotadico,

Alius

Alius in marei volt magno tenere tonſam.

Liuius Andronicus,

Celſosq. ocreis, aruaq. patria, mare magnum.

Lucilius in Satyr.

Vir mare metitur magnum, ſe fluctibu' tradit.

Lucretius, *Quo minus eſt mirum, mare non augeſcere magnum.* Lib. 6.

Prudentius in Dipthycho,

Intus agit vir iuſtus iter, vel per mare magnum.

— FLVCTVS EXTOLLERE CERTANT] Cùm ſupra, *Concurrũt*, militari verbo vſus ſit, modò nihil à metaphora recedens, ſubdit, *certant*, quo violentum ventorum impetum, conatumq. expreſſit. TOLLITVR IN CAELVM CLAMOR] Hyperbole. Virgilius eadem verba libro XI. tranſcripſit. Idem alibi,

It clamor caelo. Homerus Iliad. XV. — φωνὴ δέ οἱ αἰθέρ' ἵκανεν.

Eſt hoc quidem militare praeceptum: nam, vt refert Caeſar libro III. de Bello Ciuili. *Neq. fruſtra antiquitùs inſtitutum eſt, vt ſigna vndique concinerent, clamoremq. vniuerſi tollerent; quibus rebus & hoſtes terreri, & ſuos incitari exiſtimauerunt.* SI LVCEI SI NOX] Credo, hoc carmine nimiùm ſibi Ennium eſſe blanditum: nam ſummo ſtudio videtur affectaſſe, vt verſum XI. dictionibus conficeret. *Lucei* autem aduerbialiter hoc loco poſitum eſt, vt apud Plautum Amphit. *Hoc luci.* Vbi Siſenna; *Quaecunque nomina, e, littera ablatiuo ſingulari terminantur, i, littera finita aduerbia fiunt, vt mani. Nox*, pro nocte ἀρχαϊκῶς: ſicut in lege XII. Tabularum; *Si nox furtum factum eſcit, ſi im alis occiſit, iure caeſus eſto.* Quicunque autem fuerit huius carminis ſenſus, placet in eo mira temporis gradatio, atq. acceleratio. — MAGNA OSSA LACERTIQ.] Ἀκροτελεύτιον hypermetri, quo, de induſtria vſus eſt; vt, vel ipſo numero lacertorum magnitudinẽ, athleticumq. corporis habitum, referret. Vnde Maro non modò eodem numero, ſed iiſdem etiam Ennianis verbis proceram Entelli ſtaturam deſcripſit, Lib. 5.

Et magnos membrorum artus, magna oſſa, lacertosq.
Exuit, atque ingens media conſiſtit arena.

Sed fortaſſe non iniucundum erit pauca referre, quae de mira oſſium magnitudine comperimus. Plegon Trallianus in libro περὶ θαυμασίων, ait, in Dalmatia ſpeluncam eſſe Dianae ſacram, in qua multa corpora conſpiciebantur, quorum coſtae XVI. vlnas excedebant. Eumachus ἐν περιηγήσει prodidit, Carthaginienſes, cùm foſſam circùm ſuã prouinciam agerent: dum terram exhauriunt, duo oſſea cadauera arcis condita reperiſſe, quorum alterius compages longa fuerit XXIV. cubitos, alterius XIII. Theopompus Sinopenſis ἐν τῷ περὶ σεισμῶν,

referr, in Boſphoro Cimmerio, repentina terrae concuſſione, colliculum quendam diſſiluiſſe; indeq. ingentia oſſa fuiſſe eiecta: quorũ compages in morem humani corporis diſpoſitae, XXIV. cubitorum longitudine erant. De qua etiam re multa, quae breuitati conſulentes, praetermittimus, ab Apollonio Grammatico monſtruoſa prodita ſunt: qui, ob id ea minimè à vero aliena eſſe affirmat; quòd natura, initiò viribus ingens, omnia Deorum naturae aemula educauerit; deinde progreſſu temporis cùm emarceſceret, naturarum quoque quantitates decreuerunt: ad quod reſpexit Virgilius in extremo primi de Agricultura,

Scilicet & tempus veniet, cùm finibus illis
Agricola incuruo terram molitus aratro,
Exeſa inueniet ſcabra rubigine pila:
Aut grauibus raſtris galeas pulſabit inanes:
Grandiaq. effoſſis mirabitur oſſa ſepulchris.

Et in XII. idem innuit,

Saxum antiquum ingens, campo qui fortè iacebat
Limes agro poſitus; litem vt diſcerneret aruis.
Vix illud lecti bis ſex ceruice ſubirent:
Qualia nunc hominum producit corpora tellus:

Lib. 6. c. 1. IT EQVES ET PLAVSV] Obſeruat Macrobius, hinc illud
Lib. 8. Virgilij emanaſſe,

Quadrupedante putrem ſonitu quatit vngula campum

LONGISCVNT QVICQVAM] Nonius longiſcere, longũ fieri, vel frangere, interpretatur. — POTESTATE PIGNE] Locus corruptus: quem aliqui emendant, *pro aetate piget*, vel, *pigret*: quòd minimè approbo, cùm in eo tractatu Nonius de nominibus tantùm agat, quae indiſcreta habent genera, non autem de verbis.

Lib. 5. — SVFFERRE LABOREM] Lucretius,

— *iterum ſuſſerre laborem.*

DEGRVMARI FERRVM] Hoc eſt grumam dirigere. *Eſt autẽ gruma, vt exponit Nonius, menſura quaedam, qua flexae viae ad lineam diri-*
Lib. 3. Saty. *guntur.* Et hinc degrumari, pro, in rectùm dirigere. Lucilius, — *viamq.*

Vis degrumari, vt caſtreis menſor facit olim.

NON POSSVNT MVSSARE BONI] Refertur à Seruio manuſcripto hic Ennij verſus cum alterius dimidio, in explicatione loci illius in IV Georg. *Muſſantq. or.us*, hoc modo, *Muſſant hic murmurant: quae vox ponitur & in tacendi ſignificatione, vt apud Ennium in XVII. Non poſſunt muſſare boni, & cet.* Addit Idem inſuper Muſſare interdum poni, pro, dubitare, vt, — *muſſat Rex ipſe Latinus*

Quos generos vocet —

Q. ENNII FRAGMENTA EX XVIII. ANNALI.

*

Montib⁹ obſtiteis obſtātibus, vnde oritur nox. Feſt. Obſti-tum.

* Agell. li. 13 c. 20.

— aëre ſolua

*

EXPLICATIO.

MONTIBVS OBSTITEIS] Neque hic verſus, qui ex tā-to naufragio ſuperfuit, certum eſt, an ſit ex hoc Annali, an ex XVI. Nam in Feſti codicibus inconſtanter vterque numerus habetur. Fortè ad hunc verſum in Bucol. reſpexit Maro, cùm dixit, Eclog 1.

Maioresq́. cadunt altis de montibus vmbrae.

Eandem ſententiam ſic expreſſit Apollonius, Lib. I.

Αἱ δὲ νέον σκοπέλοισιν ὑποσκιόωνται ἄρουραι.

— AERE FOLVA] Agellius de fuluo colore loquens, ait libro II. cap. XXVI. *Sicq́. Ennius in Annalibus fuluo aëre dixit.* Idē libro XIII, cap. XX. *Contrà verò idem Ennius in Annali duodeuigeſimo, aëre fulua dicit, non fuluo: non ob id ſolum quòd Homerus* ἀέρα βαθεῖαν *dicit: ſed quòd hic ſonus (opinor) vocabilior eſt viſus, & amoenior.* Ex hoc Annali vſque ad XL. nihil hactenus reliquum eſſe comperimus.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX XL. ANNALI.

*

Qvippe ſolent Reges omneis in rebu' ſecundeis. Feſt. Quippe.

*

EXPLICATIO.

QVIPPE SOLENT] Variant hoc etiā loco Feſti exemplaria. Nam cū facilè, I, littera in L, permutari poſſit, ambigitur an hic verſus ſit ex XL. Annali, an ex XI. Quod verò ad ſenſum attinet,

fortaſſe,

fortaſſe ad illud reſpexit, quod dici ſolet, Proſperos fortunae ſucceſſus homines inſolentes reddere. Vnde Plutarchus de Romulo ait, cũ rebus geſtis elatum, animoq́. inſoleſcentem, comitatem illam popularem, odioſo dominatu commutaſſe. Α᾽λλ᾽ ἐκτεθαῤῥηκὼς τοῖς πράγμασι, καὶ βαρυτέρῳ φρονήματι χρώμενος, ἐξίστατο τοῦ δημοτικοῦ, καὶ παρήλλαττεν εἰς μοναρχίαν ἐπαχθῆ. Non minus quidem difficile eſt in rebus ſecundis animo non efferri, quàm in aduerſis non conſternari: ádeoq́. inter ſummas, ac praecipuas animi dotes habetur, vtroque tempore infracto, conſtantiq́. animo eſſe.

Q. ENNII VERSVS ALIQVOT EX INCERTIS ANNAL. LIBRIS.

*

Priſc. lib. 5. — INtereà fugit albu' iubār Hyperioni' curſu.

*

Idē lib. 10. — † viroſq́. valenteis
† — Contūdit crudeleis hiemps —
(† viteſq. valenteis)

*

Agell. lib. 6 cap. 6. — Brunduſium polcro praecinctum praepete portu. (πιτακισμὸς)

*

Priſc. lib. 7. — Exin per † terras poſtquàm celeriſſimu' rumor. († terram.)

*

Chariſ. li. 2 — † Hiſpanè, non Romanè memoretis loqui me. († Noſtro mane, & Noſtro more Scalig. legit Hiſpanè.)

*

Agell. lib. 3. c. 14. — Sicuti ſi queis ferat vas vinei dimidiatum.

*

Varro lib. 6 Probus Sileno. Feſt. Tartarino. — Corpore Tartarino prognata † Paluda virago. († palude.)
Quoi par imber, & ignis, ſpiritus, & graui' terra,
Quaeq́. freto caua caeruleo cortina receptat. (Annominatio.)

*

Varro lib. 6 Parthas. de reb. p epiſt. quaeſitis. — Quos omneis Erebo perhibent, & nocte creatos.

*

Acron in li. 2. Epiſt. Horat. — — bellum
Aequeīs de manibus nox intempeſta diremit.

*

Char. lib. 1. — Frugiferai —

*

Idem lib. 1. — Aquaſt —

HIE-

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

INTEREA FVGIT] Chronographia: quam dactylorum celeritate explicauit, vt velociſſimum Solis curſum numeris imitaretur. ALBV' IVBAR] Hic obſeruandum, à Veteribus iubar maſculino genere prolatum: ab alijs verò neutro. Ouidius, Lib. 9. Met.

---- *iubar aureus extulerat Sol.*

HYPERIONI'] Poëtae ſaepè Solem, Hyperionem, & Hyperionidem vocarunt. Quo nomine, vt Plutarchus in libro de Homero ait, dictus eſt, ὅτι ἀεὶ ὑπὲρ ἡμᾶς ἰών. Pythagoras autem, vt refert Claudius Tuſcus, vnitatem hyperionida vocabat, διὰ τὸ πάντων ὑπερεῖναι τῇ οὐσίᾳ ὥσπερ καὶ ὁ νοητὸς ἥλιος ὑπὲρ τὰ ὄντα ἔχει τὸ εἶναι ὑπεριονίδης κέκληται. Hūc autem Hyperionem Caeli, & Terrae, filium fuiſſe, à pleriſq. proditum eſt: ex quo Sol, & Luna nati ſunt, & ab eo Sol Hyperionides eſt denominatus. Quod quidem ἀλληγορικῶς perpendens Diodorus, ait, ideo Hyperionem Solis, ac Lunae parentem vulgò fuiſſe habitum, quòd ipſe primus Solis, Lunae, caeterorumq. Lib. 5. aſtrorum motus, ordinem, cōuerſionemq. ſumma diligentia obſeruauerit. Ab hoc etiam, quoniam vnus ex Titanibus fuit, fertur Sol Titan, & Luna Titanis appellata: de qua Ennius,

Vt tibi Titanis Triuia dederit ſtirpem liberûm.

VIROSQ. VALENTEIS] Pierius legit. *vireſq. calenteis:* ſed neſcio vtrū coniectura, an antiquorū codicū auctoritate. CONTVDIT CRVDELIS HIEMPS] Ideò crudelis, nam militū corpora perfringit, & labefactat, praeſertim ea, quae duros militiae labores, & incomoda minus perferre cōſueuerint. Quare Ariſtoteles admonet pueros ineunte aetate, frigoribus perferēdis aſſuefaciendos: hoc enim & valetudini, & bellicis obeundis rebus praeſtare: ideoq. apud pleraſq. exteras gentes morem increbuiſſe, vt vel eos in flumen immergerent, vel, vt apud Gallos, breui, ac tenui veſte induerent. Eius verba haec ſunt in VII. de Repub. Συμφέρει δὲ εὐθὺς καὶ πρὸς τὰ ψύχη συνεθίζειν ἐκ μικρῶν παίδων τοῦτο γὰρ καὶ πρὸς ὑγίειαν, καὶ πρὸς πολεμικὰς πράξεις εὐχρηστότατον. διὸ παρὰ πολλοῖς ἐστι τῶν βαρβάρων ἔθος, τοῖς μὲν εἰς ποταμὸν ἀποβάπτειν τὰ γιγνόμενα ψυχρόν, τοῖς δὲ σκέπασμα μικρὸν ἀμπίσχειν οἷον Κελτοῖς. Idem de Germanorum ritu confirmat Caeſar in libro VI. de bello Gallico: quem Galenus libro I. τῶν ὑγιεινῶν, vt planè Scythicum, ac inhumanum deteſtatur, cùm tenui cuti frigus inimiciſſimum ſit, vt hoc ſenariolo teſtatur etiam Euripid.

Ψῦχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον. Lib. 8.

Maro

Maro ſic Ariſtotelis locum expreſſit, cùm Numanum Troianorum mollitiem exprobrantem, & Rutulorum egregiam in bello virtutem amplificantem inducit,

Durum à ſtirpe genus: natos ad flumina primùm
Deferimus, ſaeuoq. gelu duramus, & vndis.

De quo etiam more à Catone mentio facta eſt in Originum libris, &
Lib. 3. Car. à Varrone in II de gente populi Romani. Hinc Flaccus praecipit, vt
Od. 2. robuſtus puer ſub dio vitã cõdiſcat. Poëta igitur noſter, vt hiemis in clementiam augeret, *valenteis*, addidit, quo epitheto oſtendit milites non imbecillos, ſed ad belli incommoda perferenda aſſuetos, à frigoris vi, atq. magnitudine eſſe ſuperatos. Homerus,

Lib. 10. Ἀλλά μι χεῖμα δάμνατας ——

Obſeruat hoc loco Priſcianns in *Contudit*, penultimam eſſe productam, quam XIIII. Annali idem Poëta corripuit,

Contudit, indigno & bello confecit aceruos.

RRVNDVSIVM POLCRO] Aliqui legunt *Brundiſium*, vel, *Bryndiſium*, per y, vt in quibuſdã numiſmatis videre eſt. Ptolemaeus eam vrbẽ Βρενδέσιον appellat: alij Βρεντήσιον, nam, vt ex Strabone Stephanus, & Etymologici Auctor tradũt, ità nominata eſt, quòd portũ ad ceruorum cornuum ſimilitudinem habeat. Βρένδον enim Meſſapij ceruum vocant, & βρεντέσιον, ſiue βρέντιον, vt in II. linguarum Seleucus docet, cerui caput. Alijs placet ità appellatam, à Brendo Herculis filio. Feſtus tradit, quoſdam Poëtas breuitatis cauſſa *Bren-*
Lib. 6. *dam*, appellaſſe. Ciuitas eſt ad Adriam poſita, portu celeberrima, in quo, vt ait Strabo, multi portus vno ore includuntur, qui nulla fluctuum agitatione turbantur. — PREPETE PORTV] Id eſt quò nimis facili, ac celeri curſu naues illabũtur, Graecorũ exemplo, vt rectè admonuit Scaliger, qui προαλὲς πεδίον dixerũt. Eadem tranſlatione Poëta quidam, — *magnus cui prepete mento Perfluit Oceanus* —
Lib. 9. c. 4. Agellius de Brunduſij portu haec ait, *Cùm è Graecia in Italiam rediremus, & Brunduſium iremus; egreſſiq. è naui in terram, in portu illo inclyto ſpatiaremur, quem Q. Ennius remotiore paullùm, ſed admodùm ſcito vocabulo praepetem appellauit & caet.* Portus autem, vt ait Vlpianus libro LXVIII. AdE dictum, appellatus eſt, concluſus locus, quò importantur merces, & inde exportantur. — POSTQVAM CELERISSIMV' RVMOR] Famae celeritatem explicat, quã poë
Lib 4 Aen. ticis ornamentis illuſtrauit Maro. Mattius in Iliade,

—— celeriſſimus aduolat Hector.

Lib. 1. Chariſius vocem illam *celerißimus*, barbariſmum eſſe ait; qua licen
Lib. 1. & 3. tia Varro, & Lucretius, *paruiſſimus*, dixerunt. HISPANE NON ROMANE] Conſulenda ſunt quae in XI. Annali adnotauimus.

COR-

CORPORE TARTARINO] Horribilis *προσωποypαφία*. Varro, vbi ſine auctoris nomine adducit hunc verſum, inquit, *Tartarino*, à Tartaro dictum: cui Verrius his verbis adſtipulatur, *Tartarino cùm dixit Ennius, pro horrendo, & terribili accipitur, à Tartaro, qui locus eſt apud inferos*. Ferunt Grammatici, Tartarum appellari *ἀπὸ τοῦ ταράττειν*, quòd apud inferos omnia ſusq. deq. ferantur, & conturbentur: vel *παρὰ τὸ ταρταρίζω*, frigore tremo. Eius loci in Phaedone meminit Plato. — PROGNATA PALVDA VIRAGO] Probus *Palude* legit. Varro *Paluda*, à paludamentis, pro, paludata. Scaliger rectè quidem arbitratur, hanc illam eſſe, quam apud Maronem Iuno alloquitur, Lib. 6. de ling. Lat. In Eclog. 6.

> *Hunc mihi da proprium virgo ſata nocte laborem.*

Nam paullò ſuperiùs Idem Poëta dixerat, Lib. 7.

> *Odit & ipſe pater Pluton, odêre ſorores*
> *Tartareae monſtrum* ——

QVOI PAR IMBER ET IGNIS, SPIRITVS, ET GRAVI' TERRA] Hoc eſt, cui perſonae ſimile monſtrum nulla elementa progignerent. Apertè enim in hoc verſu quatuor elementa recenſentur. QVAEQ. FRETO] In Varrone hic locus habetur, *Apud Ennium, Quaeq. caeruleo freto orta nare coepta. Caua cortina dicta, quòd eſt inter caelum, & terram ad ſimilitudinem cortinae Apollinis*. Hunc verſum Scaliger ex eiuſdem ſcripturæ veſtigijs, vti ſcripſimus, emendauit, & prudenter cum ſuperioribus coniunxit, Turnebus verò legit, Lib. 6. de ling. Lat.

> *Corpore caeruleo caua quae cortina receptat.*

CAVA CORTINA] Huius imitatione dixit Varro, *caeli velum*, & Lucretius, *caeli tegmen*, & *amictum*. Porphyrius in Homericis quaeſtionibus ait, Caelum à Veteribus peplum appellari, tanquàm Deorum caeleſtium amictum: quod, vt videtur, ex antiqua Orphei Theologia ſumptum eſt: qui puellam quandam ſomniat, rerum omnium, quae gignuntur, praeſidem, telam texentem. Lib. 5. & 6.

QVOS OMNEIS] Non explicat Parrhaſius, vnde hunc verſum tranſcripſerit; ſed ei, vtpotè antiquorum Auctorum maximè ſtudioſo, fides adhibenda eſt. Ità igitur ille in epiſtola quadam ad Antonium Tileſium, *Aether, & Dies, eorumq. fratres, & ſorores ex Erebo, & Nocte procreati. Cicero in III. de Natura Deorum. Quos omnes Erebo, & nocte natos ferunt. Ennius,*

> *Quos omnes Erebo, perhibent, & nocte creatos.*

Soluit enim Cicero Ennij carmen, eiuſq. numerum ad ſolutae orationis numeros transfert. Poteſt etiam hic verſus ad Furias referri. Quare cum antecedẽtibus quodammodo congruere viſus eſt. Nec refert quòd

 maſcu-

Lib.7. maſculino genere dixerit. *Quos omnes Erebo, & caet.* Nam Virgilius de Alecto inquit,

Nec dextrae erranti Deus abfuit ——

EREBO] Heſiodus in libro de Deorum Generatione ex Chao prodidit Erebum, & Noctem eſſe natos,

Ἐκ χάεος δ' Ἔρεβός τε μέλαινά τε νὺξ ἐξεγένοντο.

Ex quibus, vt Idem refert, & Cicero in loco ſupra memorato repetit, nati ſunt Aether, Dies, Amor, Dolus, Metus, Labor, Inuidentia, Fatum, Senectus, Mors, Tenebrae, Miſeria, Querela, Gratia, Fraus, Pertinacia, Parcae, Heſperides, Somnia; de quibus arbitror noſtrũ Poëtam intellexiſſe, nam poſtquàm hos Cicero nominauit, perturbatum illum Ennij verſum addidit, *Quos omnes Erebo, & nocte natos ferunt*. At Varro cum Heſiodo non conſentit, ſed aliorum Graecorũ Poëtarum opinionem ſequutus, Noctem aſſerit ex Erebo natam, apud quos frequenter, νὺξ ἐρεβεννή, legitur. Inde Latinus quidã Poëta,

Erebo creata, fuſcis crinibus, Nox te inuoco.

— BELLVM AEQVIS DE MANIBVS] Liuius quamuis ſoluta ratione, magis tamen poëticè idem, *aequo Marte*, dixit. Acron

Ll.2. Epiſt. Horatij interpres eo verſu,

Lento Samnites ad lumina prima duello,

ait, *Romani quondam pugnauerunt cum hoſtibus Samnitibus vſque ad noctẽ, vnde Ennius — bellum (inquit) Aequis de manibus, & caet.* NOX INTEMPESTA DIREMIT] Vberiùs Maro,

Lib. 11. *Continuoq. ineant pugnas, & proelia tentent,*

Ni roſeus feſſos iam gurgite Phebus Hibero

Tingat equos, noctemq. die labente reducat.

Lib. 13. Silius Italicus ad hanc Maronis normam hos ſuos effinxit,

Acriùs hoc inſtant Itali, clauſosq. fatigant.

Et ni caeca ſinu terras nox conderet atro,

Perfractae rabido patuiſſent milite portae.

Lib. 4. Lucanus, *Pugna fuit non longa quidem, nam condidit atra*

Nox lucem dubiam, pacemq. habuêre tenebrae.

Cornelius Nepos in Daretis Phrygij verſione, *Nox*, inquit, *proelium dirimit*; Plautus Amphit.

Sed praelium id tandem diremit nox, interuentu ſuo.

Lib 71 Salluſtius de Bello Iugur. *Denique vtrinq. nox praelium diremit.* Liuius *Nec ſuperfuiſſent multi, ni nox victoriam magis, quam proelium diremiſſet*, Idem rurſus: *Sed nox, incerta victoria, praelium diremit.* FRVGI-

Lib 37. FERAI] Puto Ennij hemiſtichium fuiſſe — *terrai frugiferai*. Id enim

Lib 9. proprium terrae epitheton. Lucanus,

Pallas frugiferas iuſſit non laedere terras.

Et Lucretius, *terras frugiferanteis*, dixit. Atque eò magis ità Ennium ſcripſiſſe crediderim, quòd Martialis carpens ſuorũ temporum Poëtas, nimiùm antiquum illum dicendi modum affectantes, inquit, Lib. I.

Attonitusq. leges terraï frugiferaï,
Attius, & quicquid Pacuuiusq. vomunt.

Repetuntur huiuſmodi voces, *terraï frugiferaï*, in Marcij Vatis carminibus à Liuio lib. XXV. relatis, in quibus Liuius, ne praeter Latinae hiſtoriae conſuetudinem proſae orationi carmina admiſceret, quaedam nulla habita metri ratione, immutauit; eaq. denique ità Andreas Alciatus in ſuos numeros redegit,

Amnem Troiugena Cannam Romane feüge,
Ne te alienigenae in campo cogant Diomedis
Conſeruiſſe manus pugnando: ſed neque credes
Tu mihi nunc, donec compleris ſanguine campum:
Multaq. millia caeſa tuorum deferat amnis
In pontum magnum terraï frigiferaï,
Piſcibus, atque auibusq. feriſq. colentibu' terras,
Vt fuat eſca caro tua: nam mi ità Iuppiter orſu'ſt.

Marcus Claudius Sacerdos in arte Grammatica, affert ex Annalibus Ennij, —— *& intus aquaï frigiferaï.*

Vbi Amanuenſis oſcitanter aquaï, pro, terraï poſuit, cùm, vt diximus, id epitheton propriè terrae conueniat. A Q V A S T] Apud Chariſiũ, vbi haec referuntur, ità eſt inquinata ſcriptura, vt nulla apta ſententia inde haberi poſsit. Nam agẽs deuoce *Euax*, poſtquàm illud Plauti adduxit ex Bacchid. Lib. 2.

Euax adſperſiſti aquam feli nuncio,

ait, *Ennius quoq. Annalium libro Aquaſt.* Puto autem euax legendum, cùm de ea interiectione agat.

Q. ENNII ALII QVIDAM HEXAMETRI VERSVS NON ADSCRIPTO OPERIS INDICE,

Quos maiori ex parte ex Annalibus eſſe putamus.

ἀλφακισμός. † artubus

EXcita cùm tremuleis anus attulit † artibu' lumẽ, Cic. lib. I. de Diuin.
Talia cõmemorat lacrumans, exterrita ſomno:

Eurydica prognata, pater quam noſter amauit,
† Viuens vita meum corpu' nunc deſerit omne. † Vires vitaque corpu' meum.
Nam me viſus homo polcer per amoena ſalicta
Et ripas raptare, locosq́. nouos. ità ſola
Poſt illa germana ſoror errare videbar:
Tardaq́. veſtigare, & quaerere te, neque poſſe
Corde capeſſere. ſemita nulla pedem ſtabilibat.
Exin compellare pater me voce videtur
Heis verbis, ô gnata, tibi ſunt antegerendae
Erumnae: pòſt ex fluuio fortuna reſiſtet.
Haec pater ecfatus, germana repentè receſſit:
Nec ſeſe dedit in conſpectum corde cupitus. κατπα-
Quamquàm multa manus ad caeli caerula templa χεμίς.
Tendebam lacrumans, & blanda voce vocabam.
Vix aegro † tum corde meo me ſomnu' reliquit. † cum

*

Seru lib 2. Aen. Hei mihi qualis erat, quantùm mutatus ab illo.

*

Iſidor li. 18. cap. 36. Inde patefecit radijs rota candida caelum.

*

Var. 3. De re ruſt. Suet. in Auguſt. c. 7. Septingentei ſunt paullò plus aut minus anni,
Auguſto augurio poſtquā incluta cōdita Roma'ſt

*

Horat. lib. 1 Epiſt. — forum Putealq́. Libonis
Mandabo ſiccis: adimam cantare ſeueris.

*

Cic de Senect. Sicut fortis equus ſpacio qui † ſaepè † ſupremo † ſorte † temēſo:
Vicit Olympia, nunc ſenio confectu' quieſcit.

*

Idem lib 6. de Repub. Moribus antiqueis res ſtat Romana, vireisque.

*

Idem de Orat lib. 1. Egregiè cordatus homo Catus Aeliu' Sextus.

*

Hora. lib 1. Satyr. Ser lib 2. Aen — poſtquàm diſcordia tetra
Belleiferratos poſteis, portasq́. refregit.

*

Cic lib. 3. de Orat. Africa terribili † tremit horrida terra tumultu. † tremis.

*

* Pon-

*

† condu- xit. * Pontibus inſtratis † coniunxit littora Xerxes: Serg. in com Donat. Var. lib. 6.
Iſq. Helleſponto pontem contendit in alto.

*

Cùm ſola eſt, eadem faciunt longiſcere longè. Non Longiſcere.

*

— pars
Ludicrè iactant, ſaxa inter ſe licitantur. Idem Licitari

*

† quae — † quod ſcis
In volgum volgas, artemq. expromis inertem. Idem Vulgauit.

*

† quas — fortunas † ecquas coepere latrones Idē Interrogitare.
† interſe tare † Inter ſe memorent —

*

Sagas caeruleas therua — Chariſ. li. 1.
— purpureis gemmauit pampinus vueis.

*

† eniunt falarica miſſa Quae validè † venit contorta falarica miſſu. Non Falarica.

*

Vt clauum rectum teneam, nauimq. gubernem. Iſid. lib. 19. cap 2.

*

† ponunt † agiauia agrea. Multa foro † ponit, & † agea longa repletur. Idem ibidē.

*

Hortatore bono, priu' quàm iam finibu' termo' ſt. Feſt. Termonem.

*

† celonis Labitur vncta carina per aequora cana † celocis. Iſid lib. 19. cap. 1.

*

Tonſillas rapiunt, configunt littus, aduncas. Idem lib 19 cap 2
Nauibus explebant ſe ſe, terraſq. replebant. Ser 4. Aen. ex Capro.

*

— pilam vix Scalig. in Feſt.
Sol mediam: complere cohum terroribu' caelei.

*

Qui vicit non eſt victor, niſi victu' fatetur. Ser. in frag. P Daniel.

*

Vel tu Dictator, vel equorū, equitumue Magiſter Feſt. Vel.
Eſto, vel Conſol —

*

Sed ſola terrarum poſtquàm permenſa parumper. Idem Solū.

Omneis

*

Donat. pho. Scena vlt. Omneis corde patrem praebent, animoq́. benigno
† Circumfunduntur — † circumfuſum.

*

Feſt. Supernati. Heis pernas ſuccidit iniqua † ſuperbia Poeni. † ſuperala

*

Feſt. Metonymia Cum magno ſtrepitu Volcanum ventu' † vegetat. † vegebat

*

Idem Cracenteis. Succincti gladijs media regione cracenteis.

*

Non. Obſidio. Cum † ſaeuo obſidio magnus † Titana praemebat. † ſuo † Titanum.

*

Var. lib. 6. † Tantidem quaſi foeta † canes ſine dentibu' latrat. † Tantundem.

*

Non. Cupſſus, & Agel. li. 13 c 20. Capitibu' nutanteis pinos, rectosq́. † cupreſſos. † cupreſſus.

*

Donat phor. Optuma cum polcreis animeis Romana iuuentus.

*

Var. lib. 6. Iam cata ſigna † ferae ſonitum dare voce parabant. † ferè.

*

Non. Metus Feſt. Recto fronte. Ni metus vlla † tenet ritè in virtute quieſcunt. † tenet tenere virtute.

*

— vnus

Idem Surû, & Rigido. Surus ſurum † ferret, tamen defendere † poſſet. † ferre. † poſſent.

*

Var. lib. 6. * Quis pater, aut cognatu' volet nos contrà tueri?
Non. Vultus. Aduerſabontur ſemper † nos, † nôſtraq́. volta. † viuos, vel vos. † voſtraq;

*

Feſt Scirp. Iſid. lib. 17. cap. 19. Quaerunt in ſcirpo (ſoliti quod dicere) nodum.

*

Var. lib. 6. — quod minimum eſt neque, vt aiunt,
Mu facere audent —

*

Iſid lib. 2. cap. 1. Ad genuā ſe proſternunt ſtatim lacrumanteis.

*

Diomed. li. 2 Donat de Barb Char. Moerenteis flenteis, lacrumanteis, † ac miſerēteis. † commiſerantcis.

*

lib 4. Feſt. Sibinā † Illuricei reſtant ſiceis, ſibineiſq. † fodenteis † Ilyrici, & Illyrij. † carinanteis.

*

Seru. P. Danicius. Contra † carinam verba atque obſcoena profatus.

*

neque

*

— neq; me decet hanc carinãtibus edere charteis. Idem ibid.

*

† mille. † ſicilikus

Incedit † veles vulgò † ſicilicibu' lateis. Feſt. Sicilices.

*

— decem coclites, ques montibu' ſummeis
Ripaeis fodere. — Var. lib. 6. de ling. Lat.

*

† requirunt.

Oſcitat in campeis caput, à ceruice reuulſum:
Semanimesq. micant oculi, ferrumq. † retractant. Ser. lib. 10. Aen.

*

— caput caderet ſola tuba peregit,
Et praeeunte viro raucus ſonus aere cucurrit. Lact. lib. 11 Theb.

*

† antiqua

O domus † Ancei, heu quã diſpari dño dominaris. Cic. lib. 1. de Off.

*

O Tite, tute Tati tibi tanta Tyranne tuliſti. Iſid. lib. 1. cap. 35.

*

† adiuto.

O Tite, ſiquid ego † adiuro, curamue leuaſſo.
Quae nunc te coquit, & verſat † ſub pectore fixa,
Et qua deprimens fruſtra, noctesq. diesq.
Ecquid erit praemij? — Cic. de Senect.

*

† cum re.

— ille vir haud magna † in re
Sed fidei plenus — Idem ibid.

*

O patria, ô Diuûm domus Ilium, & incluta bello Seru. lib. 2. Aen.

*

Simia quàm turpis ſimillima beſtia nobis. Cic. lib. 1. de Nat. De.

*

Vulturis in ſilueis miſerum mandebat homonem,
Heu quàm crudelei condebat membra ſepulchro. Priſ. lib. 6.

*

Buteo, Sanqualis, Immuſculus, Aqquila, Vultur. Parrhaſius.

*

† excitat.

Cum ſomno ſeſe exſiccat Romana iuuentus. Lact. lib. 5. Theb.

*

Hos peſtis necuit, pars occidit illa duellis. Priſ. lib. 9.

*

Cum veter occubuit Priamus ſub Marte Pelaſgo. Idem lib. 3.

Pan-

*

Feſt Genas, & ſulcis — Pandite ¦ ſulti genas,& corde relinquite ſomnum. † ſulcis.

*

Vetus Gram. — Contempſit fontes, quibus exerugit aquae vis.

*

Iuuenal ſat. 14. — Vnde habeas quaerit nemo, ſed oportet habere.

*

Ser. lib. 3. Georg — Perq́. fabam repunt, & mollia crura reponunt.

*

Cenſorin de Die natal. — Ciueis Romanei tunc facti ſunt Campanei.

*

Cic. lib 3. de Orat. — Nos ſumu' Romanei, qui fuuimus antè Rudinei.

*

D Auguſt. li. 13. de Trin. — Omneis mortaleis ſe ſe laudari exoptant.

*

N.n. Caeli Chariſ li. 1 — Forteis Romanei, quanquàm Caelus profundus.

*

Feſt — Quòm illud, quo iam ſemel eſt imbuta veneno,

*

Ser. lib. 6. Aen. — Imprimitq́. genae genam —

*

Idem. lib. 4. Aen. — It nigrum campeis agmen —

*

Feſt. Muſſare. — Non decet muſſare bonos —

*

Agell li 10. cap. . Non. Quartum. — Quinctu' pater quartùm fit Conſol —

*

Cic. Oratore. — Idem campus habet —

*

S r. 10. A n — Gnateis parce tuis —

*

Porphyr li. 1 Car. Ode. 9. — — ſtant poluere campei,

*

Non. Sagus — — † tergum igitur ſagu' pinguis opertat. † tergius & tergus

*

Chariſ. li. 1 — — equitum celeriſſimus —

*

Feſt Runa — — runata recedit.

*

Var. lib 6. de lin. lat. — — pauſam fecêre fremendi

furen-

*

— ſurentibu' venteis. Ser lib. 1. Aen.

*

— de moeris res gerit Opſcus. Feſt. Oſcum.

*

— diuûm domus altiſonum cael. Auſon Mono yll.

*

— coenacula maxima caelei. Tertull. aduerſus Valentin.

*

— Poeni ſtipendia pendunt. Var. lib. 4. de lin. lat.

*

— diuûmq. hominumq. Pater rex. Idem ibidē.

*

— Patrem diuûmq. hominumq. Cicero lib. 2. de Nat. Deor.

*

— endo ſuam do. Auſon. Monoſyll.

*

— & vertunt crateres ahenos. Ser lib. 11. Aen.

*

— ſanctosq. poëtas. Cic pro Archia.

*

— quem non virtutis egentem. Ser lib. 2. Aen.

*

— vita illa dignu' locoq. Cicer. Orat.

*

— Saturno ſancte create. Victorin de rat. Metror. Ser. 10. Aen

*

— noſtri ceſsēre parumper. Hirtius de Bello Hiſp.

*

— Vulſculu' perdidit Anxur. Feſt. Anxur.

*

— perculſi pectora Poeni. Innom. Statij Interp.

*

— fluctusq natanteis. Ser. lib. 6. Aen.

*

— vbi mille rotam voluēre per annos. Idem ibid.

*

— eia machaeras. Idem lib. 9. Aen.

*

— ſuccincti corda machaeris. Idem ibid.

*

DD ſpiras

*

Feſt. Spiras. — ſpiras legionibu' nexunt.

*

Ser lib. 12. Aen. — funduntq́. elateis naribu' lucem.

*

Cic. ad Att. lib. 2. & 6. — Reges odiſſe ſuperbos.

*

Ser. lib. 6. Aen. — Viden' —

*

Idem lib. 7. — Anionem —

*

Var. lib 4. de lin. Lat. *Dictator vbi currum inſidit, pervehitur vſque ad oppidum.*

*

Ser. lib. 1. Aen. SEruius explicans illud Virgilij. *Conſilia in melius referet*, ait, *Quia bello Punico ſecundo Iuno placata (vt Ennius ait) coepit fauere Romanis.* Quae verba ſic in metrum digererem,

— *Iuno placata fauere Coepit Romaneis* —

Plinius Lib. XIIX cap. IX, *Ennius antiquiſſimus vates obſidionis famem exprimens, offam eripuiſſe plorantibus libereis patres commemorat.* Quae verba, ex Annalibus deſumpta videntur: & niſi in dictione liberis, trochaeus proſpondeo eſſet, ità Ennium ſcripſiſſe arbitrarer,

— *libereis plorantibus offam*
Eripuêre patres —

HOS PRAETEREA VERSVS, QVAMVIS SVPPRESSO AVCTORIS nomine adducantur, ex iiſdem Q. Ennij Annalibus eſſe cenſemus.

*

Donat. de Tropis. MAſſili, portant iuuenes ad littora, tanas.

*

Var. lib 6. de lin. Lat. Contremuit templum magnum Iouis altiſonâtis.

*

Donat. de Barbar. Expoliantur eos, & corpora nuda relinquunt.

*

Idem de Schemat. Marſa manus, Peligna cohors, feſtina virûm vis.

*

Char lib. 4.

Vos

*

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem
Illaq. virgo virei — Cic lib. 1. Off.

*

At Romanus homo, tamen & ſi res bene geſta'ſt.
Corde ſuo trepidat — Idem lib. 3. de Orat.

*

Optuma Caelicolûm, Saturnia magna dearum. Priſ. lib 1.

*

O genitor noſter Saturne maxime diuûm. Idem ibidē

*

— ducuntur fortè ligati
Minturnienſeis — Vloſſi n. de Carm. heroico.

*

— & ſaxo cere, comminuit, brum Donat. de Tropiſ Ser. lib. 1 Aen.

*

— populoi Romanoi. Victorin de Orthogra.

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

EXCITA CVM TREMVLIS] Veſtalis ſomnium, vt ex Cicerone liquet, Poëta narrat. Et quamuis, quae nam haec ex Veſtalibus fuerit; non conſtet, tamen, ex eiuſdem Ciceronis verbis Iliam fuiſſe opinor: apud quem haec habentur. *Narrat enim apud Ennium Veſtalis illa*: vbi fortaſſe. *Veſtalis Ilia*, reponendum eſt: idq́ue eò libentiùs affirmo, quòd omnia ferè huiuſmodi verba ad illius hiſtoriam quodammodo pertinere videantur; vt, *Homo polcer*, ideſt, Mars: *Tardaq. veſtigare*, nempe Ilia, vtpotè Marte grauis: *tibei ſunt antegerendae Erumnae*, ob Patrui in ipſam, & pronepotes ſaeuitiam: *poſt ex fluuio fortuna reſiſtet*, nam à fluuio ſeruati pueri, terrarū orbis imperium conſtituerunt. Sed haec omnia coniectura tantùm nituntur: quae, ſi abſq. dubio de Ilia intelligi cognouiſſem, in I. Annalis initio collocaſſem. Is enim proprius eſt huius hiſtoriae locus, vt & ibidem oſtendi, ac etiam Ouidij auctoritate comprobatur: qui in II. Triſtium, de Annalium principio intelligens, ait, Lib. 1 de Diuin.

Sumpſerit Annales, nihil eſt hirſutius illis,
Facta ſit vnde parens Ilia, nempè leges.

— TREMVLEIS ANVS ARTIBVS] Ab accidentibus: nam

dum calor per aetatem deficit, minuitur ſanguis, indeq. membra debiliora euadunt, tremoreq. occupantur. Scripſimus autem *artibus*, non *artubus* Terẽtij Scauri auctoritate. Velij Longi autem de hac re haec verba ſunt, *Nonnulli etiam variè modo per u, modo per i, ſcripſerũt artibus, vt, cùm ſignificaret artus, vt arcus, & partus, u, littera in datiuo ſeruaretur. Cum verò artes, vt arces, & partes, tunc eodem illo caſu per, i, litterã ſcriberentur. Mihi videtur nimis ruſticana futura enunciatio, ſi per u, extulerimus: ità tamen exiſtimo enunciandum, vt nec minus i, littera exilis ſit; nec u, litteram ſcripſeris, enunciationis ſono, cùm minus plena: At meminerimus artis ὀρθοεπείας eſſe, vt ſiue hac, ſiue illa littera ſcripſeris*
Lib. 3. *enunciationis ſonum temperet.* Lucretius eodem adiuncto,

—— aut quid nam tremulis facere artibus haedi?

Lib 3. Aen. TALIA COMMEMORAT LACRVMANS] Virgilius,

Talia fundebat lacrumans ——

Lib 4. Aen. — EXTERRITA SOMNO] Per obiecta in ſomnis viſa. Virgilius,

—— ſuſpenſam inſomnia terrent?

NAM ME VISVS HOMO POLCER] Somnij narratio. — PER AMOENA SALICTA] Loca ſalicibus conſita — LO-
Lib. 1. Aen. COSQVE NOVOS] Virgilius, — *locosq. Explorare nouos* —
Lib. 4. — ITA SOLA] Virgilius de Didone,

Sola ſibi, ſemper longam incomitata videtur Ire viam —

POST ILLA] Veteres elegantiſſimè *poſt illa*, pro, poſteà dixerunt. M. Cato in Origin. loquens de inſigni Q. Ceditij Tribuni militum animi magnitudine, ait, *Eumq. inter mortuos defatigatum vulneribus, atque ſpirantem, quòd ſanguen defluxerat, cognouêre; eumq. ſubſtulêre: isq. conualuit, ſaepè poſt illa operam Reip. fortem, atq. ſtrenuem perhibuit.* Plautinus Epigonus in Sticho,

Poſt illa iam iſte eſt tranquillus tibi.

Lib. 4. Aen. GERMANA SOROR] Affectus à generis propinquitate. Virgilius, *Anna Soror.* ERRARE] In ſiluae ſolitudine vagari. — SEMITA NVLLA PEDEM STABILIBAT] Nam huc illuc incerta, palansq. vagabatur. COMPELLARE VOCE] Pleo-
Lib. 5. naſmus. Maro,

Rectorem nauis compellat voce Menetem.

HAEC PATER ECFATVS, GERMANA REPEN-
Lib. 2. Aen. TE RECESSIT] Virgilius de Creuſa Aeneae apparente,

Haec vbi dicta dedit, lacrimantem & multa volentem
Dicere, deſeruit; tenuesq. receſſit in auras.

— CORDE CVPITVS] Catullus,

Vt ſi quidquam animo tuo cupiſti.

QVANQVAM MVLTA MANVS] Enallage, ſiue heteroſis nomi-

nominis pro aduerbio. Tale eſt illud Virgilij, Lib 4. Aen.

Multa Iouem manibus ſupplex oraſſe ſupinis.

Item, *Multa Deos, aurasq́. pater teſtatur inanes,* Lib 3. Aen.

pro multum. Eodem etiam modo dixit Lucretius *crebra reuiſit*, pro, Lib. 2. crebro. Nec dubiū eſt quin Latini Poëtae id loquendi genus è Graecis imitati ſint, qui ſaepè πολλὰ pro, πολὺ, & πολλάκις vſurparunt. Homerus, —— πολλὰ θεοὺς γουνούμενος. Lib. 11. Ο'δύσ. δ.

— AD CAELI CAERVLA TEMPLA] Plura ad hunc locum ſpectantia in primo libro explicauimus. TENDEBAM] A corporis geſtu, hoc eſt manuum eleuatione, quae praecantium propria eſt, & affectus magnitudinem oſtendit. Homerus, Ο'δύσ. α.

Εὔχετο χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Apollonius Rhodius, ex quo Ennius non modò ſententiam, ſed & dictionem illam *multa*, videtur extuliſſe. —— αἱ δὲ γυναῖκες Lib. 1. Arg.

Πολλὰ μάλ' ἀθανάτοισιν ἐς αἰθέρα χεῖρας ἄειραν.

Quod tam ſaepè à Virgilio, caeterisq́. Latinis Poëtis repetitur, vt ſuperuacaneum ſit referre. — LACRVMANS] Pathos à dolore. — BLANDA VOCE] Virgilius, Lib. 1 Aen.

—— *blandisq́. moratur Vocibus* ——

Apollonius, Μειλιχίοις ἐπέεσσι. — ME SOMNV' RELIQVIT] Lib. 1. Arg. Homerus, —— ὡς ἐμὲν εἰπών Iliad. ζ.

Ὤχετ' ἀποπτάμενος ἐμὲ δὲ γλυκὺς ὕπνος ἀνῆκεν.

Virgilius, —— *nox Aeneam ſomnusq́. reliquit.* Lib. 5.

Cicero Scipionis ſomnium claudit, *Ego ſomno ſtatim ſolutus ſum.* HEI MIHI] Docet Seruius hūc Ennij eſſe verſum, quē Maro in II Aeneid. mutuatus eſt. INDE PATEFECIT RADIIS ROTA CANDIDA] Solem περιφραστικῶς intelligit: videturq́. reſpexiſſe ad Anaximandri opinionem, qui Solem, circulum eſſe dicebat terra vicies & octies maiorem, rotae curuli ſimilem. Varro Atacinus in Chorographia.

Qui Solis calido nunquam rota ferueat igne.

Lucretius, *Hic neque tum Solis rota cerni lumine largo.* Lib. 5.

Et, *Nec nimio ſolis maior rota, nec minor ardor.* Ibid.

Seneca Hercule Oetheo, Act. 3. Sce. vlt.

Teſtor nitentis flammeam Phoebi rotam.

Prudentius Periſtephanon,

—— *Videtq́. Solis quod rota circuit.*

Maro de Ortu Solis,

Emicat Oceano Phoebi rota clara relicto.

Eadem ferè tranſlatione Pythagoras apud Ouidium, Solem Dei Clypeum, appellauit. SEPTINGENTI SVNT] Varro lib. III. De re ruſt. haec habet, *Etenim vetuſtiſſimum oppidum cùm ſit traditum* Lib. 15.

Graecum

Graecum, Boeotiae Thebae, quod Rex Ogyges aedificauit: in agro Romano Roma, quam Romulus Rex. Nam in hoc nunc denique eſt, vt dici poſſit, non cùm Ennius ſcripſit,

ſeptingentei ſunt paullò plus, aut minus annei,
Auguſto augurio poſtquàm incluta condita Roma'ſt.

Quibus verbis Varro vult, Ennium hoc loco hallucinatum, ob temporum ignorationem: in qua ſententia eſt etiam Scaliger in ſua temporum emendatione. Sed cùm tam inſigniter lapſus in huiuſmodi ſupputatione videatur Ennius, putandum eſt, ſatis negligenter à Veteribus temporum rationem eſſe habitam: nam primùm apud Romanos Varro aetatem patriae, ac temporum deſcriptiones aperuit: quem Florus ſequutus, in Epitomes initio tradit, à Romulo ad Auguſtum ſeptingentos annos effluxiſſe: à quo annorum numero I X. tãtùm annis diſcrepat Eutropius, vnoq. amplius Oroſius, & Solinus.

AVGVSTO AVGVRIO] Romuli augurium intelligit, quod Cap. 7. in condenda Vrbe habuit. Suetonius autem vbi de Octauio loquẽs, hunc Poëtae verſum adducit, ait, *Poſtea C. Caeſaris, & deinde Auguſti cognomen aſſumpſit: alterum teſtamento maioris auunculi: alterum Munatij Planci ſententia, cùm, quibuſdam cenſentibus, Romulum appellari oportere, quaſi & ipſum conditorem Vrbis, praeualuiſſet, vt Auguſtus potius, quàm Romulus vocaretur, non tantùm nouo, ſed etiam ampliore cognomine: quòd loca quoq. religioſa, & in quibus auguratò quid conſecratur, auguſta dicantur, ab auctu, vel auium geſtu, guſtuúe, ſicut etiam Ennius docet ſcribens, Auguſto augurio & caet.* Eadem ferè recenſet Dion Caſſius libro L I I I. Romanarum Hiſtoriarum. Feſtus ait, *Auguſtus locus ſanctus, ab auium guſtu, id eſt, quia ab auibus ſignificatus eſt, ſic dictus: ſiue ab auium guſtatu, quia aues paſtae id ratum fecêre.* Quamobrem ait Ouidius,

Lib. 1. Faſt. *Sancta vocant Auguſta patres, Auguſta vocantur*
Templa Sacerdotum, ritè dicata manu.

Pauſanias in Laconicis loquens de templo quodam Auguſto dicato, ait, Auguſti cognomen idem ſanè pollere, quod Graecorum lingua σεβαςὸς, ideſt Sanctus, & ipſa quaſi numinis cuiuſdam maieſtate colendus. CONDITA ROMA' EST] Virg. I. Aen.

—— *Romanam condere gentem.*

—FORVM PVTEALQVE LIBONIS] Ex ipſis Horatij Lib. 1. verbis in Epiſtola ad Maecenatem videtur is locus ex Ennio eſſe deſumptus: ait enim,

Ennius ipſe pater nunquam niſi potus ad arma
Proſiluit dicenda: Forum Putealq. Libonis
Mandabo ſiccis, adimam cantare ſeueris.

Hoc ſimul edixit: & cæt. ——

Lambinus, exiſtimat verbum illud, *edixit*, referri Cratino, Cruquius verò Ennio: negat enim Cratinum, Graecum Poëtam de Puteali, atq. Libone vllam vnquàm habuiſſe notitiam. Quid autem ſit Libonis Puteal, plura ab Horatij interpretibus, & Conſtantio Lando in Numiſmatum explicatione referuntur. Pomponius autem Puteal, putei operculum, quod Graecis eſt περισόμιον, interpretatur. SICCIS] Vinolētos ſiccis oppoſuit Cicero. SICVT FORTIS EQVVS] Comparatio ab equo, ſumpta ex Sophoclis Electra: apud quem Oreſtes, ità ad Paedagogum, Lib. 13. §. vlt. de act. Emp. Lib. 2. & 4. Acade.

> Ὥσπερ γὰρ ἵππος εὐγενὴς, κἂν ᾖ γέρων
> Ἐν τοῖσι δεινοῖς θυμὸν οὐκ ἀπώλεσεν,
> Ἀλλ' ὀρθὸν οὖς ἵστησιν. ὡσαύτως δὲ σὺ
> Ἡμᾶς τ' ὀτρύνεις, καὐτὸς ἐν πρώτοις ἕπῃ.

Confert Sophocles Paedagogum ſenem, qui conſilio ſimul, rebusq. gerendis ſit idoneus, equo generoſo, qui, quamuis ſenio confectus ſit, animo tamen in rebus difficillimis, ac periculoſis non conſternatur, ſed aures erigit. Hinc illud extat Adagium, Equus Sophocleus: quod de ijs dicitur, qui licet effoeto iam corpore, ſenioq. imbecilli langueant: animo tamem, iuuenili quodam robore vigent. Philoſtratus Damianum Sophiſtam Sophocleo equo comparauit: nam cùm propter ingraueſcentem aetatem ſegnis videretur, in ſtudijs tamen ſe virum in dies praebebat. Eius verba ſunt, Εἶδον δὲ ἄνδρα, παραπλήσιον τῷ Σοφοκλείῳ ἵππῳ. νωθρὸς γὰρ ὑφ' ἡλικίας δοκῶν, νεάζουσαν ὁρμὴν ἐν ταῖς σπουδαῖς ἀνεκτᾶτο. Saluſt. in Catil. *Delecti, quibus corpus annis infirmũ, ingenium ſapientia validũ erat.* Idem in IV. Hiſtor. *Omnes, quibus aetas ſenecta corpore, animus militaris erat.* Huic equo poteſt etiam Bucephali ſenectus comparari, quem Alexander ne nimijs laboribus oneraret, ingraueſcente iam aetate; antè praelium, cùm aciem luſtraret, atq. inſtrueret, alijs vehebatur equis: indeq. ſigno dato in Bucephalum ſtatim trāſultans, Martis aleam ſubibat. Parmenides apud Platonem in libro, qui ipſius Parmenidis nomine eſt inſcriptus, hoc modo ſe ipſum Ibyceo equo laboribus iam defatigato, atq; aetate prouecto, comparat. Τὸν μὲν οὖν Παρμενίδην, ἀνάγκη, φάναι, πείθεσθαι. καίτοι δοκῶ μοι τὸ τοῦ Ἰβυκείου ἵππου πεπονθέναι, ᾧ ἐκεῖνος ἀθλητῇ ὄντι, καὶ πρεσβυτέρῳ, ὑφ' ἅρματι μέλλοντι ἀγωνιεῖσθαι, καὶ δι' ἐμπειρίαν τρέμοντι τὸ μέλλον, ἑαυτὸν ἀπεικάζων, ἄκων ἔφη καὶ αὐτὸς οὕτω πρεσβύτης ὢν εἰς τὸν ἔρωτα ἀναγκάζεσθαι ἰέναι. Lambinus exiſtimat hũc pertinere illos Horatij verſus. Lib. 1. Epiſt.

> *Solue ſeneſcentem maturè ſanus equum, ne*
> *Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat.*

Homerus ab equo victore hoc modo ſimilitudinem ſumpſit, Iliad Χ.

ἀεθ'

—— ὥσθ' ἵππος ἀεθλοφόρος σὺν ὄχεσφιν.
Ὅς ῥά τε ῥεῖα θέῃσι τιταινόμενος πεδίοιο.

Lib. 3. Fortis verò, vt exponit Nonius, celer ſignificat. Lucretius,

Conſimile in curſu poſſint, ac fortis equi vis?

Lib. 9. Virgilius, —— *quid tam egregium, ſi femina forti*
Fidit equo?

VICIT OLYMPIA] Laudat Pindarus Celetem Hieronis equũ, quo Olympicam victoriam adeptus eſt. Nec vlla maior laus equo tribui poterat, quàm victorem in Olympicis celebrari. Quapropter Lib 3. Geor. Virgilius eandem, vt ſummam equo laudem adſcripſit, cùm ait,

Hic vel ad Elei metas, & maxima campi
Sudabit ſpatia, & ſpumas aget ore cruentas.

– NVNC SENIO CONFECTV' QVIESCIT] Catullus de Phaſello commutatis vocibus, ſimile quiddam expreſſit,

—— *nunc recondita Senet quiete* ——

Plutarchus in libello, An ſeni ſit adminiſtranda Reſpub. ἵππου γῆρας. vt vulgatum prouerbium refert de ijs, qui in iuuentute praeclaris functi muneribus, ac rebus glorioſè geſtis, confecti iam ſenio, ac extincta illa animi alacritate, quae ad gloriam fomes eſt, ad humiles abiectasq. exercitationes ſe conuertunt. MORIBVS ANTIQVEIS] Humanas res peioribus in dies moribus labefactatas concidere, id nobis argumento eſt, quòd Scriptores ſuorum temporum mores ſemper ferè improbantes, antiqua tempora, antiquasq. virtutes laudarunt. Plautus Trinumo,

—— *meo modo, & moribus viuito antiquis.*

Idem Captiueis Paraſitum inducit Philopolemum adoleſcẽtem laudantem, *Ille demum antiquis, adoleſcens eſt moribus.*

Terent. Adelph. —— *homo antiqua virtute ac fide.*

Concinit his illud Periandri Corinthij, qui admonet antiquis moribus eſſe vtendum, cibis autem recentioribus. Sic autem ait, Τοῖς μὲν νόμοις παλαιοῖς χρῶ τοῖς δ' ὄψοις προσφάτοις. Hùc videtur reſpicere illa Phauorini admonitio apud Agellium lib. I. cap. X. *Viue moribus praeteritis, loquere verbis praeſentibus.* Idemq. admonuit Plautus in Caſinae prologo,

Antiqua opera, & verba cùm vobis placent.

Explicat hunc Ennij locum Cicero in V. de Rep. his verbis. *Quem quidem ille verſum vel breuitate, vel veritate, tanquàm ex Oraculo mihi quodam effatus eſſe videtur. Nam neq. viri, niſi ità morata ciuitas fuiſſet, neq. mores, niſi hi viri praefuiſſent, aut fundare, aut tandiu tenere potuiſſent, tantam, & tam iuſtè lateq. imperantem Remp. Itaq. antè noſtram memoriam, vt mos ipſe patrius praeſtantes viros adhibebat, & veterum*

morem, ac maiorum inſtituta retinebant excellentes viri. Noſtra verò aetas, cùm Remp. ſicut picturam accepiſſet egregiam, ſed iam euaneſcentē vetuſtate, non modò eam coloribus iiſdem, quibus fuerat, renouare neglexit, ſed ne id quidem curauit, vt formam ſaltem eius, & extrema tanquā lineamenta ſeruaret. Quid enim manet ex antiquis moribus, quibus ille dixit rem ſtare Romanam? quos ità obliuione obſoletos videmus, vt non modò non colantur, ſed etiam ignorentur. Nam de viris quid dicam? Mores enim ipſi interierunt virorum penuria. Cuius tanti mali non modò reddenda ratio nobis, ſed etiam tanquàm rei capitis, quodamodo dicenda cauſſa eſt. Noſtris enim vitiis, non caſu aliquo Remp. verbo retinemus, reaſe verò iam pridē amiſimus. M. Antoninus in quadam Epiſtola ad Praefectum ſuum, quam Vulcatius Gallicanus in Auidij Caſſij vita retulit, *Neq. enim,* inquit, *milites regi poſſunt, niſi in vetere diſciplina. Scio enim verſum à bono Poëta dictum, & omnibus frequentatum, Moribus antiqueis res ſtat, & caet.* Qui verſus refertur etiam à D. Auguſt. lib. II. de Ciuitate Dei cap. XXI. EGREGIE CORDATVS HOMO] Cordatus, prudens. Cicero, *Aliis, cor ipſum animus videtur: ex quo excordes, vecordes, concordesq. dicuntur: & Naſica ille prudens bis Cos. Corculum appellatus & Egregiè cordatus homo, & caet.* Hinc Lucretius de his, qui maximè conſilio, ac mente pollebant, dixit, Lib. 1. Tuſc. Lib. 5.

Ingenio qui praeſtabant, & corde vigebant.

Hinc Hiſpani hodie prudentem, *Cuerdo* appellant. Empedocles cordi ſuffuſum ſanguinem prudentiae inſtrumentum eſſe exiſtimauit, cùm cecinit,

Αἷμα γὰρ ἀνθρώποις περικάρδιόν ἐςι νόημα.

Quem verſum in libro de Anima ſic tranſtulit Tertullianus,

Nanque hominis ſanguis circumcordialis eſt ſenſus.

Et Chalcidius in Platonis Timaeo ait, ſanguine cordis noſtrum vigere intellectum. Hinc videtur fluxiſſe illud quod paſſim dici ſolet, Homines corde ſapere, ſplene ridere, felle iraſci, & iecore amare. — CATVS AELIV' SEXTVS] *Catus*, Sabina vox eſt, quae acutum ſignificat, vt ex Varrone accepimus: qui, vt eam ſignificationē auctoritate confirmaret, extremam hāc carminis partem profert: & deinde addit, *Catus, non, vt aiunt, ſapiens, ſed acutus, & quod eſt, tunc caepit me norari. Simul cata dicta, accipiēda acuta dicta.* Plautus Poenulo, *Doctè cordatè, & catè;* id eſt callidè, & prudenter. Idem Epidico, *Dederim vobis conſiliū catum.* Cicero etiam eandem vocem eadem ſignificatione in lib. I. de Legibus videtur accepiſſe. Horatius, Lib. 6. de lin. Lat. Li. 2. Epiſt.

Poſt haec ille catus, quantumuis ruſticus, ibit.

Septimius Serenus,

Iane Pater, Iane tuens diue, biceps, biformis,

O Cate rerum Sator, ô principium Deorum.

Lib. 7. c. 31. Plinius, Catos, & Corculos apud Romanos vult à ſapientia cogno-
In Andr. minatos. Seruius Catum ingenioſum exponit, Donatus callidum,
doctũ, ardentẽ. Vterq. à Graecis eam vocem deriuart, ille, ἀπὸ τοῦ καί-
εσθαι, hic, παρὰ τὸ καίειν. Cuius quidem etymi rationem affert, quoniam
ingeniorum igneus vigor eſſe videtur. Hinc aliqui apud Maronem
Lib. 1. Aen. *ardentes Tyrios*, ingenioſos interpretantur: quibus ſegnes opponunt,
quaſi ſine igne. Fuit autem hic Sex Aelius, qui in Capitolinis Tabu-
lis Paetus Catus vocatur, anno ab Vrbe condita DLV. cum T. Quin-
ctio Flamminio Conſul. Maximus inter omnes illius ſaeculi iuriſpe-
ritos habitus eſt: legesq. XII. Tabularum eſt interpretatus: ac pro-
Lib. 1. de Orat. pter hanc iuris ciuilis ſcientiam, vt ait Cicero, ſic appellatus à ſum-
mo Poëta eſt, *Egregiè cordatus homo & caet.* Meminit eiuſdem Pom-
ponius libro ſingulari Enchiridij, his verbis, *Sextum Aelium etiam
Ennius laudauit, & extat illius liber, qui inſcribitur Tripertita: qui liber
veluti cunabula iuris continet.* — POSTQVAM DISCORDIA
TETRA BELLI FERRATOS POSTEIS] Iani templi
portas intelligit, quae belli tempore patebant, pacis verò claudebã-
Lib. 1. Faſt. tur. Vnde ipſe Patulcius, & Cluſius vocabatur: de quo in Faſtis Naſo,

Nomina videbis, modò nanq. Patulcius, idem
Et modò ſacrifico Cluſius ore vocor.

Haſce portas ter clauſas fuiſſe, hiſtorijs proditum eſt. Primùm Nu-
mae temporibus, deinde peracto ſecundo bello Punico, poſtremò
poſt Actiacas pugnas ab Auguſto confectas. Horum autem verſuum
Lib. 1. Ser. ſublimitatem demonſtrauit Horatius aſſerens, quòd, & ſi diſſoluan-
Satyr. 4. tur, tolláturq. numeri orationis, tamen maieſtas conſpicietur, ait
enim, *Inuenias. etiam diſiecti membra Poëtae.*

Quod nõ ſine magna noſtri Poëtae laude dictum videtur. Nam vul-
garium Poëtarum metra cùm ſoluta, ac diſſipata ſunt, non amplius
eadem cognoſcuntur, haud ſecus, quàm ij, qui, cùm in ipſo adoleſcẽ-
tiae flore formoſi videantur, eo deinde dilapſo, ita faciem mutant, vt
Lib. 7. nullo modo dignoſci poſſint. Seruius illud Maronis explicans,

Belli ferratos rupit Saturnia poſtes,

Acyrologiam, inquit, *fecit commutando Ennij verſum. Nam ille ait,*

Belli ferratos poſtes, portasq. refregit.

Lib. 6. Lucretius ferratos rotarũ orbes dixit. AFRICA TERRIBILI
TREMIT] Verſus mira arte editus; in quo rei magnitudinẽ ver-
bis aequauit: quandoquidem nihil eo rotundius, elegantius, nume-
roſiuſue dici poterat. Nam, t, littera ſaepè inculcata, tremorem ex-
primit. De qua re ait Varro libro V. ad Ciceronem, *Tremuiſti,
id eſt, timuiſti. Tremo dictum eſt à ſimilitudine vocis, quae, tunc cùm valde
timetur,*

timetur, apparet. Littera quoque, r, quae crebrò, aut geminata, aut cum alijs conſonantibus coniuncta interſtrepit, quàm horridam habeat pronunciationem, horroremq. & ſtrepitum imitetur, quis non percipit? Quare nequeo Franciſcum Floridum non mirari virum nō mediocriter doctū, qui Enniū ob artis inopiā caſu verſus ſtruxiſſe aſſerit. Cicero lib. III. de Oratore, ait, hoc loco pro ipſis Afris ſumptam Africam. Et in Oratore vbi de tranſlatis loquitur, *Quod quanquàm transferendo fit, tamen alio modo tranſtulit, cùm dixit Ennius, arce, & vrbe orba ſum: alio modo, ſi pro patria arcem, & vrbem dixiſſet; & horridam Africā terribili tremere tumultu cùm dicit, pro Afris immutat Africam.* Hanc figuram, vt idem ait Cicero, Rhetores Hypallagen vocant; quia quaſi ſubmutantur verba pro verbis. Grammatici verò Metonymiam, quòd nomina transferantur. Quare Feſtus inter Metonymiae tropos hunc Ennij locum exempli gratia protulit: in quo notauit, Poëtam id quod continet, poſuiſſe pro eo, quod continetur. Ennius rurſus in III. Satyr. Africam terram dixit, In Apolog. de lin. Lat.

[illegible] —— *teſtes ſunt*

Latei campei, quos gerit Africa terra politos.

Cuius imitatione Virgilius, Lib. 4. Aen.

—— *quos Africa terra triumphis Diues alit* ——

Sed Cicero in Epiſtola quadam ad Varronem prouerbij loco videtur hunc verſum vſurpaſſe. Sic enim cum eo iocatur. *Itaq. non deſino apud iſtos, qui nunc dominantur, coenitare. Quid faciam? Tempori ſeruiēdum eſt. Sed ridicula miſſa: praeſertim cùm ſit nihil, quod rideamus. Africa terribili tremit, & caet.* Indecorum enim eſſe innuit, magnis ingruentibus periculis, iocari. — HORRIDA] Vel, quòd olim Africa ſuis viribus metuenda, nunc, terribili metu exanimetur; vel, quòd ob diuturna bella inculta, & deuaſtata iaceat. In qua ſignificatione de Italia Lucanus dixit libro I, Lib. 9. Epiſt.

Horrida, quòd dumis multosq. inarata per annos
Heſperia eſt, deſuntq. manus poſcentibus aruis.

PONTIBVS INSTRATIS] Hunc verſum, quem praeter Sergium in Aelij Donati commentarijs, Terentianus, & Beda abſq. auctoris nomine referunt, fortaſſe non malè Ennij eſſe ſuboluimus: & ob ſententiae cognationem, cum ſequenti coniunximus. ISQVE HELLESPONTO PONTEM] Proſonomaſia. De Xerſe Poëtam loqui ex Varrone patet, ait enim; *Quaſi Helleſpontum, & clauſtra: quòd Xerſes quondam eum locum clauſit. Nam, vt ait Ennius, Iſq. Helleſponto pontē & caet.* Mox addit. *Niſi ab eo, quod Aſiam, & Europam ibi concludit mare, et inter anguſtias facit Propontidis fauces.* Hac de re ab Herodoto in Polymnia haec ſcripta ſunt, Ἐς δὲ ταύτην ἀκτὴν ἐξ Ἀβύδου Lib. 6. de lin. Lat.

ἐς τὴν ἀπαντίον. καὶ δὴ ἐζευγμένου τοῦ πόρου, ἐπιγενόμενος χειμὼν μέγας, συνέκοψέ τε ἐκεῖνα πάντα, καὶ διέλυσε. ὡς δ' ἐπύθετο Ξέρξης, δεινὰ ποιεύμενος, τὸν Ἑλλήσποντον ἐκέλευσε τριηκοσίας ἐπικέσθαι μάστιγι πληγάς, καὶ κατεῖναι ἐς τὸ πέλαγος πεδέων ζεῦγος. Quae Valla ſic eſt interpretatus. *Eſt autem ex Abydo ad ulteriorem continentem ſeptem ſtadiorum traiectus, quem pontibus iunctum ingens adorta tempeſtas, & omnia diripuit, atque diſſoluit. Quod cùm audiſſet Xerſes indignè ferens, iuſſit trecenta Helleſponto verbera infligi, & in eius pelagus par compedum dimitti.* Iſocrates in Panegyrico, ὥστε τῷ στρατοπέδῳ πλεῦσαι μὲν διὰ τῆς ἠπείρου, πεζεῦσαι δὲ διὰ τῆς θαλάττης, τὸν μὲν Ἑλλήσποντον ζεύξας, τὸν δὲ Ἄθω διορύξας. Idem etiam confirmat Maximus Tyrius in ſermone, quo de philoſophiae fine diſſerit, Themiſtius in Oratione, Ἐπὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ αὐτοκράτορος Θεοδοσίου, Dion Chryſoſtomus in III. de Regno, Aeſchines κατὰ Κτησιφ. Cicero

Lib 3. in II. de Finib. Lucretius,

Ille quoque ipſe, viam qui quondam per mare magnum
Strauit, iterq. dedit legionibus ire per altum,
Ac pedibus ſalſas docuit ſuperare lacunas:
Et contempſit aquis inſultans, murmura ponti.

Lib. 2. Lucanus, *Tales fama canit, tumidum ſuper aequora Xerſem*
Conſtruxiſſe vias, multùm cùm pontibus auſus,
Europamq. Aſiae, Seſtonq. admouit Abydo:
Inceſſitq. fretum rapidi ſuper Helleſponti,
Non Eurum, Zephyrumq. timens: cùm vela rateſq.
In medium deferret Athon ——

Diodorus libro XI. ait, Xerſem, vbi iunctum Helleſpontum accepit, & montem Athone effoſſum, illicò ex Sardibus profectũ, per Helleſpõtum iter feciſſe: vt verò Abydum peruenit, copias per pontẽ in Europã traduxiſſe. Cuius haec verba ſunt. Ξέρξης δὲ ὡς ἐπύθετο τὸν Ἑλλήσποντον ἐζεῦχθαι, καὶ τὸν Ἄθω διεσκάφθαι, προῆγεν ἐκ τῶν Σάρδεων, ἐφ' Ἑλλήσποντον τὴν πορείαν ποιούμενος. ὡς δὲ ἧκεν εἰς Ἄβυδον, διὰ τοῦ ζεύγματος τὴν δύναμιν διήγαγεν εἰς τὴν Εὐρώπην. Anguſtae autem illae freti fauces, quae ſunt inter Sigaeum, & Cherſoneſum ab Helle Phryxi ſorore, quae ibi ſubmerſa eſt, nomen accepêre, vt libro I. Bibliotheces teſtatur Apollodorus. Ouidius in Epiſtola Leandri,

Hoc mare cùm primum de Virgine nomina merſa
Quae tenet, eſt nactum, tale fuiſſe puto.
Eſt ſatis, amiſſa locus hic infamis ab Helle
Vtq. mihi parcat, nomine crimen habet.

Lucianus more ſuo fingit Neptunum cum Nereidibus loquentem, anguſto illi freto id nominis ob Hellem, quae ibi perierat, indidiſſe, Τὸ μὲν στενὸν τοῦτο ἐς ὃ ἡ παῖς κατηνέχθη, Ἑλλήσποντος ἀπ' αὐτῆς καλείσθω. Sed

Dioge-

Diogenes Laertius, inquit, eos, qui Magorum hiſtoriam perſequuti ſunt, mendacij Herodotum arguere. Xerſem enim neq. in Solem iacula torſiſſe, vt ille ait, neque mari compedes inieciſſe: quoniam hi à Magis pro Dijs habiti ſunt. CONTENDIT] Fortaſſe ſuſpendit. Virgil. —— *Iuſpendit aranea caſſes.* Lib. 4. Geor.

Et, —— *nidum ſuſpendat hirundo.* Ibid.

PARS LVDICRE IACTANT] A diſtributione, Virgilius,

Pars in fruſta ſecant, verubusq; trementia figunt. Lib. 1. Aen.

Idem, *Pars calidos latices, & ahena vndantia flammis* Lib. 6.
Expediunt. ——

SAXA INTER SE LICITANTVR] Hoc eſt, vt exponit Nonius, congrediuntur, pugnant. Feſtus, *Licitati, in mercando, ſiue pugnando contendentes.* IN VOLGVM VOLGAS ARTEMQ. EXPROMIS INERTEM] Verſus paronomaſijs refertus. Varro ὄνος πρὸς λύραν, *Quare facis, atq. in volgum volgas* — FORTVNAS ECQVAS COEPERE LATRONES] *Latrones*, vt in I. Annali diximus, à Veteribus milites appellati ſunt: & hinc *latrocinari*, vt ait Nonius, pro, mercede militare. INTER SE MEMORENT] Vulgati codices habent *interſerare*, aliqui meliores, *inter ſe memorare.* Scaliger autem pro, *memorare*, *memorent*, repoſuit. SAGAS COERVLEAS THERVA] Locus apud Soſipatrum omninò deploratus. GEMMAVIT PAMPINVS VVEIS] Gemmare vites eleganter Veteres dixerunt, cùm verno tempore vitis oculi ad ſarmētorum nodos gemmarum inſtar erumpūt. De hac tranſlatione ait Cicero, *Nam gemmare vites, luxuriem eſſe in herbis, laetas ſegetes, etiam ruſtici dicunt. Quod enim declarari vix verbo proprio poteſt, id tranſlato cùm dictum eſt, illuſtrat id, quod intelligi volumus, eius rei, quam alieno verbo poſuimus, ſimilitudo.* Lib. 3. de Orat. Quinctilianus, *Neceſſitate*, ait, *ruſtici dicūt gemmam in vitibus.* Lib. 8. c. 6. Eandem etiā oculum vocant, de qua voce ait Demetrius, Conſuetudinem adeò aptè quaedam tranſtuliſſe, vt ne proprijs quidem amplius eguerimus: quare manſit tranſlatio occupans proprij ſedem, vt vitis oculus. Philo in libro, Quòd Deus ſit immutabilis, ait, Et in palmitibus oculi, ſicut ruſtici vocant, conniuent tanquàm animalium: cuius Graeca haec ſunt, Ὅτε ἐν τοῖς κλήμασι λεγόμενοι πρὸς τῶν γεωπόνων ὀφθαλμοὶ, καθάπερ ἐν τοῖς ζώοις καταμύουσι. Virgilius hunc Poëtae noſtri locum quodammodo adumbrauit, Lib. 2. Geor.

—— *nec metuit ſurgentes pampinus Auſtros*
Sed trudit gemmas —— QVAE VALIDE VENIT CONTORTA FALARICA MISSV] Virgilius, Lib. 9.

Sed magnum ſtridens contorta falarica venit
Fulminis acta modo ——

Eſt

Eſt autem Falarica, vt ait Feſtus, genus teli miſſile, quo vtũtur ex falis, id eſt, ex locis extructis dimicantes, vel, vt ait Nonius, è turribus li-
Lib. 21. gneis. Liuius, *Falarica erat Saguntinis, miſſile telum, haſtili oblongo, & caetera tereti, preterquàm ad extremum, vnde ferrum extabat, id, ſicut in pilo, quadratum, ſtuppa circumligabant, linebantq́. pice; ferrum autem tres in longum habebat pedes, vt cum armis transfigere corpus poſſet. Sed id maximè, etiamſi haeſiſſet in ſcuto, nec penetraſſet in corpus, pauorem faciebat: quòd cùm medium accenſum mitteretur, conceptumq́. ipſo motu multo maiorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumq́. militem ad inſequentes ictus praebebat.* Falaricae quoq́. deſcriptio extat apud Vegetium lib. IV. De re milit. cap. XIIX. & Iſidorum lib. XIIX. cap. VII. Graecè autem Falarica, vt in veteri Gloſſario habetur, *χειροβαλίστρα* dicebatur. VT CLAVVM RECTVM TENEAM]
Lib. 9. c. 2. Clauus eſt, in quo, vt ait Iſidorus, regitur gubernaculum. Sed hic fortaſſe tranſlatè pro Reipub. adminiſtratione poſitus eſt. Aeſchylus in Septem ad Thebas,

> Ὅστις φυλάσσει πρᾶγος ἐν πρύμνῃ πόλεως
> Οἴακα νωμῶν, βλέφαρα μὴ κοιμῶν ὕπνῳ.

Quem locum Plato expreſſit in Euthydemo. Cicero in Catone maiore; *Ille autem clauum tenens, quietus ſedebat in puppi.* Itẽ pro Seſtio. *Qui enim clauum tanti imperij tenere, & gubernacula Reip. tractare in maxi-*
Lib. 9. Epiſt. *mo curſu, ac fluctibus poſſe arbitretur?* Et ad Paetum, *Sedebamus in puppi, clauumq́. tenebamus; nunc autem vix eſt in ſentina locus.* Quinctilia-
Lib. 2. c. 17. nus autẽ pro, *Vt clauum rectum teneã, Dum clauum,* legit: & hunc locũ tanquàm vulgò iactatum, adducit hoc modo. *Nam & gubernator vult ſalua naui in portum peruenire. Si tamen tempeſtate fuerit abreptus non adeò minus erit gubernator, dicetq́. notum illud, Dum clauum rectum teneam.* MVLTA FORO PONIT] Cicero de Senectute. *Cùm alij malos ſcandant, alij per foros curſent.* Sunt autem fori, in nauibus, vt ait
Lib. 1. Soſipater, vbi nautae ſedentes nauigant. Nec tamen verum eſt, quod dicit huiuſmodi nomen ſemper plurali numero proferri, cum ex hoc Ennij loco ſecus appareat: Gn. Gellius autẽ praeter cõmunem conſuetudinẽ fora nauium neutro genere dixit. — ET AGEA LON-
Lib. 19. c. 2. GA REPLETVR] In Iſidoro *agiana* legitur, quae, vt ille ait, loca ſunt in naui, per quae ad remiges Hortator accedit. Feſtus viam in naui ageam appellari exiſtimat, quòd in ea maxima quaeq́. res agi ſolet: quae explicatio mihi ſatis longe petita videtur. Vetus Gloſſarium ſecundum Scaligeri emendationem habet, Agea, *παρὰ Ἐννίῳ, ἡ πάροδος πλοίου.* Impreſſa autem in hoc loco videntur deprauata. Idem Scaliger legit hunc verſum,

> *Multa forom, pontes &, ageaq́. longa repletur.*

PER

PER AEQVORA CANA] Pindarus πολιᾶς ἁλός. — CELOCIS] Ἑλληνικῶς carinam celocis dixit, pro celoce ipſa. In Iſidoro malè pro, *celocis*, *celonis*, habetur: quae lectio ab omnibus hactenus recepta videtur, qui ſyllabae quantitate decepti, vt in heroico penultimam breuem vitarent, nouum nauigij nomen excogitarunt. Nec video, cur tam aſſeueranter Quinctianus Stoa, Deſpauterius, Panthaleo & alij id generis homines affirment *celocis* eſſe tribrachum, cùm *velocis*, & alia huiuſmodi penultima producta dicamus. Confirmãt autem mediam huius dictionis ſyllabam eſſe producendam praeter hunc Ennij verſum, Plautini illi loci in Aſinaria, Poenulo, & Captiueis à Nonio relati in capite De genere nauigiorum, ac tandem hic M. Varronis Phalaecius ex Satyra, quae Bimarcus eſt inſcripta,

Nautae remiuagam mouent celocem.

Meminit celocum, ſiue κελήτων, vt Graeci dicunt, Agellius inter nauium appellationes, quas Rhodios inueniſſe Plinius auctor eſt. Caelius lib. I. hiſtoriarum, *Sempronius Lilybaeo celocem in Africam mittit viſere locum, vbi exercitum exponat*. Appuleius in libro de Rep. *Qui celocem regere nequit, onerariam petit*. Quod ijs quidem conuenit, qui ſupra captum, aliquid moliuntur. Phocas celocem ſcapham exponit, eamq. Grammatici ità à celeritate appellatam fuiſſe, tradunt. Lib. 10. cap. 25. Lib. 7. c. 26 TONSILLAS RAPIVNT] Tonſilla, vt inquit Iſidorus, eſt vncinus ferreus, vel ligneus, ad quem in littore defixum funes nauiũ illigantur. Verrius autem palũ in acumen dolatum eſſe ait, & cuſpide praeferratum, qui nauis religandae cauſſa in littore figitur. Lib. 19. c. 2. NAVIBVS EXPLEBANT SE SE] Hoc eſt, nauibus exinanitis, militibus replebatur littus. Explere enim aliquando, minuere eſt, vt ait Seruius illud Maronis explicans, Lib. 19. c. 2.

Diſcedam, explebo numerum, reddarq. tenebris. Lib. 6.

— TERRASQ. REPLEBANT] Paucis verbis ingentem militum multitudinem deſignat. Virgilius, vt magnum Cyclopum numerum oſtenderet, ait, —— *Et littora complent.* Lib. 3. Aen.

— PILAM VIX SOL MEDIAM] Pilam, terram appellauit: quae ad ſimilitudiné rotundae illius ſphaerulae, qua ludi ſolet, ſphaerica, & globoſa eſt. Varro ἐν ταφῇ Μενίππου, *Ille nobilis quondam canis hinc liquit homines omnes in terrae pila*. Ouid. VI. Faſt.

Terra pila ſimilis nullo fulcimine nixa,
Aëre ſubiecto tam graue pendet onus.

COMPLERE COHVM TERRORIBV' CAELVM] Hunc locum Scaligero acceptum referimus, qui eum ex veteri mẽbrana tranſcripſit. Turnebus auté eundem, aliquantum ſanè diuerſum, ità ait in antiquiſſimo Henrici Memmij libro ſcriptũ reperiſſe,

Cous

Cous eſt, quo caelum continetur: vnde Ennius,

Vix ſolum complere coum terroribu' caelum.

Sunt qui choum cum adſpiratione ſcribendum cenſeant, ἀπὸ τοῦ χάους, quod, vt notat Suidas, Ariſtophanes pro aëre in Auibus vſurpauit. QVI VICIT NON EST VICTOR NISI VICTV' FATETVR] Hoc verſu veram animi fortitudinem expreſſit. Nam ab omni prorſus ſeruitute eſt immunis, qui quamuis victus ſit, nolit vinci, etiam ſi carnifex vrgeat, tormenta minitans. Ad huius loci aemulationem, *Viciſti,* inquit Turnus apud Maronem, *& victũ tendere palmas, Auſonij videre* ——

Eadem nõ modò ſententia, ſed ipſis propemodum Ennianis verbis, Gregorius Nazianzenus in ſuorum operum initio vſus eſt, Ἥττημαι χαίρων ἧτταν ὁμολογῶ. Hûc referri poteſt adagium *Herbam dare*, pro eo, quod eſt, ſe victum fateri. VEL TV DICTATOR, VEL EQVOR.] Ἀπορία. SED SOLA TERRARVM] Varro libro IV. ad Ciceronem, ad hunc fortè locum reſpexit, cùm ait. *Igitur tera terra, & ab eo poëtae appellarunt ſumma terrae, quae ſola teri poſſunt, ſola terrae.* Catullus de Berecynthia,

Etiam recente terrae ſola ſanguine maculans.

Lib 2. Lucretius, *Nam multis ſuccenſa locis ardent ſola terrae.*

Lib. 5. Idem, *Aere ſolũ terrae tractabant* ——

Ibid. Et, *Et ferro coepêre ſolum proſcindere terrae.*

— POSTQVAM PER MENSA PARVMPER] Statius libro I. Siluarum,

Quod durum permenſus iter ——

De nauigatione autem Liuius in Helena,

Tu qui permenſus ponti maria alta veliuola.

Lib. 3 Aen. Maro, *Nos tumidum ſub te permenſi claſſibus aequor.*

Lib 6. Lucretius, *Aëra permenſus multùm, camposq. natanteis.*

Lib. 1. Aen. — ANIMOQVE BENIGNO] Virgilius,

—— in primis Regina quietum

Accipit in Teucros animum, mentemq. benignam.

Lib. 23. HEIS PERNAS SVCCIDIT] Loquitur fortaſſe de Cannẽſi clade, de qua ſimile quid protulit Liuius, *Quoſdam & iacentes viuos ſuccisis feminibus, poplitibusq. inuenerunt.* A pernis Suppernati dicuntur, vt ait Feſtus, quibus femina ſunt ſuccisa in modum ſuillarum pernarum. — INIQVA SVPERBIA POENI] Annibalem κατ᾽ ἐξοχὴν, vel, per ἀντονομασίαν intelligit. — VOLCANVM VENTV' VEGETAT] Ventus ignem excitarat. Volcanum enim pro igne μετωνυμικῶς poſuit. Plautus Amphitr.

Quo ambulas tu, qui Volcanum in cornu concluſum geris?

Horatius,

Horatius, *Nam vaga per veterem dilapſo flamma culina*
Vulcano, ſummum properabat lambere tectum. Lib. 1. Saty. 5.

Virgilius, — *tum fumida lumine fuluo*
Inuolui, ac totis Vulcanum ſpargere tectis. Lib. 7.

Turnebus legit Ennij verſum,
Cum magno ſtrepitu Vulcani ventu' gerit rem. Lib. 28 Aduerſ. cap. 19

Et hinc tradit frequentem illam Lucretianam loquutionẽ manaſſe.
— *natura gerit res.*

— CRACENTEIS] Graciles exponit Feſtus. TANTIDEM QVASI FOETA CANES] Comparatio a canibus ſumpta, quae partu exacerbatae ferociores ſunt: quemadmodum caetera ferè foeta animalia. Vnde Ouidius, *foeta truculentior vrſa.* Sed potius pro *Tantidem quaſi*, *Tantundẽ quaſi*, legerẽ. Plaut Merc. *Nam meo quidem animo vetulus, decrepitus ſenex, Tantundem eſt, quaſi ſit ſignum in pariete pictũ.* CANES] Adnotat Varro, Veteres *canes*, pro, *canis* dixiſſe. Lucilius lib. I. Saty. *Irritata canes.* — SINE DENTIBV' LATRAT] Accomodabat fortaſſe Poëta hanc comparationem alicui, qui plus minis, ac iurgijs, quàm viribus valeret, alludens ad Paroemiam, γλώττῃ πολεμίζειν. Scaliger hanc lectionem immutauit, (Li. 13. Met; Lib. 6. de ling. Lat.)

Tantidem quaſi foeta canes ſit, dentibu' latrat.

Quae ſi immutanda eſſet, mallem legi,

Tantundem quaſi foeta cane' accedentibu' latrat.

CAPITIBV'] Proceleumaticus, Virgilius eodem pede aliquando pro dactylo vſus eſt, vt in *abietibus, tenuia, parietibus, ariete.* Sunt, qui arbitrantur his dictionibus fieri σύνληψιν, & ſiue, *u*, ſiue, *i*, pro conſonante pronunciari, ità vt per comprehenſionem quadriſyllabae dictiones triſyllabae reddantur. NVTANTEIS PINOS] Pulcherrimè nutare quod hominis propriũ eſt, ad arbores transtulit. Nec quidẽ remota tranſlatione arborũ ſummitates capita dixit: eiſq. nutandi actũ tribuit, cùm hae animalium ſtructuram, atq. opificiũ mirificè referant. Habent enim & radices quaſi pedes, è quibus caudex, qui & truncus, & ſtipes dicitur, ſurſum aſſurgit: vnde tanquàm brachia rami diffunduntur, & inde ſurculi, quaſi digiti. Eas etiam oculos habere quis neget? quibus frondes, pro coma ſunt; fibrae, pro pilis; humor, pro ſanguine; cortex, pro cuti: cui ſubeſt caro, adeps, oſſa, venae, cor, medulla, nodi: quos Ariſtoteles neruis perſimiles putauit. Catullus Ennij aemulatione, (In lib. de Plant.)

— *conigeram nutanti vertice pinum.*

Ità duo codices calamo exarati habent: vulgati autem, *ſudanti cortice.* Idem rurſus,

Non ſine nutanti platano.

FF Vir-

Lib 9. Virgilius de quercubus, —— *intonſaq. caelo*
Attollunt capita, & ſublimi vertice nutant.
Lib 2. Aen. Idem, *Et tremefacta comam concuſſo vertice nutat.*
Li 2. Amor Ouidius, *Dum bene diues ager, dum rami pondere nutant.*
Enniano huic carmini Maroris illud non eſt diſſimile,
Eclog 6. —— *tum rigidas motare cacumina quercus.*

Septimius Serenus pulcherrimè pino brachia, & trepidationem tribuit, *Pinea brachia cùm trepidant ſtridentia flabris.*

OPTVMA CVM POLCREIS ANIMIS] Cum, praepoſitionem ſaepè ornatus cauſſa Antiqui poſuêre. Catullus,
—— *bona cum bona Nubit alite virgo.*
Et, *Transfer omine cum bono Limen aureolos pedes.*
Lib. 1. Lucretius, *Molibus incurrens validis cum viribus amnis.*

IAM CATA SIGNA] Acuta. — VNVS SVRVS SVRVM] Feſtus in Rigido ait, Itē *vnum ſurū ſurus ferre, tamen defendere poſſunt, Suri autem ſunt ruſtes, & ὑποκοριστικῶς ſurculi.* Qui ſanè locus valdè deprauatus eſt, integriorq. habetur apud Eundem in dictione Surum: quibus verbis Poëtam, opinor, locum adeò tutum, ac munitum deſcribere, vt vel ab vno, palo tantùm aut ſurculo armato defendi poſſit.

Lib. 6. de ling. Lat. QVEIS PATER] Quamuis Varro huius carminis Auctorem non referat, tamen ob ſequentis Ennij verſus ſententiam, quae cum hoc mirificè congruit, illius eſſe cônijci poteſt. Fauet huic coniecturae locus ille Sophoclis, qui Aiacem, iam mente compotem inducit, ſecum quaerentem, quales oculos, Telamoni patri apparens, oſtendet? Quomodo ille vnquam ſe nudum intueri ſuſtinebit, abſque victoriae praemijs apparentem?

Καὶ ποῖον ὄμμα πατρὶ δηλώσω φανεὶς
Τελαμῶνι; πῶς με τλήσεταί ποτ' εἰσιδεῖν
Γυμνὸν φανέντα τῶν ἀριστείων ἄτερ.

In Porcet. Eſt praeterea apud Nonium locus Attij in Erigona, huic non diſſimilis, *Quibus oculis quisq. noſtrûm poterit illorum obtui*
Voltus, quos iam ab armeis annei porcent?

Ita enim natura comparatum eſt, vt, aut nullo modo, aut non niſi toruè in illos, quos odio proſequimur, oculorum acies intendatur: vnde quos odimus, inuiſi dicuntur. Nutrix apud Euripidem de Medeae in liberos odio, ait,

Στυγεῖ δὲ παῖδας οὐδ' ὁρῶσ' εὐφραίνεται.

Clytemneſtra apud Eundē cum Achille indignata, quòd Iphigeniae filiae nuptias reſpueret, ait, eum poſthac rectis oculis intueri non poſſe, —— ἐν γὰρ ὀρθοῖς ὄμμασιν σ' ἔτ' εἰσορῶ.

Plautinus Iuppiter ſub Amphitruonis perſona cum Alcumena irata collo-

colloquens, inquit, —— *te volo vxor colloqui:*

Quò te euertiſti nunc? ALCVM. ità ingenium meu' eſt

Inimicos ſemper oſa ſum obtuerier.

AVT COGNATVS] Hoc nomen à Graeca voce συγγενὴς, originem habere, Paullus aſſerit in libro ſing. de gradibus. Vlpianus autem libro XLVI. ad edictum vult ità appellari, aut quaſi ex vno nati, aut ſecundum Labeonis ſententiam, quaſi commune naſcendi initiū habuerint. ADVERSABONTVR SEMPER NOS] Haec non ſine indignatione prolata videntur. QVAERVNT IN SCIRPO] Scirpus, qui à Graecis χοῖνοσκεία dicitur, frutex, eſt à paluſtri iunco non diſſimilis, laeuore maximè perpolitus, ſtilo rotundo, nullisq. vt arundo, internodijs diſtinctò. Quare enodes ſcirpos Sidonius dixit in epiſtola quadam ad Heronem. Hoc quidem prouerbio Lib. I.
vſi ſunt Plautus, Terentius, alijq. Veteres, cùm oſtendere volebant, aut fruſtrà aliquid curioſiùs inquiri; vel cùm in re facili, minimeq. dubia ſcrupulus aliquis inijceretur: vel cùm in re leui, & nullius ferè momenti, inanis tereretur labor; vt apud Lucilium,

—— *nodum in ſcirpo inſanè facere vulgus.* Lib. I. Saty.

Conuenit etiam in eos, qui carpendi, calumniandiq. anſam arripiūt, vt apud D. Hieronymū ad Pammachium; *Qui inimicus eſt, etiā in ſcirpo nodum quaerit: amicus quoque praua recta iudicat*. Huic adagio, ſimillimum illud eſt, quod apud nos vulgò circumfertur, *In ouo pilum quaerere*. NEQVE, VT AIVNT, MV FACERE AVDET] Lucilius, —— *Nec laudare hominem, neq. mu facere vnquam*, Sed fortaſſe, pro, *mu*, *mut*, reponendum eſt. Nam Appuleius lib. II. de Prouerbijs haec eadem poenè Ennij verba referens, ait, *Mut non facere audet*. Caelius Rhodiginus *mu facere*, haeſitare, aut ſubuereri, Lib 24. cap. 30.
& vix loqui audere interpretatur. Plautus eadē interiectione eſt vſus in Caeco, aut Praedonibus, ſed diuerſa ſignificatione,

Quis tu es, qui ducis me? mu, perij hercle? Afer eſt.

A mu aūt videtur τὸ muſſare originē habuiſſe: nam vt ait Varro, *Muſſare dictum eſt, quòd muti non amplius, quàm μῦ dicunt, à quo Idem dicit*, Ennium nimirum intelligens, *Quod minimum eſt, neque, vt aiunt, μῦ facere audet*. Aliqui autem hanc interiectionem, *Mu*, canum propriā eſſe volunt, ſicut γρὺ porcorum, & ab illa mutire verbum, ſicut ab hac grunnire, quod Graeci γρύζειν dicunt, effluxiſſe: qui cúm exprimere volunt, ne minimam quidem voculam ad reſpondendum eſſe prolatam, communi prouerbio dicunt, Οὐδὲ γρῦ. AD GENVA SE PROSTERNVNT] Pathos à corporis geſtu, quo ſibi hoſtium gratiam in calamitoſa fortuna concilient, & ad miſericordiam alliciant. Plutarchus in Marcello, προσπίπλουσιν αὐτῷ οἱ Συρακούσιοι, μετὰ

δακρύων δεόμενοι τὴν ὀργὴν τὴν εἰς αὐτοὺς ἀφεῖναι τοὺς παρόντας. MERENTEIS FLENTEIS] *ὁμοιόπτωτον*. Idem, aut ſimilis verſus libro IV. ad Heren, ſic habetur,

Flenteis, ploranteis, lacrumanteis, obteſtanteis.

ILLVRICEI RESTANT SICEIS, SIBINEISQ.] Pompeius, *Sibinam appellant Illyrici telum venabuli ſimile.* In cuius aliquibus exẽplaribus, per *v*, *Sybinis*, ſcriptum eſt. Apud Graecos vtroq. modo, pro venabulo, *συβίνη*, & *σιβύνη* notatum legimus. FODENTEIS] Vulnerantes. — SICILICIBV' LATEIS] Sicilices, vt idem ait Pompeius, ſunt haſtarum ſpicula lata. — DECEM COCLITES] Varronis locusità vulgò habetur, *Apud Ennium decem Coclites, quos montibus ſummeis ripeis ſedere. Ab oculo Cocles quaſi ocles dictus, qui vnum habet oculum. Quocirca in Cucurlione eſt, De Coclitum proſapia te eſſe arbitror: nam hi ſunt vnoculi*: Hinc *μονόφθαλμον* Chariſius Coclitem interpretatur. Turnebus ex antiqui codicis veſtigijs putat in Varrone eſſe legendum, *ſcimus Riphaeis fodere*. Deinde addit, *Nam ad Riphaeos mõtes incolunt Arimaſpi vnoculi quos (vt reor) Coclites appellat.* In his quidem montibus huiuſmodi hominum genus aurea metalla fodiebant, quae à Gryphis cuſtodiri proditum eſt. Admonet idem Turnebus locum illum Plautinae Curculionis à Varrone relatum, non ad Romanam Coclitum familiam, ſed ad Arimaſpos alludi. Tzetzes autem de celebri illo Coclite loquens, qui ſolus Porſennae impetum in Sublicio ponte ſubſtinuit, ait,

lib. 6. de ling. Lat.

Lib. 1.

Κόκλιος ἐκαλεῖτο δὲ τῇ τῶν Ῥωμαίων γλώσσῃ·
Ὅτι τὸν ἕνα ὀφθαλμὸν ἀπέβαλε πρὸς μάχην.

Lib. 8. Seruius in eo Virgilij verſu,

—— *pontem auderet quòd vellere Cocles,*

ait, *Et modò Cocles in hoc homine, de quo dicit, proprium eſt nomẽ; in alijs appellatiuum. Nam luſcos Coclites dixerunt Antiqui. Vnde & Cyclopas Coclitas legimus dictos quòd vnũ oculũ habuiſſe perhiberentur.* Sed magis fortaſſe veriſimile eſt Cocles potius à *κύκλωψ*, deriuari, quàm, vt ait Varro, *ab oculo cocles, quaſi ocles dici.* Volunt enim Grammatici à dictionibus *κύκλος*, & *ὤψ*, Cyclopas appellari, ob orbicularem oculum, quem in fronte habebant: & hinc paucis mutatis à Cyclops Cocles. Solent enim Latini loco duplicium Graecarum litterarum, quae dictionem terminant, s, ſubrogare. Eadem ratione Scythae Arimaſpos eos vocant, qui in Riphaeis montibus habitant, vnumque oculum in fronte media habent, ab *arima*, quod, vt in Thalia refert Herodotus, illorum lingua vnum ſignificat, & *ſpu*, hoc eſt, oculum. De his mẽtionẽ fecit Damaſtes Sigiaeus in libro de Gentibus, Iſigonus Nicaeenſis, Cteſias, Oneſicritus, Polyſtephaaus, Hegeſias, & Ariſteas Procone-

connesius ἐν τοῖς Ἀριμασπείοις ἔπεσιν. Scripſit enim hic, heroico carmine tribus libris Arimaſporum Hyperboreorum hiſtoriam, cuius ſex verſus referuntur à Longino in libello περὶ ὕψους. — QVES MONTIBV'] *Ques*, pro, qui, priſca vox, quam, vt ait Chariſius, nouitas abdicauit. Cato II. Orig. *Queſcunq. Romae regnauiſſent.* RIPAEIS] Scribendum eſt Seruij auctoritate Riphaeis cum adſpiratione. Ita enim ille inquit, *Nam ecce, Ripaei montes Arcadiae non ſcribuntur cum adſpiratione, quam addimus, cùm Riphaeos montes Scythiae ſignificamus.* Sed id nó videtur ſtrictè obſeruatum. Nam in peruetuſto Gloſſario manu ſcripto *Ripaeis* in hac ſignificatione offendimus. OSCITAT IN CAMPEIS CAPVT A CERVICE REVVLSVM.] Caput cùm à ceruice abſcinditur, non modò videtur oſcitare, ſed verbum id, quod antè proferebat, articulatim ſaepè repetere. Ariſtoteles autem quoniam, id ſibi non veriſimile viſum eſt, quodam modo eos arguit, qui illud Homeri carmen in hunc ſenſum afferunt, φθεγγομένου δ' ἄρα τοῦ γε κάρη κονίῃσιν ἐμίχθη.

Lib. 8. — In lib 9. Aen. — Lib. 3. de part. animal.

Lucretius, *Et caput abſciſſum calido, viuenteq. trunco* Lib. 3.
Seruat humi vultum vitalem; oculoſq. patenteis;
Donec reliquias animaï reddidit omneis.

Poſtremam Enniani carminis partẽ ſurripuit Maro extremo Georgicorum, *Tum quoque marmorea caput à ceruice reuulſum.*
Et alibi, *Auulſumq. humeris caput* —— Lib. 3. Aen.

SEMANIMESQ. MICANT OCVLI LVCEMQ. REQVIRVNT] Pathos ab habitu morti proximo. Integrum hũc verſum Varro Atacinus in ſuum poëma tranſtulit. Virgilius autem παρῳδίσας ait, *Semanimeſq. micant digiti, ferrumq. retractant.* Lib. 10.
Lucretius, *Semanimum corpus dixit.* — CAPVT CADERET SOLA TVBA PEREGIT.] Refert hunc locum Lactantius, explicans illud Statij, Lib. 6. — Li. 11. Theb.

—— *fugit in vacuas iam ſpiritus auras.*
Iam gelida ora tacent; carmen tuba ſola peregit.

Tubas verò, & tibias in funeribus adhiberi ſolitas ex Poëtis liquet;
Virgilius de Pallantis funere; Lib. 11.
It caelo clamorq. virûm, clangorq. tubarum.
Statius, *Cùm ſignum luctus cornu graue mugit adunco* Li. 6. Theb.
Tibia; cui teneros ſuetum deducere manes
Lege Phrygum moeſtas ——
Ouidius, *Tibia funeribus conuenit iſta meis.*

O DOMVS ANCEI HEV QVAM DISPARI] Cicero huius carminis auctorem non memorat, ſed à multis exiſtimatur Ennij eſſe. In omnibus autem, quos hactenus vidi Ciceronis codici-

bus,

bus, *O domus antiqua*, habetur. Gabriel Faërnus affirmat ſe in peruetuſto exemplari ſcriptũ inueniſſe, *O domus Anti quàm diſpari*. Ex quo loco conijcio in voce *Anti*, *t*, littera in, *c*, mutata, legendum eſſe, *O domus Anci*, cùm eius nomen ob ſingularem virtutem, & res glorioſè geſtas, celeberrimum in poſteros extiterit. Hoc carmen videtur quaſi prouerbij loco iactatum, cùm res in peius ruunt, temporaq́., & dominationes, cum morum corruptione, non ſeruata iuſtitia, commutantur: vt potè cùm pòſt prudentis alicuius viri obitum, qui nullum vnquàm in adminiſtranda Repub. praetermiſit officium, iurã refrixerint, & omnia ſucceſſoris arbitrio, non ratione, aut conſilio fiant; Ciceronis verba ſunt. *Aliter ampla domus dedecori domino ſaepè fit, ſi eſt in ea ſolitudo, & maximè ſi aliquando alio domino ſolita eſt frequentari. Odioſum eſt enim cùm à praetereuntibus dicitur, O domus antiqua, heu quam diſpari dominare domino. Quod quidem his temporibus in multis dicere licet*. Idem in II. aduerſus M. Antonium, *O tecta ipſa miſera? quam diſpari domino (quamquam quomodo iſte dominus?) Sed tamen quàm à diſpari tenebantur? Studiorum enim ſuorum M. Varro voluit eſſe illud, non libidinum diuerſorium*. Ad hoc etiàm videtur reſpexiſſe Auctor illius Orationis, quae Salluſtrij nomine in M. Tullium circumfertur, *Domum ipſam tuam vi, ac rapinis funeſtam tibi, ac tuis comparaſti: videlicet, vt nos commonefacias, quàm conuerſa ſit Reſp. cùm in ea domo habitares homo flagitioſiſſime, quae P. Craſſi viri Conſularis fuit*. Anci autem domus, vt Paullus ex Feſto, & Feſtus ex Verrio tradit, portae Sanquali proxima fuit. In hoc autem verſu neceſſe eſt, vt palimbacchius in medio pro dactylo admittatur. O TITE TVTE TATI] Auctor ad Herennium, vbi admonet vitandam eſſe eiuſdem litterae repetitionem, hunc verſum refert abſq. Auctoris indice. Sed ex Iſidoro, & Priſciano Ennij eſſe cognouimus. Donatus itidem, vbi de Schematibus loquens, definit Paromoeon eſſe, quando ab ijſdem litteris diuerſa nomina ſumuntur, hunc etiam verſum adducit. Cui ſimilis ille eſt, quem ex neſcio quo profert Diomedes,

Lib. 1. Off.

Lib. 1. cap. 35. lib. 10 & ſuper XII verſ. Virg. Lib. 2.

Machina multa minax minatur maxima muris.

O TITE SI QVID EGO] Cicero haec Ennij verba, quibus ille Titum Flaminium amicum ſuum alloquebatur, ad T. Pomponiũ Atticum conuertit: quorum ſenſus eſt, Quam ego mercedem conſequar, ſi animi tui moleſtias, atq́. ſolicitudines, quae te vehementer angunt, leuauero? ADIVRO] Pro, adiuuero. Sic etiam Terentius, *adiurit*, pro, *adiuuerit*. CVRAMVE LEVASSO] Priſca locutio pro, leuauero. Eodem modo. Feſtus *amaſſo*, pro, *amauero*, & *caelaſſis*, pro, *caeleueris*, explicat. QVAE NVNC TE COQVIT] Cura, vt ait Varro, dicta eſt quod cor urat. Ad quam etymologiam videtur

Lib. 5. de ling. Lat.

detur Ennius his verbis reſpexiſſe. Vnde Virgilius, Lib. 7.

Femineae ardentem curaeq. iraeq. coquebant.

Qua tranſlatione paſſim vtimur, cùm aliquid nos vehementer ſolicitat. Cicero ad Atticum. *Tua profectio ſpem meam debilitat, ac me illud quidem modò coquit.* ET QVA DEPRIMERIS FRVSTRA NOCTESQ. DIESQ.] Fuluius Vrſinus aſſerit in M. Tullij libro, qui apud ſe eſt, Pomponij Laeti manu exarato, ità integrũ hunc verſum haberi: qui in multis exemplaribus omnino deficit: ſed eius tantùm prior pars in aliquibus impreſſis, & in vetuſtiſſimis manuſcriptis legitur. — ILLE VIR] Aliqui hunc verſum teliambum eſſe volunt, & hoc modò legunt, Lib. 5.

Ille vir haud magna in re ſed plenu' fidei.

Beda tamen aſſerit *fidei* penultimam propriè produci, cùm verò corripitur, poëtica licentia fieri. — HAVD MAGNA IN RE] Hac elocutione ſuorum bonorum tenuitatem, atq. anguſtiam exprimit Ennius, qua etiam ſuam Horatius, Li. 1. Epiſt.

Me libertino natum patre, & in tenui re
Maiores pennas nido extendiſſe loquêris.

SED FIDEI PLENVS] Cicero in Oratione pro Rege Ptolemaeo, *Difficilis ratio belli gerendi, at plena fidei, plena pietatis.* O PATRIA, O DIVVM DOMVS] Plautinus Seruus in Bacchid. ad hunc verſum feſtiuiter alluſit.

O Troia, ô patria, ô Pergamum, ô Priame periſti ſenex.

Maro autem ità tranſtulit, Lib. 2. Aen.

O patria, ô diuûm domus Ilium —

SIMIA QVAM TVRPIS SIMILL. BESTIA NOBEIS] Q. Serenus de Simijs loquens, ſe Ennij ſimiam hoc verſu praebuit,

Siue homo, ſeu ſimilis turpiſſima beſtia nobis
Vulnera dente dedit —

Maximè quidẽ ſimiae forma ad hominũ ſimilitudinẽ accedit, nõ ſolùm digitis, vnguibusq. quorum alia animalia ſunt expertia, verùm etiam praeter genitale, caeteris omnibus humani corporis partibus. Quapropter priſci illi anatomes periti, priùs quã humana cadauera diſcerpere auſi eſſent, ſimias incidebãt. In has beſtias Cercopes mutatos fuiſſe, Poëtae cõmẽti ſunt: de quibus Ouid. lib. penultimo maioris operis, *Inarimen, Prochytenq. legit, ſteriliq. locatas*

Colle Pithecuſas, habitantum nomine dictas.
Quippe Deûm genitor fraudem, ac periuria quondam
Cercopum exoſus, gentiſq. admiſſa doloſae
In deforme viros animal mutauit, vt ijdem
Diſſimiles homini poſſent, ſimileſq. videri.

Confir-

Confirmat Xenagoras apud Suidam, & Harpocrationem, Cercopas ἐς πιθήκους mutatos fuiſſe, & ab eis Pithecuſam eſſe appellatam. Eſt
Lib.3 cap.6 autem haec Tyrrheni maris inſula in ſinu Puteolano, quam Plinius vult, non ità à ſimiarum multitudine dictam fuiſſe, ſed à figlinis doliariorum. Notum eſt Graecè πίθος dolium appellari. Eadem alio nomine, ſed non diuerſa ratione Inarime quoque dicitur, ab Arimis, quo nomine Etruſci ſimias vocant. Aeſchiron verò in Epheſsidis ait, eas inſulas quondā Gigātes incoluiſſe, qui cùm à Ioue, in quē impiè irruerant, ſuperati eſſent, is immania eorū dorſa inſularum pondere compreſſit, ſimijsq. incolendas permiſit. In eam quoq. beſtiam, vt Plato in extremo de Repub. ait, Therſites mutat^9 fuit, in quē, quoniā Homerus non modò impuriſſimis moribus, ſed omniū, qui ad Troiā profecti erant, turpiſſimum depinxit, meritò Plato tam deformem μεταμόρφωσιν commentus eſt: vnde Lycophron πιθηκόμορφον appellauit. Et quoniam ſimiae mirum in modum hominum geſtus, actionesq. ſtudent imitari, Myniſcus Callipidem hiſtrionem, & Demoſthenes Aeſchinem nimia corporis motione geſtientes, Simias appellarunt. VVLTVRIS IN SILVEIS] Vultur auis notiſſima eſt, quae humana cadauera auidiſſimè appetit. Vnde pulcherrima tranſlatione in eos, qui haereditatem inhiant, dictum eſt, *Vultur es, cadauer expecta.* Ad quod reſpiciens Martialis, ait,

Cuius vulturis hoc erit cadauer?

Hinc etiam qui ſeditiones excitant, vt ciuium cruore ſe expleant, Vulturij dicuntur. M. Aemilius Scaurus in actione II. contra Q. Caepionem, *Nefarius,* inquit, *Vulturius, patriae parricida.* Cicero in Piſonem, *prouinciae Vulturius.* Plautus in Trinumo, pro, turpis lucri auido, ac rapaci admodùm accepit,

Tum autem ſunt alij, qui te Volturium vocant:
Hoſtès ne, an ciues comedis, paruipendere.

Lib.1. Obſeruat Chariſius, Virgilium vultur, vt turtur dixiſſe, Ennium verò vulturus, cuius verſum ità legit,

Vulturus in ſpineto ſupinum mandebat homonem.

Lib.6. Aen. Seruius autem ſic,

Vulturus in campo miſerum mandebat homonem,

— MISERVM MANDEBAT] Vulturis naturam explicat, qui nihil è terra editum edit. Sed cur ex hominibus, alijsq. animantibus oculos praecipuè appetat, Antonius Liberalis in ſua μεταμορφώσεων συναγωγῇ hiſtoriam refert. HOMONEM] Priſcianus tradit
Lib.1. Vetuſtiſſimos, homo homonis, & huminem, pro, hominem dixiſſe. Aliqui verò, *Homonem* proprium viri nomen eſſe cenſent. Alijs placet *hominem*, alijs *hemonem* ſcribendum eſſe: nam, vt ait Feſtus, *Hemona*

Hemona, humana: & hemonem, hominem dicebant. — CRVDELI CONDEBAT MEMBRA SEPVLCHRO] Eleganti ſanè tranſlatione pro crudeli ſepulchro, Vulturis corpus intelligit, in quo miſeri illius membra condebantur. Quae quidem tranſlatio Dionyſio Longino, vt nimis poetica, in ſoluta oratione minimè congruere videtur. Irridet enim in libello de ſublimi Orationis genere Leontinũ Gorgiam ꝙ Xerſem, Perſarũ Iouem, & Vultures, viua ſepulchra dixerit, Graeca illius verba huiuſmodi ſe habent. Ταύτῃ καὶ τὰ τοῦ Λεοντίνου Γοργίου γελᾶται, γράφοντος, Ξέρξης, ὁ τῶν Περσῶν Ζεύς, καὶ γῦπες, ἔμψυχοι τάφοι. Quae verba Dominicus Pizimentius, fortaſſe mali exemplaris fide deceptus, perperàm intellexit. Ex hoc autem Longini loco comprehendi poteſt, Hermogenem in 1. libro περὶ ἰδεῶν Gorgiam intellexiſſe, cùm ait, παρὰ δὲ τοῖς ὑποξύλοις τουτοισὶ σοφισταῖς πάμπολλα εὕροις ἄν, τάφους τε γὰρ ἐμψύχους, τοὺς γῦπας λέγουσιν, ὥσπερ εἰσὶ μάλιστα ἄξιοι. Hûc videtur reſpexiſſe Lucretius, cùm de feris homines dilaniātibus loquitur, Lib. 5.

Viua videns viuo ſepeliri corpora buſto.

Tradit Antigonus in congerie παραδόξων ἱστοριῶν, Nunquàm neq. vulturis pullum, neque nidum cuiquam viſum eſſe: qua propter Herodotus Bryſonis Sophiſtae pater exiſtimauit, eos ab editiori aëris regione delabi; & in eminentiſſimis rupibus, atq. inacceſſis incubare. BVTEO, SANQVALIS, IMMVSCVLVS, AQQVILA, VVLTVR] Admonet Parrhaſius ità hunc verſum apud Feſtum legendum eſſe in dictione Alites: in quo ille obſeruat, Enniũ primam in *Aqquila* produxiſſe geminatione litterae, q. Buteonẽ Ariſtoteles inter Accipitrum genera numerat: quem Graeci à trium teſtium numero τριόρχην appellant: eiq. in augurijs primas partes Phoemonoë Apollis filia dedit. — SANQVALIS] Hanc autem Maſſurius Oſſifragam eſſe exiſtimauit: alij verò Oſſifragae pullum. — IMMVSCVLVS] Immuſculum, ſiue Immuſſulum, vt in Plinio, & Arnobio legitur, quidam Vulturis pullum eſſe volunt, alij verò Aquilae, priuſquàm cauda albicet. CVM SOMNO SESE EXSICCAT] Lactantius Papinij interpres explicans illud carmen, *Et nox, & cornu fugiebat ſomnus inani*, Hiſt. Anim. L. 9. c. 36. Lib. 10. c. 7. lib. 7. Lib 5. Thebaid.

ait, *Inani cornu idcircò dixit, quia illud noctis tempore totum diffuderat, quod idem Poëta ſuperiùs maniſeſtiùs aſſeruit, dicens,*

— cornu perfuderat omni,

quare arbitror hoc loco Enniũ aliqua de augurali diſciplina attigiſſe, nam ſic à pictoribus ſimulatur, vt liquidum ſomnium è cornu ſuper dormientes videatur effundere. Sic Ennius, Cùm ſomno ſeſe exſiccat &c. Hunc verò liquorem ex Lethaeo flumine hauriri exiſtimo. Virgilius, Lib. 5.

Ecce Deus ramum Lethaeo rore madentem

Viq. ſoporatum Stygia ſuper vtraq. quaſſat Tempora ——

Lib.10. Sed Silius aliter ſentire videtur, cùm ait,

Per tenebras portat medicata papauera cornu.

HOS PESTIS NECVIT, PARS OCCIDIT ILLA DVELLIS] Hoc eſt, exercitus pars peſtilentia abſumpta eſt, pars pugnando interijt. Duellum pro bello dixerunt Veteres, quòd, vt ait Pompeius, In Bacchid. duabus partibus de victoria contendentibus dimicetur. CVM VETER OCCVBVIT PRIAMVS] *Veter*, Priſca vox, vnde veterior apud Plautũ, & veterrimus, vt Caper affirmat, deriuatur. SVB MARTE PELASGO] Metonymia. Hoc eſt, cùm Graeci, extincto Priamo, victoria potiti ſunt. PANDITE SVLTIS] Pro, *ſi vultis*, antiquo more. Plautus Sticho,

Facite ſultis, nitidae vt aedes meae ſint ——

Idem Poenulo,

Domos abeamus noſtras ſultis nunc iam.

GENAS] Genas pro palpebris poſuit, vt infra,

Imprimitq. genae genam ——

Lib.11.c.37 Aliquando genae malas ſignificant: quas à feminis radi lege XII. Tabularum prohibitum eſt: quoniam, vt tradit Plinius, in eis pudoris ſedem eſſe, vetuſtas exiſtimauit. Pacuuius,

Nunc primùm opacat flore lanugo genas.

Lib.8. Virgilius ſimiliter pro ea parte, vnde primùm barbae pili erumpunt, accepit. *Tum mihi prima genas veſtibat flore iuuenta.*

CONTEMPSIT FONTEIS, QVIBVS EXERVGIT AQVAE VIS] Incertus Grammaticus, atq. peruetuſtus ex Bibliotheca Carbonaria aſſerens, eructo verbum ab erugo principali deriuare, hunc Ennij verſum adducit. VNDE HABEAS QVAERIT NEMO] Iuuenalis,
Satyr.14.

—— *illa tuo ſententia ſemper in ore*

Verſetur Dijs, atq. ipſo Ioue digna, Poëtae,

Vnde habeas, quaerit nemo, ſed oportet habere.

Conſentiunt omnes hunc verſum ex Ennio eſſe petitum: quem tamẽ arbitror, non id praecipere, ſed eos potius, qui id faciunt, accuſare: nam, vt hoc ſenario Menander admonet, Victus vndiq. eſt acquirendus, praeterquàm ex malis,

Βίον πορίζου πάντοθεν, πλὴν ἐκ κακῶν.

Cui concinit illud Antiphanis, qui ait, Lucra male quaeſita breues quidem parere voluptates, longam autem deinde triſtitiam,

Τὰ πονηρὰ κέρδη τὰς μὲν ἡδονὰς ἔχει

μικράς, ἔπειτα δ' ὕστερον λύπας μακράς.

De

De qua re plura retulimus in explicatione prouerbij, *Lucrum malum aequale diſpendio*. PERQ. FABAM REPVNT, ET MOLLIA CRVRA REPONVNT.] Seruius explicans illud Maronis, Lib. 3. Geor.

Continuo pecoris generoſi pullus in aruis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit,

ait Ennium de Gruibus ea dixiſſe. Iulius Caeſar Scaliger, *mollia crura*, Lib. 5. Poet. non rigidè protenta interpretatur; ſed quod Ariſtoteles dicit, ὑγρά. CIVEIS ROMANEI TVNC FACTEI SVNT CAMPANEI.] De quibus nunc Poëta intelligat, non facilè intelligi poteſt. Nam Liuius lib. VIII. ab Vrbe condita ait, *Campanis equitibus, honoris cauſſa, quia cũ Latinis rebellare noluiſſent; Fundanisq. & Firmianis, quòd per ſines eorũ tuta, pacataq. ſemper fuiſſet uia, ciuitas ſine ſuffragio data. Cumanos, Sueſſulanosq. eiuſdem iuris conditionisq. cuius Capuã, eſſe placuit*. Paterculus tradit libro I. Sp. Poſthumio, Veturio Caluino Coſs. Campanis datam eſſe ciuitatem, partiq. Samnitium ſine ſuffragio. Conſtat autem diuerſis temporibus, ac occaſionibus Campanos ferè omnes ciuitate donatos: ità igitur Conſul poſt Cannenſem cladem apud Liuium libro XXIII. Campanos alloquitur, *Ciuitatem noſtram magnae parti veſtrûm dedimus, communicauimusq. vobiſcum, itaq. communem vos hanc cladem quae accepta eſt, credere Campani oportet, communem patriam tuendam arbitrari eſſe*. Demum idem libro XXXVIII. refert Campanos à Romanis impetraſſe, vt eis Romanas vxores ducere liceret. NOS SVMV'.] Apud Ciceronem in III. de Oratore, vbi ex pluribus vnum intelligi demonſtrat, ita habetur hic verſus, *Nos ſumu' Romanei, qui fuimus Rutulei.*

Sed Lipſius ex verbis illis Ciceronis pro Archia, *Ergo illum, qui haec fecerat, Rudium hominem maiores noſtri in ciuitatem receperunt*, rectè exiſtimat, Ennium de ſe ipſo hunc verſum pronunciaſſe, praedicantem beneficium acceptae ciuitatis Romanae. Deinde addit, *Quod ſi eſt, quis haerebit, quin emendandus ſit, — qui fuimus Rudij. Nam ex Ciceronis verbis clarum eſt de vno ſolo intelligi*. Mox ſequitur, *Annotat doctiſsimus Lambinus in antiquis eſſe, — qui fuimus antè Rutilli. ex quo ſuſpitio eſt, ne fortè ſcribendũ ſit. — qui fuimus antè Rudaei, verſu Heorico. Nam Strabo lib. VI. diſertim Ennij patriam Rodaeos nominat*. Nos autem Auſonij lectionem ſequuti, *Rudini*, ſcripſimus. (Antiq. lect. lib. 5. c. 1.) OMNEIS MORTALEIS SESE LAVDARI EXOP.] Similis Ciceronis locus pro Archia, *Trahimur omnes ſtudio laudis, & optimus quiſque maximè gloria ducitur*. Hinc Simonides apud Xenophontem dixit, Nihil laudibus eſſe auditu iucundius. (In Hierone ſiue Tyrannico.) D. Auguſtinus eodem loco, quo hunc verſum Ennij protulit, adducit ex Mimo quopiam,

Laudari omnes vultis, nemo veſtrûm vult vituperari.

GG 2 CAE-

CAELVS PROFVNDVS] Caelum virili, & neutro genere Veteres pronunciarunt. Virgilius reciproca tranſlatione modò caelum profundum, modò altum dixit. QVOM ILLVD, QVO IAM SEMEL EST IMBVTA VENENO] In Feſti fragmentis Florentiae editis habetur hic Ennij verſus; cuius nec vllum quidem in alijs, qui hactenus prodierunt, veſtigium apparebat: &, ni fallor, poſitus erat in dictione *Venenum*, vt declararetur praeter vulgatam veneni ſignificationem, eo nomine contineri omne, quod adhibitum, vt ait Caius lib. IV. ad legem XII. Tabular. naturam eius, cui adhibitum eſſet, mutat. Quare Feſti rimulam ità explendam cenſeo, *Venenum dicebant Antiqui, cuius color inficiendo mutatur, vt Ennius cùm ait, Quòm illud, quo iam ſemel eſt imbuta veneno.* In qua ſignificatione Virg. II. Georg. *Alba nec Aſſyrio fucatur lana veneno.*

Lib. I. Epiſt. Nec aliò arbitror Horatium reſpexiſſe, cùm ait,

Quò ſemel imbuta recens ſeruabit odorem Teſta diu ——

IMPRIMITQ. GENAE GENAM] De dormiente, vt ait Lib. 6. Aen. Seruius, ab Ennio dictum eſt. IT NIGRVM CAMPEIS AGMEN] Attius id primùm de Indis dixit, deinde Ennius de Elephantis, poſtremò Virgilius de formicis, Lib. 4. Aen.

It nigrum campis agmen, praedamq. per herbas
Conuectant calle anguſto ——

NON DECET MVSSARE BONOS] Scaliger legit, *Nanque decet muſſare bonos*. Feſtus hoc loco *muſſare*, tacere exponit. Propriè verò, vt ait Donatus in explicatione loci illius Terentij in Adelphis,

—— *muſsitanda iniuria adoleſcentium eſt*,

muſſare, ſiue muſsitare, eſt diſsimulandi cauſſa tacere; dictum vel à muto, vel ab m, quae littera eſt preſſae, ac ferè nullius vocis: adeò vt ſola omniũ cùm inter uocales inciderit atteratur, atque ſubſidat. Hinc Virgilius, Lib. 12.

—— *muſſat Rex ipſe Latinus*

IDEM CAMPVS HABET] Scaliger in Catullianis Annotationibus enarrans locum illum,

Pinea coniungens inflexae texta carinae,

explet ex Schedis Seruij nondum vulgatis hunc Ennij verſum,

Idem campus habet textrinum nauibu' longeis.

Vbi praeclarè adnotat, Veteres texere naues dixiſſe; & textrinum, locum in quo naues fabricabantur,

Ouidius, *Texitur & coſtis panda carina ſuis.*

Silius, *Flumineam texit, qua tranſuehat agmina, claſſem.*

Lib. 2 de Diuin. In Oratore & lib. 8 ad Att. Quibus addi poteſt locus ille apud Ciceronem eiuſdem, vt opinor, Ennij, *Iamq. mari magno claſsis cita Texitur* ——

GNATEIS PARCE TVEIS] Protheſis. Haec eadem verba in

X. Aenei-

X. Aeneidos Maro tranſtulit; in quo loco ait Seruius, *Parce ſecundùm Antiquos ſerua, vt apud Luciliũ, & Enniũ, Gnateis parce tuis.* — STANT POLVERE CAMPEI] Hoc eſt pleni ſunt. Sic Maro, Lib 12.

— iam puluere caelum Stare vides —

Homerus in eadem ſignificatione, Iliad. β.

— ποδῶν δ' ὑπένερθε κονίη ἵστατ' ἀειρομένη —

Et alibi, *— ὑπὸ στέρνοισι κονίη* Iliad. ψ.

ἵστατ' ἀειρομένη ὥστε νέφος ἠὲ θύελλα.

Siſenna libro IX. *Caelum caligine ſtat*. Caecilius Syracuſis,

Hic amet, familiae fame pereant, ager ſtet ſentibus.

Lucilius, *— ſtat ſentibu' fundus.*

Et Titinius Veliterna *— fundi ſtabunt ſentibus.*

— RVNATA RECEDIT] In Feſti compendio, ſeu potius in magno illo rei litterariae diſpendio Paullus ait, Runam genus teli ſignificare: & dictionem illam *runata*, pilata exponit. — PAVSAM FECERE FREMENDI] Pauſam à Graeca voce παύειν deriuari, non dubium eſt. Lucilius, Lib 1 Satyr.

Haec vbi dicta dedit, pauſam fecit ore loquendi.

Plautus in Rudente,

Aliquando oſculando melius eſt, vxor pauſam fieri.

Idem in Poenulo, *Ego pauſam feci* Quadrigarius in I. Annaliũ, *Pugnae facta pauſa eſt.* Fremere autem Leonum propriũ videtur, originemq. habet à Graeco βρέμειν, β, in Latinum f, mutato. Catullus in Atti de Leone loquens,

Vadit, infremit, refringit virgulta pede uago.

Inde ad homines tranſlatum, vt in hoc loco. Virgilius, Lib. 1. Aen.

— omnes ſimul ore fremebant.

— FVRENTIBV' VENTEIS] Seruius in illo Maronis,

— loca foeta furentibus Auſtris, Lib. 1. Aen.

Legerat, inquit, *apud Ennium, furentibu' venteis. Sed quaſi aſperum fugit, & poſuit Auſtris, pro uentis.* — DE MOERIS RES GERIT OPSCVS] Synecdoche, vnus pro multis. Obſeruat Verrius huius carminis auctoritate Veteres pro, Oſcos, Opſcos dixiſſe. — CAENACVLA MAXIMA CAELI] Pindari aemulatio, qui in Iſthmijs οὐρανοῦ σταθμοὺς dixit. Refert hoc acroteleution Tertullianus aduerſus Valentinianos, vbi omniũ primum Ennium inquit, id ſimpliciter pronunciaſſe, elati ſitus nomine, vel quia Iouem illic epulantem legerat apud Homerum. In Plauti Amphitruone Iuppiter ait,

In ſuperiori qui habito caenaculo

— DIVVMQ. HOMINVMQ. PATER REX] Varro mox, vbi hunc locũ refert, addit, *Pater, quòd pateſaciat omnia, & ipſum* Lib. 4 de Ling. Lat.

ſemen:

ſemen: nam tum eſt conceptum, & inde cùm exit, quod oritur, Valerius Soranus Iouem Regum,& Deorum progenitorem appellauit,

Iuppiter omnipotens rerum, Regumq. Drûmq.
Progenitor, genitrixq. Diûm, Deus vnus, & omnes.

— PATER DIVVMQ. HOMINVMQ.] Hemiſtichium ex Orpheo,& Homero ſumptum,

— πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε

— ENDO SVAM DO] Pro domum Homeri imitatione, qui δῶ, pro δῶμα dixit. Auſonius de Ennio loquens,ità refert hunc locũ,

Et cuius de more quod aſtruit endo ſuamdo.

Lib.4. Chariſius vbi de apocope loquitur eundem locum affert, qui ità deprauatè legitur, *tendo ſuam,hoc eſt,modũ*,pro, *endo ſuam do, hoc eſt,domum*. Probus de eadẽ figura agens,adducit ex innominato Auctore,

Lib.9. — *nanq. ſuam do.* — ET VERTVNT CRATERES AHENOS] Virgilius,

— *fuſiq. per herbam*
Indulgent vino,& vertunt crateres ahenos.

Vbi notat Seruius ex Ennio illum hemiſtichium deſumptũ. — SANCTOSQ. POETAS] Cicero, *Quare*, inquit, *ſuo iure noſter ille Ennius,ſanctos appellat poëtas,quòd quaſi Deorum aliquo dono, atq. munere cõmendati nobis eſſe videntur.* Tacitus in Dialogo de Orat.Creditum eſſe ait,poëtas Deorum reſponſa proferre, & eorum epulis intereſſe. — QVEM NON VIRTVTIS EGENTEM] Virgilius,

Pro Arch.

Lib.11.

— *quem non virtutis egentem Abſtulit atra dies* —

Lib.8. Item, — *non te rationis egentem.*

Lib.4. Lucretius, — *tamen praeſtat rationis egentem.*

— VITA ILLA DIGNV' LOCOQVE] Cicero nec in Oratore,vbi hoc hemiſtichium exempli cauſſa poſuit, Auctorem nominat,nec in II.Tuſculana,vbi ità integrum refert verſum,

Samnis ſpurcus homo vita illa dignu' locoq.

Sed in libro de Opt.gen.Orat.Lucilio manifeſtè tribuit:eidemq. etiã Nonius duobus in locis. Victorinus verò in Commentario de metrorũ ratione ex Ennio retulit, à quo veriſimile eſt,Lucilium,vt ſaepè aliâs,eſſe mutuatum. — SATVRNO SANCTE CREATE] Iouem intelligit, quem Homerus Κρονίδην, & Pindarus Κρόνου παῖδα appellarunt: quorum imitatione Andronicus, *Pater noſter Saturni filie.* Sanctum autem dixit; nam ſaepè Veteres in precationibus Deos ſanctos appellarũt.Cic.II.Philipp.*Prò ſancte Iuppiter.* — VVLSCVLV' PERDIDIT ANXVR] *Anxur vocabatur*,vt ait Feſtus, *quae nũc Tarracina dicitur Volſcae gentis, ſicut ait Ennius, Vulſculu' perdidit Anxur.* Liuius, *Anxur fuit,quae nũc Tarracinae ſunt: vrbs prona in paludes.*

Ὀδύσσ. α.

Olymp.Od.1

Lib.4.

in paludes. Plinius, *Tarracina Volſcorum lingua Anxur appellatur*. Strabo verò ait, Tarracinam anteà τραχινὴν vocatam fuiſſe, à loci ſcilicet aſperitate. Vnde Flaccus, —— *atq. ſubimus* Lib 3. cap. 5 Lib. 5. Lib. 1. Ser. Sat. 5.

Impoſitum ſaxis latè candentibus Anxur.

Vulſculus autem pro, *Volſculus* poſitus eſt. — PERCVLSI PECTORA POENEI] Hoc fragmentum mihi è Coſentia Fabius Aquinas miſit: quod à quodã ſuo vetuſtiſſimo Statij interprete M.S. excerpſit: cuius nomen, cùm in illius libri principio, & fine multae deſiderẽtur paginae, prorſus ignoratur. Conſtat tamen ex collatione non eſſe Lactantium. — FLVCTVSQ. NATANTEIS] Seruius explicans Virgilianum illud, Lib 6.

Lethaeumq. domos placidas quae praenatat amnem;

Exponit *praenatat*, praeterfluit: moxq. addit, *& contrariè dictum eſt: nam non natant aquae; ſed nos in ipſis natamus. Ennium igitur ſequutus eſt, qui ait*, — *fluctusq. natanteis*. Lucretius non diſsimili modo, Lib 5.

Augebat mare manando, camposq. natanteis.

Et libro extremo,

Arguit & liquidam molem, camposq. natanteis.

Item, *Aëra permenſus multum, camposq. natanteis.*

VBI MILLE ROTAM] Seruius enarrans Virgilij verba illa Lib. 6.

—— *vbi mille rotam voluere per annos*,

ait, eſſe ſermonẽ Ennij. — EIA MACHAERAS] Eia, militũ properantiũ clamor eſt, vt ait Seruius in eo Virgilij verſu, *Hoſtis adeſt, eia* — Lib. 9. SPIRAS] Spiras, Graeco more, hominum multitudinẽ appellauit. — FVNDVNTQ. ELATEIS NARIBV' LVCEM] De Solis equis loquitur, de quibus Lucilius apud Victorinũ, *Efflantq. elatis naribu' lucem*. Virgilius vtriuſq. imitatione,

Solis equi lucemq. elatis naribus efflant.

REGES ODISSE SVPERBOS] Cicero bis in Epiſtolis ad Atticum hoc acroteleution tacito Auctoris nomine, tanquàm ſatis cognito, retulit. Parrhaſius exiſtimat eſſe Ennij: quod etiam in ſuis in Ciceronem notis confirmat Fuluius Vrſinus, aſſerens, in margine cuiuſdam Ciceronis libri à viro doctiſſimo cum manuſcriptis collati, ità eum locum eſſe emendatum, *Ennianum illud grauitatem nõ contemnere, ſed Reges odiſſe ſuperbos*: pro quo vulgati codices habent. *Tibi autem valde ſolet in ore eſſe, Grauius autem, non contendere ſe, & Reges odiſſe ſuperbos*. Simeon Boſius pro, *Grauius*, admonet legendum eſſe *Gauius*, Manutius *Granius*. Sed fortaſſe Poëta noſter hoc loco de Tarquinijs loquebatur. — VIDEN'] *Den, vt Seruius ait, naturaliter longa eſt. Breuẽ tamen eam protulit Virgilius, ſequutus Enniũ*. — ANIONEM] Idem Seruius ſuper illud, — *gelidumq. Anienem* ait, *Anio fluuius* Lib 2. & 6. Lib 6. Lib. 7.

fluuius haud longè ab Vrbe eſt: ſed hic euphoniam ſequutus eſt: Nam Lib. 4: de Ling. Lat. *Ennius Anionem dixit iuxtà regulam.* DICTATOR VBI CVRRVM] Ait Varro, *Scripſit Poeta, Dictator vbi currũ inſidit, &c.* Turnebus pro Poëta Naeuium intelligit, quoniam illius Poëtae Varro paullò ſuperius mentionem fecerat. Sed in antiquorum quorundam exemplarium margine, notatum eſt, Ennius, quem, & ſi Varro nõ apertè nominauerit, tamen Poëtae appellatione κατ᾽ ἐξοχὴν eundem intellixiſſe non eſt verendum: quandoquidem Cicero, vt diximus eum ſummũ Poëtam appellauit. Haec autem verba cùm ad Romanorum hiſtoriam pertinere videantur, cùm alijs Annalium fragmentis coniunximus, quae quoniam tranſpoſita ſunt, mètro non conſtant; & ità fortaſſe diſponenda ſunt,

Inſidit currum Dictator vbi, oppidum ad vſque
Peruehitur ——

EXPLICATIO IN SEQVENTES VERSVS.

CONTREMVIT TEMPLVM MAGNVM IOVIS ALTITONANTIS] ὑψιβρεμέτου, quaſi ab alto tonando ſtrepens. Cicero lib. II. de ſuo Conſulatu,

Nam pater altitonans ſtellanti nixus Olympo.

Pacuuius apud Minutianum, id epitheton Olympo tribuit,

Panditur intereà domus altitonantis Olympi,

Lib. 5. Lucretius Vulturno. Rurſus Cicero in Mario, Seneca in Hippolyto, altiſonum Iouem dixerunt; Naeuius, altiſonantem: alij plerique Tonantem ſimpliciter, quod ab augurali diſciplina didicerant. — MARSA MANVS] Marſorũ regio eſt parua quaedã Italiae portio in Apennini iugis vltra Picenũ, nõ longè à Samnitibus, ità appellata, ſiue à Marſo Vlyſſis, & Circes filio: ſiue à Marſya tibicine, qui ab Apolline victus, ad eam regionem incolendam conceſſit, ibiq. regnauit: ſiue à quodam Liberi comite, eo nomine appellato, qui illis vitiũ Lib 9. vſum demonſtrauit: & ob id beneficij memores ei ſtatuam fecerunt: quam, vt tradit Iſidorus, Romani debellatis Marſis, tulerunt. Loquebatur fortaſſe Poëta de bello Sociali; quod & Marſicũ appellatũ fuit, quoniam à Marſis defectionis auctoribus, & praecipue à Q. Propedio ipſorum Duce excitatum fuit. — FESTINA VIRVM VIS]

Lib. 6. Lucretius, —— *fida canum vis.*
Lib 4. Georg. Virgilius, —— *odora canum vis*

VOS ETENIM IVVENES] Milites mollitie ſocordiaq. torpentes

pentes increpat. Hinc videtur Maro illud expreſſiſſe, Lib. 11.

Quis metus? ô nunquam dolituri, ô ſemper inertes
Tyrrheni, quae tanta animis ignauia venit?
Femina palantes agit, atq. haec agmina vertit?
Quò ferrum? quidúe haec geritis tela irrita dextris?

— ANIMVM GERITIS MVLIEBREM] Γυναικὸς φρένας. Sic Hector apud Homerum Diomedem fugientem increpat, Iliad 8.

Νῦν δέ σ' ἀτιμήσουσι: γυναικὸς ἄρ' ἀντετέτυξο.

Idem quoq. Poëta ignauum huiuſmodi hominum genus exprobrandi cauſſa muliebri nomine appellat. Facit enim Menelaum Graecos Iliad 7. terga vertentes, tanquàm ſe viros eſſe oblitos, inſectantem, non amplius eſſe Achiuos, ſed Achiuas,

Ὤ μοι ἀπειλητῆρες Ἀχαιΐδες οὐκ ἔτ' Ἀχαιοί.

Quod rurſus alibi ſub Therſitis perſona iterauit. Ex quibus locis Iliad. 2. non dubium eſt Virgilium illud imitatum,

O verè Phrygiae, neque enim Phryges, ite per alta Lib. 9.
Dindyma ——

— ILLAQ. VIRGO VIRI] Virilem animum muliebri opponit. Vir enim hîc non ſexus, neque aetatis, ſed virtutis, & fortitudinis vox eſt: cuius quidem quid proprium ſit, in oratione quadã apud Salluſtium his verbis M. Lepidus oſtendit, *Eſt né viris reliqui aliud, quàm ſoluere iniuriam, aut mori per virtutem? quoniam quidem vnum omnibus finem natura, vel ferro ſeptis ſtatuit.* Liuius, *Bellum vobis indi-* Lib. 2. *ctum eſt, magno eorum malo, qui indixêre, ſi viri eſtis.* Eodem modo apud Homerum ἐσὲ ἀνέρες. Virgilius, Lib. 3. Aen.

Ecquid in antiquam virtutem, animosq. viriles.

Ouid. in maiore opere Lib. 13.

Arma ego femineis animum motura virilem
Mercibus inſerui ——

Seneca in Agamemnone,

Animos viriles corde tumefacto geris.

Hinc proprio vocabulo mulier, quae virile animi robur praeſefert, à viro compoſito nomine virago dicitur. AT ROMANVS HOMO] Obſeruat hoc loco Cicero Poëtam ex vno plures intellexiſſe. Sic etiam alibi Ennius,

—— *de moeris res gerit Opſcus*

— TAMEN ET SI] Pro tam et ſi, Catullus,

Quae tamen etſi vno non eſt contenta Catullo.

DVCVNTVR FORTE LIGATI MINTVRNIENSEIS] Apud Victorinum haec verba peruerſo ordine leguntur.
— ET SAXO CERE, COMMINVIT, BRVM] Πάθος à

modo interficiẽdi: quem τμήσει figura exornauit: cuius propriũ cùm ſit dictiones diuidere, per eam oſtendere voluit, in duas partes ſaxo caput diſciſſum fuiſſe. Qui locus in Seruio manuſcripto Sertorij Quadrimani, vt mihi ipſe ſignificauit, apertè ex Ennio affertur.

PRIMI TOMI FRAGMENTORVM.

Q. ENNII

FINIS.

Q. ENNII
FRAGMENTORVM
TOMVS SECVNDVS.

IN QVO CONTINETVR RELIQVIAE

Phageticorum,
Epigrammatum,
Scipionis,
Epicharmi,
Aſoti,
Satyrarum,
Protreptici,
Praeceptorum,

Q. ENNII
PHAGETICORVM
FRAGMENTVM.

OMnibus at Clupea praeſtat, Muſtela marina; Appul. Apolog. I.
Mures ſūt Aeni, aſt aſpra Oſtrea plurima Abydi:
Eſt Mytilenae Pectē, Aperq. apud Ambraciae amnē:
Brunduſij Sargus bonus eſt: hunc, magnus erit ſi,
Sume. Apriclum piſcem ſcito primum eſſe Tarentei.
Surrentei fac emas Glaucū, & Cumas apud: at quid
Scarum praeterij cerebrum Ioui' pæne ſupremei?
Neſtoris ad patriam heic capitur, magnuſq. bonuſq:
Melanurum, Turdū, Merulamq. Vmbramq. marinā?
† carne. Polypu' Corcyrae, Caluaria pinguia † Atarnae,
† Matriculi. Purpura, † Muriculei, Mures, dulces quoq. Echinei.

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

LIBRI huius inſcriptionem, & argumentum ex vno Appuleio intelligere poſſumus: à quo in Apologia, quam pro ſe edidit, adeò huiuſmodi ἰχθυφαγικοὶ Ennij verſus mēdoſi, ac faedè corrupti adducūtur, vt nec poſt Turnebi, & Scaligeri doctiſsimor. virorū cenſurā, priſtinae integritati reſtituti videātur. Appulei igitur locus ſic ſe habet, *Q. Ennij edes phagetica, quae verſibus ſcripſit; innumerabilia piſciū genera enumerat, quae ſcilicet curioſè cognorat.* Quae ſanè verba, & inſcriptionē, & argumentū indicāt. Sed fortaſſe pro, *phagetica, phageſia* legendum eſt: quo nomine feſta quaedam appellabantur, in quibus epulis, potuq. Veteres profuſa hilaritate explebantur. Sed quoniam hi verſus cum quibuſdam Archeſtrati eandem videntur complecti ſentētiam, ſuſpicor hunc librum, vel maiorem ipſius partem Latinum hunc noſtrum à Graeco illo auctore, qui Sardanapali Lib. 21. Aduer. cap. 11.

vitam

vitã vixiſſe fertur, tranſtuliſſe, vel ad illius exemplar lucubraſſe. Quod etiam quaedã inſcriptionis ſimilitudo ſuadet. Ille enim ſuum poëma, vt Lynceo, & Callimacho placet ἡδυπάθειαν, vt vero Clearcho, δειπνολογίαν, vt alijs ὀψοποιίαν ſiue γαστρονομίαν, vel γαστρολογίαν inſcripſit: in quo quaſi de ventre alendo conſcriptis legibus, accuratiſſimè omnia, quae ad palati irritationem pertinent, ſuo carmine eſt complexus. Quare meritò Chryſippus dicere ſolebat, eum Archeſtrati librum eſſe quaſi quandam totius Epicureae Philoſophiae metropolim. Multa de hac re monumentis mandarunt Cleoſtratus Tenedius, Heraclides Syracuſanus, Simonactides Chius, Tyndaricus Sicyonicus, Pantaleon, Myſthaecus, Zopyrinus, Glaucus Locrenſis, Sophon, Hegeſippus, & Epaenetus. Scripſerunt inſuper Paxamus ὀψαρτυτικὰ κατὰ στοιχεῖον, Pãcratius ὀψαρτυτικὰ καθ' ἑκάστην τροφήν. Mneſitheus Athenienſis περὶ τῶν ἐδεσμάτων. Meleſermus Athenienſis Sophiſta Culinarium librum: & ne circa hanc artem aliquid remaneret intactũ, Artemidorus Pſeudariſtophanes omnia culinaria vocabula coëgit. Ex Latinis verò aut ſolus fortaſſe Caelius Apitius, aut pauci admodùm eandẽ materiam tractauerunt: non quòd Romanos exiſtimem in ganeis, luxuq. Graecis fuiſſe temperatiores, ſed ſaltem verecundiores. Nam quae modò Poëta noſter ſcripſit, non vt proprium ipſius argumentum tractauit, ſed vt ſua induſtria Latinis auribus ea, quae ab Archeſtrato Graecè ſcripta fuerant, paterent. De qua re Appuleius de eodem Ennio loquens, ait, *Alios etiam multis verſibus decorauit, & vbi gentium quiſq. eorum inueniatur, oſtendit: qualiter aſſus, aut iuſſulentus optimè ſapiat, nec tamen ab eruditis reprehenditur, nec ego reprehendar, qui res pauciſſimis cognitas Graecè, Latinè proprijs, & elegantibus vocabulis conſcribo.* Quis enim ibit inficias hos Archeſtrati verſus nõ eſſe ab Ennio conuerſos? ſed more ſuo, hoc eſt liberè,

Τοὺς μῦς Αἶνος ἔχει μεγάλους, ὄστρεια δ' Ἄβυδος
Τὰς ἄρκτους Πάριον, τοὺς δὲ κτένας ἡ Μυτιλήνη,
Πλείστους δ' Ἀμβρακία παρέχει ——

Scripſerunt etiam carmine praetermiſsis, quae ad gulam excitandam cibi ſuauitatem parant, libros de piſcium praeſtãtia, natura, & moribus Caecilius Argiuus, Numenius Heracleota, Pãcrates Arcas, Poſidonius Corinthius, & Oppianus Cilix, qui vnicus ex tanto naufragio eſt ſuperſtes. Pedeſtri verò oratione Leonides Byzantius, & Agathocles Atracius. E noſtris autem ſolus, quod ſciam, Ouidius Halieuticõ ſcripſit: qui ἀκέφαλος, & maiori ex parte decurtatus ad nos peruenit: cuius tandem initiũ Sertorius Quadrimanus, vir ſingulari doctrina praeditus, & diligens antiquorũ Auctorũ inueſtigator, ex vetuſtiſsimo codice, nobis ſua manu deſcriptum dedit: quod hũc tranſcribendum

dum curauimus; rati antiquitatis ſtudioſis non iniucundum fore, haec carmina ab obliuionis faucibus erepta, in medium afferre.

Tertia Phoebei referunt hiberna iugales,
Quùm magni Iouis imperijs te Roma reliqui,
Coniugis & vultu ſemper cariturus amico,
Exul in extremas adigor moriturus arenas.
Semper vbi immiti caneſcunt arua pruina,
Aethereusq. ruit ſublimi à vertice Corus,
Quando alibi radijs flammantibus arua perurit
Phoebus, & exhauſtis ferueſcunt flumina ripis.
Hîc ego Barbaricae vitans commertia gentis,
Quùm primum noctis tenebras Aurora fugauit,
Deſertos ſcopulos, & littora ſola frequento:
Aſpiciensq. ferox oculis lachrymantibus aequor,
Conqueror, heu ſuperos nequidquam voce fatigans.
Exciti gemitu piſces è fluctibus imis
Emergunt, mecum forſan fera fata vocantes.
Et ni vox deſit, vellent lenire dolentem.
Vnquam nec latebris abducunt corpora caecis,
Ni prius ipſe abeam, Solis iam luce cadente.
Ergo equidem experiar, poſſim ſi digna referre
Praemia, & aeternis inſcribere nomina chartis,
Nomina, quae nullis pereant fugientibus annis.
Quare ô magnorum pars non ſpernenda Deorum,
Quos tegit in gremio Tethys longeua virente,
Glauce, fluentiſonis placidum caput effer ab antris,
Et mecum immenſi percurras littora ponti:
Dum populos pelagi canimus, gentemq. natantum.
Spero ego te mihi praeſidio percuncta futurum,
Vt qui ſquammigerae gentis bene nomina noris,
Ni, mendax fuerit quae de te fabula fertur.
Te quondam herboſo proiectos littore piſces
Obſtupuiſſe maris rurſus ſub ſtagna reuerti,
Extincti quùm iam caeleſti luce carerent:
Gramine quùm tacto patriae ſola dulcia linquis,
Canae Amphitrites magno ſuccenſus amore.
Quare ſi veteris durant veſtigia † moris, † amoris,
Si precibus hominum flectuntur numina ponti,
Huc adſis, dirigasq. pedes, humerosq. natantis.
Sicaniae primùm quaeramus marmora, non quà
Enceladus vaſtas voluit trans nubila flammas,

Et totas

Et totas quatit aſſiduis ſuccuſsibus vrbes.
Aſt vbi Neptunus magno fera ſaxa tridente
Trudens, Italiam Siculis diſcindit ab aruis.
Forſan & inde tibi veniet pergrata voluptas;
Saxa videns ponti furijs nunc obuia saeuis,
In quo, pro, Circes letalia gramina, vultus
Dilectae quondam Scyllae mutaſtis amatos.
Hic tu non poteris fletum cohibere cadentem,
Sed longùm veteres etiam lugebis Amores,
Amplexusq. manu, durae dabis oſcula cauti;
Quamuis caeca fremant gemitu ſpelaea ſonanti.
Atque obſeſſa gerat latitantibus inguina monſtris.

*

Mitem luctantem Scarus in limine vidit,

*

Iactantemq. manus rapitur diuerſa, nec vnquàm
Deſinit infeſtare minores obuia Thinnos.

*

*Aduerſi caudam morſu tenet **

*

At tu quùm vaſtas terras ſuper aureus it Sol,
Plenaq. vel tacito vectatur Cynthia caelo,
Nequidquam inſidias tendas ſub nocte ſilenti,
Nanque procul fluitantem hamum, vel retia cernunt,
Candida nocturnas pellit quùm Luna tenebras.
Idcirco ponti ſubeat dum templa morare.
Tunc vero nigris videas volitantibus Vmbris.

*

*At Murena ferox dimotis **

*

Saepia tarda fugae, necnon & Polypus haeret.

*

Fluctibus occiduis dicunt haec monſtra vagari.
Quae miſeros nautas, nauisq. morantur euntes.
At Mugil cauda pendentem verberat hamum.

*

Auxiliumq. vagas Delphin lature per vndas.
Namq. tuas perſenſit opes Dijs carus Arion,
Quùm tu ſubducto ſpumoſa per aequora tergo,
Illaeſum vectas, patriaq. exponis in acta.

*

*

Nam gaudent pelago, quales Scombriq. Lupiq.
Atque Boues patula captantes narc fluores.

*

Dicendum Illyricis volitat qui piſcis in vndis,

*

Quàm vaſtas habeat vires in corpore, quamuis
Arma haud vlla homini dederit Natura nocendi.
Ipſe Lupo aſſimilis paruo, ſetaeq. comantes
Demiſsae extremae lambunt confinia caudae,
Purpureoq. micant tenuiſſima colla colore.
Si fortè aduentante die caput extulit vndis,
Atque recens orti lumen conſpexit Eoi,
Pallidus extincto tabeſcit Cynthius orbe,
Nec lucem attonitis fundit mortalibus almam.
Vidi ego, quùm nulli volitarent aëre venti,
Atque obſcura nouo ceſſiſſent nubila Soli,
Ardua turbinibus mundi conuexa ſonoris
Impelli, & crebris nubes fulgeſcere flammis.
Ac tempeſtatem mox aduexiſſe ſerenam,
Poſtquàm ſub pelagi fluctus ferus ille refugit.

*

Parua Echenaeis adeſt, mirùm, mora puppibus ingens.

*

—— purpureo tellus qua tunditur aeſtu.
Antheris eſt tergo prorſus florente decorus:
Huius in immenſa reſidet lapis abditus aluo
Caeruleus, ſtellasq. gerit, velut aurea caeli
Tecta micant, poſtquàm Phaebus caua Tartara adiuit:
Nec curru nocturna volat Phoebaea nitente.
Hunc ſi Cecropiae ſuffuſum caede volucris
Quis gerat, hic poterit medios impune vagari
Per populos, incedentem non vlla videbunt
Lumina, nigranti veluti res aëre ſeptas.

*

At durus Xiphias ictu non mitior enſis,
Et pauido magno fugientes agmine Thynni.

*

Qui ſemper ſpumas ſequeris Pompile nitentes,
Cercyrosq. ferox, & ouantes gutture cancri.
Orphas, & herboſa latitans Erythinus in vnda,
Et Sparulus, Sargusq. notis inſignis opimis.
Chryſophrys imitata decus, & verba volantum.

Nanque volat, ſcopuliq́. latens in vertice acuti,
Contrixit, vt nunquam melius, ſub fronde virenti
Attica auis verna ſub tempeſtate queratur.
— *tum corporis Vmbrae*
Liuentis rapidiq. Lupi Percaeq́. Tragiq́.
— *cauda Melanurus acuta.*
Atque Canes, Leporesq́. truces, Meruliq́. virentes.
Faecundumq́. genus Maenae —
Ipſe & purpureo ſuffuſus ſanguine Mullus.
— *& molles tergore Ranae.*

OMNIBVS AT CLVPEA PRAESTAT] Sic in Appuleij codicibus legitur Iouius, Maſſarius, & Bellonius. Clupeam eſſe putāt, quam vulgò Gallico vocabulo Aloſam dicimus, Veneti Chiepam, Romani Lacciam, Maſſilienſes Halachiam, Hiſpani Saualos, Graeci, vt aliqui exiſtimant, θρίσσαν. Quidam verò lōgè Aloſam à Clupea, Plinij auctoritate differre autumant: cuius verba ſunt, *Attilus* Lib. 9. c. 15. *in Pado inertia pingueſcens, ad mille aliquando libras, catenato captus hamo, nec niſi boum iugis extractus: Atqui hūc minimus appellatus clupea, venam quandam eius in faucibus mira cupiditae appetens, morſu exanimat*: quòd ab Aloſa, cùm prorſus dentium expers ſit, minimè effici poteſt. Nec minimus quidem piſcis eſt, nam Romae, & Capuae ſaepè cubitalem excedere magnitudinem vidimus: & Calliſthenes Sybarita, il lib. XIII. τῶν γαλατικῶν his verbis magnum piſcem eſſe tradit: Ἄραρ ποταμός ἐστι τῆς Κελτικῆς παρὰ τὸ Ῥοδανῷ ἡρμόσθαι τὴν προσηγορίαν εἰληφώς. καταφέρεται γὰρ εἰς τοῦτον κατὰ τὴν χώραν τῶν Ἀλλοβρόγων. γεννᾶται δὲ ἐν αὐτῷ μέγας ἰχθὺς Κλουπαία καλούμενος ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων. οὗτος αὐξομένης τῆς σελήνης λευκός ἐστι, μειουμένης δὲ μέλας γίνεται παντελῶς. ὑπεραυξήσας δὲ ὑπὸ τῶν ἰδίων ἀκανθῶν ἀναιρεῖται. εὑρίσκεται δὲ ἐν τῇ κεφαλῇ αὐτοῦ λίθος χόνδρῳ παρόμοιος ἁλός, ὃς κάλλιστα ποιεῖ πρὸς τεταρταίας νόσους, τοῖς ἀριστεροῖς μέρεσι τοῦ σώματος προσδεσμευόμενος, τῆς σελήνης μειουμένης. Haec ità Latina fecimus, Arar Celtarū fluuius, ità ab ἡρμόσθαι, quòd ſcilicet Rhodano coniungatur, appellatus, in eum enim per Allobrogum ſines defluit. Naſcitur in eo magnus quidam piſcis, qui Clupea ab accolis dicitur. Hic creſcente Luna albus eſt, decreſcente verò niger omnino fit. Supra modum verò auctus à proprijs interficitur ſpinis. Porrò inuenitur in eius capite lapis grumo ſalis perſimilis; qui plurimùm quartanis morbis conferre traditur, ſi deficiente luna ſiniſtris corporis partibus alligatus deferatur. Sed in hoc Ennij loco Clupeam potius ciuitatis, quàm piſcis nomē eſſe arbitror, quae non longè erat à Carthagine,

gine, cuius Strabo meminit, & alij quamplurimi. Lucanus, Lib. 6.

Et Clupeam tenui ſtationis littore notae. Lib. 4.

Idq. eò magis affirmamus, cùm Poëtae inſtitutum ſit referre quibus in locis inſigniores, celebrioresq. piſces capiantur: quapropter legẽdum eſt, *Omnibus at Clupeae praeſtat Muſtela marina.* Praefert enim hoc verſu omnibus Muſtelis marinis eas, quae Clupeae naſcuntur. MVSTELA MARINA] Γαλῆ θαλασσία, ad differentiam fluuiatilis. Nec maritimarum vna eſt ſpecies. Nam, vt ait Galenus, piſcis ille, qui magnae eſt apud Romanos exiſtimationis, quem γαλεξίαν vocant, ex genere eſt Muſtellarum; qui in Graeco mari nuſquàm viſus eſt. Γάλεος etiam apud Rhodios ſummo in pretio habitus fuit. Fluuiatilem verò Saluianus, Rondeletius, & Bellonius eam eſſe volunt, quae à lambendis petris, Lampetra appellatur. Veteres verò ob maculoſum tegmen Muſtelam vocauerũt, quòd ad terreſtris Muſtelae ſimilitudinem accedit. MVRES SVNT AENI] Marinorum Murium meminit Aelianus; eosq. ait, quamuis exiguo ſint corpore, domeſticis tamen eſſe audaciores: ac fiducia inexpugnabili munitos: nam ad pugnã prodeunt duplici fidentes armaturae, praedurae ſcilicet pelli, & dentiũ robori. Pugnant enim cũ valẽtibus piſcibus, ac hominibus rei piſcatoriae peritiſsimis. Eius verba haec ſunt. Τῶν γε μὴν οἰκετῶν θρασύτεροι οἱ θαλάττιοι. μικρὸν μὲν αὐτῶν τὸ σῶμα, τόλμα δὲ ἄμαχος. καὶ θαῤῥοῦσι δυὸ ὅπλοις, δορᾷ τε ἐντόνῳ, καὶ ὀδόντων κράτει. μάχονται δὲ καὶ τοῖς ἰχθῦσι τοῖς ἁδροτέροις, καὶ τῶν ἁλιέων τοῖς μάλιστα θηρατικοῖς. Quod idem Oppianus libro I. Ἁλιευτικῶν expreſsiſſe videtur,

Lib 3 de Alim facul. cap. 31. Lib. 9 de Animal. c. 41.

— ἐν δὲ μυῶν χαλεπὸν γένος, οἳ περὶ πάντων
Θαρσαλέοι νεπόδων, καί τ' ἀνδράσιν ἀντιφέρονται,
Οὔτι τόσοι περ ἐόντες. ἐπὶ στερεῇ δὲ μάλιστα
Ρινῷ καὶ πυκινοῖσι πεποιθότες ἔνδον ὀδοῦσιν
Ἰχθύσι, καὶ μερόπεσσιν ἀρειοτέροισι μάχονται.

Hos verſus Lippius Collenſis ſic Latinè reddidit,

Audaces mures non magno corpore, fidunt
Viribus haud magnis: ſed dura pelle uigorem
Oſtentant: firmi confidunt robore tergi:
Contra mortales pugnant, contra agmina ponti.

Aenum Traciae Vrbem fuiſſe, teſtantur Heſychius, Euſtathius, Strabo, Suidas, & Plinius, qui ibi Polydori tumulum fuiſſe tradit. Stephanus eodẽ nomine flumen etiã appellari aſſeruit: quod, vt Hermolaus in Plinianis caſtigationibus ait, è Germania in Danubium defertur, Vindelicos à Norico diſcriminans. — AST ASPRA OSTREA PLVRIMA ABYDEI] Abydus Aſiae Vrbs, Leandri patria, ſuauiſsimo Muſaei poëmate percelebris: à Mileſijs quondam in Hel- Lib. 4. c. 11

leſponti faucibus condita: cui Seſtus Europae Oppidum eſt oppoſitum, praecipiti infelicis Erûs è turri lapſu, & Leandri naufragio nobilitatũ. Quod non modò ex hoc loco Oſtreis plurimùm abundare perſpicuũ eſt: ſed & ex his Catulli verſibus, ex Ithyphallico, vt opinor, carmine, *Hunc locum tibi dedico, conſacroque Priape,*

Quà domus tua Lampſaci eſt quàque Priape,
Nam te praecipuè in ſuis vrbibus colit ora
Helleſpontiaca, caeteris oſtreoſior oris.

Li 1. Geor. Virgilius, *Pontus, & oſtriferi fauces tentantur Abydi.*

Lib. 9. Lucanus de Chalcedone, quae eſt in eodem maris tractu,

—— & oſtriferam dirimat Chalcedona curſu.

Li 2. Paed. Clemens Alexãdrinus vbi eos accuſat, qui ingluuiae dediti, transmarinas eſcas anxiè perquirunt, ὄςρεα τὰ Ἀβυδηνὰ nominat. Varro Satyra, quam περὶ ἐδεσμάτων inſcripſit Tarentina laudauit, Horatius, Circaea, Sergius Orata, qui primus Oſtreorum viuaria in Baiano inuenit, Lucrina, de quibus etiam Varro,

Tunc nuptiae videbant Oſtreas Lucrinas.

Martialis, *Oſtrea tu ſumis ſtagno ſaturata Lucrino.*

Et rurſus, *Ebria Baiano veni modo concha Lucrino.*

Satyr. 8. Iuuenalis, *—— caenet licet oſtrea centum Gaurana ——*

Sed omnibus Licinius Mutianus Cyzicena praetulit, quo nomine

Lib. 1. Faſt. Abydena intelligit. nam Cyzicus in Propontide eſt. Ouidius,

Hincq. Propontiacis haerentem Cyzicen oris.

Sic enim ille de Oſtreis loquens, ait, *Cyzicena maiora Lucrinis, dulciora Brittannicis, ſuauiora Edulis, acriora Lepticis, pleniora Lucenſibus, ſicciora Coryphantenis, teneriora Iſtricis, candidiora Circeienſibus.* Vnde in veteri Epigrammate,

Ennaeae Cererem nurus frequentant,
Raptam Cyzicos oſtreoſa diuam.

Lib 4. Strabo ait lacum ſupra Rhodani oſtia, quẽ ςομαλίμνην vocant, Oſtreis admodùm eſſe feracem. Ea Romanis ſummo precio fuerunt: qui-

Lib. 32. c. 6 bus diu, vt inquit Plinius, menſarum palma tributa eſt. Varro Satyra ἐπὶ τῷ φακῷ μῦρον,

Nec multi nummus piſcis ex ſalo captus
Elops, neque Oſtrea illa magno captata
Quiuit palatum ſuſcitare ——

Idem rurſus alia Satyra, quae inſcripta eſt, ἕως πότε, περὶ ὡρῶν querentem neſcio quem inducit,

Non poſſe Oſtrea ſe Romae praebere, & Echinos.

Lib. 13. Lucilius, *Heis itidem in coena dabis Oſtrea millibu' nummûm Empta* —

Quo autem modo ea condiebantur, Caelius Apitius nepotum om-

nium

nium lautiſſimus in Thalaſſa demõſtrauit; qui etiã quomodo ea diu aſſeruarentur, diligenter excogitauit: nam Traiano apud Parthos longè multorum dierum itinere à mari agenti, Oſtrea recentia miſit. EST MITYLENAE PECTEN] Impreſsi Appuleij codices, & Turnebus habent, *Mus Mitylenae eſt*, ſed nimis deprauatè: nam poſtquàm ſupra dixerat, *Mures ſunt Aeni*, quid opus erat addere, *Mus Mitylenae eſt*? Scaliger vir ſummo ingenio, ſed nimis interdum in Veterum ſcriptis emendandis ſibi fidens, legit,

Mitylus, & Pecten, Charadruſq. apud Ambraciae amneis.

Quae mihi non arridet lectio, quandoquidem Graeca Archeſtrati verba, quae ſuperiùs retulimus, apertè Pectines Mitylenae eſſe declarant. Eoq. magis quam ſcripſimus lectionem, probamus, quò Plinius Mitylenis, laudatiſsimos Pectines eſſe, ait: & Clemens Alexandrinus, & Pollux inter praeſtantiſsima gulae irritamenta κτένας Μυτιληναίους recenſent. Sunt autem κτένας ex genere τῶν ὀστρακοδέρμων: quos Gaza Latinè Pectines, & Pectunculos vertit, ſed non omnino rectè: nam Plinius manifeſtè Pectines à Pectunculis diſcernit. APERQ. APVD AMBR. AMNEIS] In Appuleio hic locus ità foediſſimè coinquinatus legitur, *Caradrum, quae apud Vmbraciae finis*. Scaliger, vt diximus emẽdat. *Charadruſq. apud Ambraciae amnes*: quo nomine nullum hactenus memini piſcem, ſed auem, quam nos Rupicem, ſiue Hiaticolam dicimus, χαράδριον appellari, παρὰ τὸ ἐν ταῖς χαράδραις διατρίβειν. Quod Ariſtophanes in Auibus videtur innuiſſe,

Lib 32 c. 11
Lib 2. Paedag. c. 1.
Lib 6. c. 10.
Lib. 32. cap. 11.

Ὕδωρ ἐφόρουν κάτωθεν ἐς τὸν ἀέρα
Οἱ χαραδριοί, καὶ τἄλλα ποτάμι' ὄρνεα.

Eſt autem haec auis inexplebilis voracitatis, nam ſimulac nimio cibo, potuq. ſe ingurgitauerit, ventrem deijcit, vt ſe rurſus expleat. Quo vitio Hipponax more ſuo quendam carpens, quòd inter coenandum ſurgebat ad aluum exonerandam, vt nouo infercire poſſet onere, μεσηγυδορποχέζην appellauit. Itaq. non Charadrus, ſed Aper legendũ exiſtimo; qui ab Athenaeo, ni fallor, ποτάμιος χοῖρος, & κάπρος dicitur: quẽadmodũ & ab Ariſtotele: qui ait in Acheloo amne vocalẽ habitũ eſſe: cuius verba Plinius ità Latinè eſt interpretatus, *Et is, qui Caper vocatur, in Acheloo amne grunnitum habet*. Sed vetuſti Plinij codices nõ *Caper*, ſed *Aper* habent, quãuis apud Ariſtotelẽ, vt diximus, Graecè κάπρος legatur: qua vocis ſimilitudine multi magni nominis interpretes decepti, ſaepè pro, κάπρος, *Caper* malè tranſtulerunt, vt rectè admonet Paullus Leopardus in II. ſuarũ emendationũ cap. X. Archeſtratus autẽ, à quo id fortaſſe Ennius acceperat, Aprum Ambracium mirũ in modum extollit, admonetq. pari auri pondere eſſe emendũ,

Lib. 4. de Animal. c. 9
Li. 11. c. 51

ἴνταρ

Αὐτὰρ ἐς Ἀμβρακίαν ἐλθὼν εὐδαίμονα χώραν
Τὸν κάπρον γ' ἂν ἴσιδης ὠνοῦ, καὶ μὴ κατάλειπε
Κἂν ἰσόχρυσος ᾖ ——

Lib. 1. Var. Lect. c. 11. Quamuis Hieronymus Mercurialis obſeruet, hoc loco κάπρον non de piſce intelligi, ſed de haedo ex Ambracia, qui teſte Varrone in Satyra περὶ ἐδεσμάτων inter ſummas delicias habebatur. Apros quoque piſces apud Argiuos optimos naſci, ex hoc Philemonis, vt opinor, ſenariolo liquet,

Ἐξ Ἀττικῆς γλαυκίσκον, ἐξ Ἄργους κάπρον.

BRVNDVSII SARGVS] Σάργος eodem nomine à Graecis, Latinisq. appellatur. Lucilius Aegyptium probat,

Quam praeclarus Elops, quem Aegypto Sargu' mouebit.

APRICLVM PISCEM] Otioſa eſt dictio *piſcem*, quae ex alicuius indocti gloſſemate in Appulei contextum irrepſit: legendumq. hunc locum cenſeo,

Sume, aſt Apriculum ſcito primum eſſe Tarenti.

Hunc καπρίσκον Graeci appellant. Saluianus in Aquatilium hiſtoria, καπρίσκον, & κάπρον eundem eſſe affirmat: cuius opinioni non omnino aſſentimur, cùm Ennius diuerſam ſanè Apri, & Apriculi mentionem fecerit; alterumq. Ambraciae, alterum verò Tarenti naſci dicat.

SVRRENTI FAC EMAS GLAVCVM, ET CVMAS APVD] Vulgata Appuleij exemplaria, habent *Surrenti Aelopem fac emas, Glaucum apud Cumas quid*, Scaliger verò fecit,

Surrentei Lopadas, Glaucum Cumas apud: atquid?

Praetermiſit ea verba, *fac emas*, quae & in Appuleio perſpicuè leguntur, & Archeſtrato ſunt valde familiaria. Sic enim de Apro, vt ſupra retulimus, dixit,

Τὸν Κάπρον γ' ἂν ἴσιδης ὠνοῦ ——

De Mugile, vt ex Aegina ematur,

Κεστρέα δ' Αἰγίνης ἐξ Ἀμφιρύτης ἀγόραζε.

Idem de Murenarum praeſtantia loquens, quae intrà Siculi freti auguſtias capiuntur,

Ἰταλίας δὲ μεταξὺ κατὰ στενοκύμονα πορθμὸν,
Ἡ πλωτὴ μύραινα καλουμένη ἄν ποτε ληφθῇ.
Ὠνοῦ. τοῦτο γάρ ἐστιν ἐκεῖ θαυμαστὸν ἔδεσμα.

Item de Sue, quem in Ponto, & Aeni piſcantur.

Ἐν δ' Αἴνῳ καὶ τῷ Πόντῳ τὴν ὗν ἀγόραζε.

Li. 32. c. 11 Sed in Appuleio corruptè omnino legitur, *Surrenti Elopem*. Plinius enim Ouidij auctoritate aſſerit Elopem noſtris vndis eſſe incognitū.
Lib. 5 c. 10. Vnde Quinctilianus, *Et piſcium quoque genera*, inquit, *alia planis gaudent, alia ſaxoſis, regionibus quoque, littoribusq. diſcreta ſunt: nec Elopē noſtro*

noſtro mari, aut Scarum ducas. Columella, *Atque vt littorum, ſic & fretorum differentias noſſe oportet, ne nos alienigeni piſces decipiant: nō enim omni mari poteſt omnis eſſe, vt Elops, qui Pamphilio profundo, nec alio paſcitur.* Confirmat Aelianus libro VIII. περὶ ζώων ἰδιότητος, Elopē in profundo Pamphilio eſſe, indeq. tamen vix, & admodùm rarò capi. Ex quo apparet falli Appionem Grammaticum, qui Elopem eundē cum Accipenſere eſſe exiſtimauit. Ouidij locus ex Halieutici fragmento notus eſt, Lib. 8. c. 16.

Et pretioſus Elops, noſtris incognitus † oris. † undis.

Videtur Ouidius adiunctum illud pretioſum, expreſiſſe ex Epicharmo, qui in Muſis, Elopem πολυτίματον dixit: qui ſi noſtris oris incognitus eſt, quomodo vt Surrenti ematur ſuadet? Elopi autem Rhodio à Scriptoribus palma tribuitur, ab Archeſtrato verò Syracuſano, ſic enim ait, Τὸν δ' ἔλοπ' ἔσθε μάλιστα Συρακούσαις ἐνὶ κλειναῖς

Τόν γε κρατιστεύοντ'. οὗτος γὰρ ἂν ἐστὶν ἐκεῖθεν
Τῆς ἀρχῆς γεγονὼς, κἂν ἢ περὶ νήσους,
Ἢ περὶ τὴν ἄλλην που ἁλῶ γῆν, ἢ περὶ Κρήτην
Λεπτὸς καὶ στερεὸς, καὶ κυματοπλὴξ ἀφικνεῖται.

Quare doctè Scaliger pro, *Elopem*, repoſuit, *Lopades*: quae marinae cōchae ſunt, guſtu ſuauiſſimae: de quibus Plautus Paraſito Medico,

Adducite Lopades, Echinos, Oſtreas.

De Glauco piſce, ità à colore vt tradit Euſtathius, appellato, plura ab Ariſtotele Oppiano, Plinio, Athenaeo, Bellonio, alijſq. dicta ſunt. Sed qui Athenis naſcuntur, videntur ex Senario, quem ſupra retulimus, in pretio fuiſſe. — CVMAS APVD] Lucretius, Lib 6.

Is lacus eſt Cumas apud ——

— AT QVID SCARVM PRAETERII CEREBRVM IOVIS] Scarum, quoniam omnium piſcium ſuauiſſimus habetur, Lib 9. c. 17.
vt tradit Plinius, Athenaeus, Galenus, Euſtathius, & alij, meritò & l. 32. c. 9.
Poëta *Iouis cerebrum* appellauit, Veteres enim Ioui delicatiſſima ſua- Lib. 7.
uiſſimaq. edulia tribuerunt. Vnde optimum caſeum, Iouis lac, dixit Euripides apud Athenaeum, Li. 14. c. 30

Καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ καὶ Διὸς γάλα.

Et Perſae, Clearchi teſtimonio opiparas epulas, Διὸς, καὶ βασιλέως ἐγκέφαλος dicebant: quas Ephippus in Ephebis, inter ſecundae menſae bellaria enumerat. Addunt inſuper gulae nimiùm indulgentes Scarum, niſi cum ſuis fecibus edatur, inſipidum eſſe. Quo dicto moneri puto, nihil prorſus ex eo piſce reijciendum. Quare Epicharmus in Hebes nuptijs ſcripſit, Ne dijs quidem licere Scari feces proijcere: quas magnopere in hoc diſticho extollit. Martialis,

Hic Scarus aequoreis qui venit obeſus ab vndis,

Viſceri-

Viſceribus bonus eſt, caetera vile ſapit.

Sed ideò fortaſſe Siculus Epicharmus magnopere Scarum commendabat, quòd in Siculo freto praeſtantiſſimi capiantur. Vnde Arbiter,

Ingenioſa gula eſt, Siculo Scarus aequore merſus
Ad menſam viuus producitur ——

Hunc piſcem Italicis littoribus prorſus ignotũ Octauius praefectus claſſis primus nauibus aduexit, eumq́. inter Hoſtiam, & Campaniae littus, tanquàm in terra fruges diſſeminauit. Indeque Scari praeſtantiam oriri arbitror, quòd ſolus è piſcibus ruminet, ſolusq́. vt à Seleuco Tharſienſi proditum eſt, dormiet. Eleuſi pulcherrimos quoque Scaros eſſe, Lynceus Samius ſcribit, & Epheſi Archeſtratus. NESTORIS AD PATRIAM] Pilon Achaiae vrbem περιφραστικῶς intelligit. MELANVRVM] Anapaeſtus pro dactylo. Ouidius Halieutico,

Quin laude inſignis caudae Melanurus ——

Et ibidem, —— *cauda Melanurus acuta.*

Quo nomine Graeci à caudae nigredine appellarunt: eamq́. denominationem Latini vt propriam retinuerunt. Gaza apud Ariſtotelem
Lib. 32. cap. ult. vulgarẽ ſequutus morem, Oculatam vertit, quae paſſim hodie Occhiata dicitur; licet Plinius in piſcium Catalogo Oculatam à Melanuro diſtinguere videatur. Alciatus in Plautino lexico Oculatam eſ-
In Cap Lib. 14 Aduer. cap. 18. ſe ait, quam Plautus Ophthalmiam appellauit. Turnebus autẽ vult, Plautum eo modo Ophthalmiam carnem oculis vicinam, oculosq́. intellexiſſe, quo Lucilius Cephalaeam carnem capitis, cùm ait,

—— *abdomina Thynni*
Aduenientibus priua dabo, carnem, & Cephalaeam.

TVRDVM, MERVLAMQ.] Hanc Graeci vt marem κόσσυφον, illum verò vt foeminam κίχλην vocant. Numenius in Piſcatorio.
— ἠὲ μελάγχρουν Κόσσυφον, ἢ κίχλας ἁλιειδέας. Quare aliqui exiſtimauerũt Turdum eſſe foeminam, & Merulae nubere. Sunt etiam, qui & ſexu, & ſpecie differre contendant: vtrunq́. tamen in ſaxatilium genere re-
Lib. 8. hiſt. Ani. c. 15. Lib 8 c 16. lib 9 c. 15. Lib. 1. cenſent Ariſtoteles, Columella, Plinius, Oppianus, Philotimus, Diphilus, & Diocles in primo libro ὑγιεινῶν. Quapropter & boni ſucci, atque concoctu faciles, vt reliqui ſaxatiles exiſtimantur. — VMBRAMQ. MARINAM] Haec à Graecis communi vocabulo Σκίαινα dicitur; à Numenio verò in loco ſupramemorato Σκιαδεὺς, &
Lib. 32 c. 11 ab Epicharmo in Nuptijs Hebes Σκιαθί. Plinius Graecũ nomen retinens Sciaenam vocauit. Reliqui verò Latini Graecam nominis ſigni-
Lib. 4. de ling Lat. ficationem exprimentes, à colore, vt ait Varro, Vmbram dixerunt: quod ipſum confirmat Ouidius cùm ait,

—— *tum corporis Vmbrae Liuentis* ——

Nos

Nos horum imitatione patrio ſermone *Ombrinam* appellamus: cuius caput ſummo precio habetur, & inter delicatiores epulas numeratur. —POLYPV CORCYRAE] Polypum veteres Graeci, à quibus Latini idem nomen acceperunt, à pedum multitudine appellarunt. Recentiores verò pedum numerum exprimentes, ὀκτάποδα dixerunt. Itali antiquam Graecam, & Latinam vocem ſeruantes, *Polpo*, per ſyncopen nominant. Hic autem locus ex Archeſtrato videtur deſumptus, qui in Caria, & Thaſo ait, optimos eſſe Polypos, Corcyram verò plures, ac magnos alere,

Πόλυποι ἔντε Θάσῳ, καὶ Καρίᾳ εἰσὶν ἄριστοι,

Καὶ Κέρκυρα τρέφει πολλοὺς, μεγάλους τε τὸ πλῆθος.

—CALVARIA PINGVIA] Intelligit fortaſſe ſalſaméta, quae ex Thynni capite fiebant. Verùm potius legendum cenſeo, —*Caluaria pinguis*. Eſt enim procul dubio Caluaria piſcis nomen, vt ex Appuleio liquet; qui in I. Apologia ait, *Memento tamen tam ridiculum argumentum fore, deſiderata ad res Venereas marina obſcoena, quàm ſi dicas marinum Pectinem comendo capillo quaeſitum, vel aucupandis volantibus, piſcem Accipitrem, aut venandis Apris, piſcem Apriculum, vel eliciendis mortuis, marinam Caluariam*. Quae forſitan piſcis ille eſt, qui ſiue quòd totus capite conſtet, ſiue ab orbiculari figura Orbis appellatur: qua de cauſſa malè in vulgatis Plinij codicibus *Orchis*, pro, *Orbis* habetur: quemadmodum etiam Iſidori auctoritate comprobatur. Aliqui pro, *Caluaria pinguia*, legunt, *Cephalaeaq. pinguia*. ATARNAE] Atarna auctore Stephano ciuitas eſt inter Myſiam, & Lydiam propè Lesbum. Sunt qui legant, *Acarnae*, quae Magneſiae eſt oppidum. Aliqui verò eandem lectionem approbantes, *Acarne* hic non loci, ſed piſcis nomen eſſe exiſtimant: cuius mentio eſt apud Plinium lib. XXXII. cap. XI. Et ni fallor idem ab Heſychio ἀχάρνα dicitur, & ἄχαρνος à Callia in Cyclopibus: qui piſcis ad Pagri, vel Erythrini ſimilitudinem accedit, oculis magnis, & ſquamis argenteum colorem referentibus. PVRPVRA] Πορφύρα. Eſt è genere turbinatorum, cuius celebre nomen eſt ob liquorem, quem lanis inficiendis idoneũ habet. Lucilius Pelori purpuras laudauit, (Lib. 32. cap. 2. Lib. 12. Orig. c. 6. Lib. 3. Satyr.)

Oſtrea nulla fuit, non purpura nulla Pelori.

—MVRICVLEI] Muriculi, qui & Muſculi à Muribus dicuntur, inter teſtacea numerantur. Malè autem in Appuleio *Matriculi*, habetur. —MVRES] Lego *Murex*, ne tam ſaepè eiuſdem piſcis nomen repetatur. Differt ſanè à Purpura Murex, cuius etiam ſanguine lanae purpureo colore fucantur. —DVLCES QVOQVE ECHINEI] Athenaeus etiam Echinos γλυκεῖς eſſe ait: qui, vt Grammatici tradunt, ità appellati ſunt, ἀπὸ τοῦ μὴ δύνασθαι ἔχεσθαι διὰ τὰς ἀκάνθας: quod (Lib 3. c. 7.)

ſcilicet ob aculeos teneri non poſsint. Poſt haec caetera quoque exquiſitorum piſcium genera fortaſſe numerabantur: quae ab heluonibus toto mari ſummis ſumptibus diligentiſsimè perquirebantur: vt Macandri Anguillae, Macedoniae, Rhegij, & Boeotiae; Scyathi Mugiles; Pelori Conchae; Maenae, quae in Lipara capiuntur; Pſettae Atticae; Thynnus Tyrius, Samius, & Byzantius; Muli Ionici; Hippurus Caryſtius; Auratae Epheſiae, & Tarentinae, Paſſeres Chalcidienſes, & Eleuſini; Vulpes Rhodiae; Myli, qui ex Pōto deferūtur; Aphiae Phalericae, licet Chryſippus in libro περὶ τῶν δι' αὑτὰ αἱρετῶν Atticas probet, & Rhodias Lynceus Samius in quadam ad Diagoram epiſtola. Laudabantur etiam, vt opinor, Muraenae ex Porthmo Eubaeae ciuitate, Tarteſiae, & Siculae; de quibus Martialis, (Lib. 13.)

Quae natat in Siculo grandis Muraena profundo.

(Satyr. 5.) Iuuenal. *Vironi Muraena datur, quae maxima venit*
Gurgite de Siculo ——

Praetereà Lupi Mileſij, quos ideò Archeſtratus θεοπαῖδας cognominauit, quia, vt Hiceſius ait, palato gratiſsimi ſunt, vt vel principem obtineant locum. Illi etiam ſumma in exiſtimatione habentur, qui Romae in Tiberi, & praeſertim inter duos pontes capiuntur: quorum C. Titius in Oratione, qua legem Fanniam ſuaſit, Lucilius, & Horatius meminerunt. Attius noſter Syncerus Rhombos Sinueſſanos probat, Plinius Rauennates, Ouidius Hadriacos, vbi ait, (Lib. 16. Satyr. Ser. lib. 2. Satyr. 2. Lib. 9. c. 54 In Halieut.)

—— *& Hadriaco mirandos litore Rhombos.*

Q. ENNII EPIGRAMMATVM RELIQVIAE.

EIVSDEM EPITAPHIVM AB IPSOMET CONDITVM.

(Cic. lib. 1. Tuſ.) ADſpicite ō Ceiueis ſenis Ennij imagini' † formā † vrnam
Heic † voſtrūm panxit maxuma facta patrū. † veſtrū. pinxit.
(Idem. ibid. & de ſeneſt.) Nemo me lacrumeis decoret, nec funera fletu
Facſit. † quur? volito viuo' per ora virūm. † quom.

HIERO-

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

ADSPICITE O CEIVEIS] Poëta cùm iam longius aetate prouectus eum diem, qui ſemel mortalibus obeũdus eſt omnibus, non longè abeſſe cognoſceret, hoc ipſemet de ſe elogium, tanquàm ſui funeris cantator Cygnus ſuauiſsimè modulatus eſt. — SENIS ENNII IMAGINI' FORMAM] Hinc etiam comprobari poteſt in Ennij ſepulchro eius ſtatuam fuiſſe erectam. HEIC VOSTRVM PANXIT MAXVMA FACTA PATRVM] Glorioſas ſcilicet Romanorum res geſtas, quas in Annalium libris explicauit. Sunt qui pro, *maxuma,* legant, *fortia:* vnde fortaſſe Virgilianum illud, *Fortia facta* patrum — NEMO ME LACRVMEIS DECORET] Suos prohibet, ne ſe in funere lacrimis proſequantur, cùm praeclariſsimis ſuis lucubrationibus immortalitatis memoriam ſit conſequutus: viuusq. omnibus ſaeculis per doctorum ora ſit volitaturus. Quare Cicero de ſpe immortalitatis ait, *Sed neſcio quomodo inhaeret in mentibus, quaſi ſaeculorum quoddam augurium futurum: idque in maximis ingenijs, altiſſimisq. animis, & exiſtit maximè, & apparet facillimè. Quo quidem dempto, quis tam eſſet amens, qui ſemper in laboribus, & periculis viueret? Loquor de principibus. Quid Poëtae? nonne poſt mortem nobilitari volunt? Vnde ergo illud, Adſpicite ô Ceiueis,* & caet. Et mox, *Mercedem gloriae flagitat ab his, quorum partes affecerat gloria.* Et alibi relato eo verſu, *Nemo me lacrumeis decoret,* & caet. ſubdit, *Non cenſet lugendam eſſe mortem, quam immortalitas conſequatur.* In quo loco, & alio etiam apertius Ennianam ſententiã Solonis dicto praetulit: qui his verbis negat, velle ſe ſuam mortem dolore amicorum, lamentisq. vacare, Li. 1. Aen. Lib. 1. Tuſ. De Seneƈt. Lib. 1. Tuſ.

> Μὴ δέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
> Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα, καὶ στοναχάς.

Quae ſic vertit Cicero, Lib. 1. Tuſ.

> *Mors mea ne careat lacrimis: linquamus amicis*
> *Moerorem, vt celebrent funera cum gemitu.*

— NEC FVNERA FLETV] Expreſsit hanc eandem ſententiam Horatius in II. Carm. Ode 10.

> *Abſint inani funere neniae, Luctusq. turpes, & querimoniae.*
> *Compeſce clamorem, ac ſepulcri Mitte ſuperuacuos honores.*

FACXIT] Veteres eodem modo vicxit, iuncxit, & ſimilia ſcripſerunt. — QVVR' VOLITO VIVO' PER ORA VIRVM] Virgilius, — *victorq. virûm volitare per ora.* Li. 3. Geor.

Lib. 12. Et rurſus, —— *viuusq́. per ora feretur.*
Beroaldus verò minimè animaduertens, quãtùm huic carmini dictio illa, *viuus*, & venuſtatis, & dignitatis addat, vt vitaret s litterae extritionem, legit, —— *volito docta per ora virûm.*
Quo epitheto quamuis Palladius Ciceronis epitaphium clauſerit, nihilominus dictionem illam *viuus*, tanquàm inſcriptionis animam, non praetermiſit. Ita enim ait,

At, ne quid Fortuna viro nocuiſſe putetur,
Viuus in aeternum docta per ora volat.

P. SCIPIONIS AFRICANI TVMVLVS.

Sen. lib. 19 Epiſt. HEic eſt ille ſitus, quoi nemo ceiuei', neque hoſtis
Quibit pro facteis reddere operae pretium.

EXPLICATIO.

HEIC EST ILLE SITVS] Haec Ennium de Africano dixiſſe teſtatur hoc modo Cicero in II de legibus, *Declarat etenim Ennius de Africano, Heic eſt ille ſitus, verè: nam ſiti dicuntur ij, qui conditi ſunt: nec tamen eorum antè ſepulchrum eſt, quàm iuſta facta, & corpus incenſum eſt.* Haec eadem paenè Ennij verba in Annibalis, Scipionis aemuli tumulo, vt ab Auctore de viris illuſtribus proditum (Cap. 42.) eſt, inſculpta erant: qui de Annibale loquens, ait, *Poſitus eſt apud Libyſſam in arca lapidea, in qua hodie quoq́. inſcriptũ eſt*, ANNIBAL HIC SITVS EST. Qui loquendi modus Antiquis frequenti admodùm in vſu fuit. Lucilius,

Seruus neque infid us domino, neque inutilis cuiquam
Lucilius Columella heic ſitus eſt ——

Lib. 19. Epiſt. Caeterùm in Seneca, vbi reliqua huius tumuli verba leguntur, prior verſus hoc modo ἀκέφαλος habetur, *Deinde Ennianos colligit verſus, & inprimis illos de Africano ſcriptos, cui nemo ciuis, neque hoſtis, qui vult pro factis reddere operae pretium.* Qui locus ità, vt ſcripſimus, eſt emendandus: & optimè quidem quiſquis ille fuerit, decurtato huic carmini quatuor illa à Cicerone relata verba praepoſuit, vt illud propriae integritati reſtitueret. — QVOI NEMO] Amplificat Scipionis laudem à meritorũ magnitudine. — NEQVE HOSTIS] Nam etiã hoſtibus virtus eſt admirabilis. — OPERAE PRETIVM]

Budaeus referens hunc Liuij locum, *Tempus eſt, opulenta nos, ac ditia ſtipendia facere, & magna operae pretia mereri*, interpretatur, *magna operae pretia*, magna praemia militiae. Caeterùm, ne hic verſus redũdet ſyllaba, extrema verba per ſyncopen legenda ſunt, *operpretium*, uel *opraepretium*. In Annot. Pandect. Lib. 21.

DE EODEM.

A Sole exoriente ſupra Maeoti' paludes
Nem' eſt, quei facteis me aequiparare queat.
Si fas caedendo caeleſtia ſcandere quoiquam eſt:
Mi ſolei caelei maxuma porta patet.

Cic. lib. 5. Tuſ. Lact. lib. 1. Diuin. inſt. cap. 58. Sen. lib. 19 Epiſt.

EXPLICATIO.

A SOLE EXORIENTE] Inducit Poëta in hoc epigrammate, vt ex V. Ciceronis Tuſculana cognoſcere licet, Scipionẽ de immortalibus ſuis geſtis, victorijsq́. gloriantem. Ita enim ait, *Et eſt in aliqua vita praedicabile aliquid, & gloriandum, ac praeſeferendum: vt Epaminondas*,

Conſilijs noſtris laus eſt attonſa Laconum.

Vt Africanus, A Sole exoriente, & caet. Videntur hi verſus ad illorum aemulationem elucubrati, qui apud Ariſtidem ex quodam Poëta in Cimonis laudem habentur in Oratione De Paraphthegmate, & in illa pro Quatuor viris,

Οὐδείπω κάλλιον ἐπιχθονίων γένετ' ἀνδρῶν
Ἔργον ἐν ἠπείρῳ καὶ κατὰ πόντον ὁμοῦ.

Nullus adhuc tantum pariter terraq́. mariq́.
Edere mortalis vir facinus potuit.

— MAEOTI' PALVDES] Ita meliora Ciceronis exemplaria habent; aliqua verò *Meotidas paludes*. Ex quibus deprauatae lectionis veſtigijs conijcio legendum eſſe, *Maeotidi'*, vel *Maeotido' pludes*, pro, *paludes*. Saepè enim Veteres breues ſyllabas quaſi pronunciando obſorbebant, vt *faeſtra*, *ſnex*, pro, *feneſtra*, & *ſenex*; & ità Horatium feciſſe arbitror, *ſterilis ve diu plus*, pro, *palus*, ne ſyllabae modulum vitiaret. Dionyſius Afer — Μαιώτιδος ὕδατα λίμνης. Eſt haec palus in Scythia in Euxinum influens: de qua Herodotus in Melpomene, Euſtathius in Dionyſij commentarijs, alijq́. complures. Affert etiã primum huius epigrammatis carmen Mamertinus in Genethliaco Maximiano In Poët.

ximiano

ximiano Auguſto dicto: cuius verba, quoniam aliquid conferre videntur ad huius loci intelligentiam adſcribam. *Etenim*, inquit, *quod ait ille Romani carminis primus Auctor, A Sole exoriente vſque ad Maeotidas paludes, id nunc longius, longiusq. protendere licet, ſi quis hoſtilem in mutuas clades veſaniam toto orbe percenſeat. Etenim ab ipſo Solis ortu non modò haec citra Maeotin ſub extrema Septentrionis plaga, quà feruidum caput Danubius euoluit, quaq. horridus ſecat Albis Germaniam, ſed etiam ſub ipſo lucis occaſu, quà Tingitanum litus Calpetano monti obuium latus in mediterraneos ſinus admittit Oceanum*. Videtur autem Ennius vnico hoc verſu, non vt caeteri Poëtae ab Oriente ad Occidentem, ſiue à Septentrione ad Auſtrum vniuerſum orbis ambitum eſſe complexus: ſed diuerſo ſanè loquendi modo pro Sole exoriente Matutinam, & Auſtralem plagam, pro Maeotide palude Septentriones, & Veſpertinas caeli partes ſignificaſſe. NEM' EST QVEI FACTEIS ME AEQVIPARARE QVEAT] Aliqui legunt, me exuperare queat. Simili elocutione Attius, vt opinor, hoc trochaico vſus eſt, *Queis homo te exuperauit vnquàm gentium impudentia?*

SI FAS CAEDENDO CAELESTIA SCANDERE] Cõditionem appoſuit: nam ijs, qui humano cruore manus commaculauerint, non modò caeli non patet aditus, ſed tanquàm profanis ne ſacra quidẽ attrectare licet. Quare Virgilius Platonis in Phaedone auctoritatem ſequutus, Aeneam ſic facit Troianorum Penates attingere renuentem,

Li. 2. Aen.

Me tanto è bello digreſſum, & caede recenti

Attrectare nefas —— Sed Lactantium, quomodo Ennium ſubſannet, audiamus: qui videtur hoc loco *ſi*, non conditionaliter, vt vt ita dicam, ſed aſſertiuè accepiſſe. *Ille autem*, inquit, *qui infinita hominum millia trucidauerit, cruore campos inundauerit, flumina infecerit, non modò in templum, ſed etiam in caelum admittitur. Apud Ennium ſic loquitur Africanus,*

Si fas caedendo caeleſtia ſcandere cuiquam eſt:

Mî ſoli caeli maxima porta patet.

Scilicet quia magnam partem generis humani extinxit, ac perdidit. O quãtis in tenebris Africane verſatus es: vel potius ô Poëta, qui per caedes, & ſanguinem patere hominibus in caelum adſcenſum putaueris. Senecae exẽplaria paſsim habent,

Si fas eſt plagas Caeleſtum ſcandere cuiquam.

In quibuſdam verò antiquioribus legebatur,

Ni, vel, Si faciendo plagas caeleſtum ſcandere cuiquam.

Lib. 1. Aduer. cap. 11

Ex cuius ſcripturae notis Ferdinandus Pincianus admonet Lactantij lectionẽ eſſe ſequendam. Caeterùm ex ijſdem Petrus Pithoeus conijcit

olim

olim ſcripſiſſe Ennium, & ita apud Lactantium hunc verſum eſſe emẽdandum, *Si fas endo plagas Caeleſtum aſcendere cuiquam.*
Deinde, vt ſuam ſententiam confirmaret, addit, *Si enim ita ſcripſiſſet Ennius. Si fas caedendo, non debuit, nec verò potuit tam acriter reprehendi: quandoquidem conditionem adiecit hanc, Si fas, quae potuit non vera eſſe. At ſi ità, vt dixi, verſus hic reponatur, reprehendi iure potuit.* Mihi verò vt Lactantij lectio magis placet: ita minus eius interpretatio: nam iure Ennius defendi poſſe videtur: qui Scipionem non de caedibus, vrbiumq. direptionibus, & incendijs, ſed de eius animi magnitudine, rebusq. ob patriam tutandam, conſeruandam, augendam praeclariſſimè geſtis gloriantem inducit: quae quoniam minus incruentè perfici poterant, iccirco ſubuereri videtur illis verbis, *Si fas caedendo*, ne ſibi in caelum aditus praecluderetur: cùm aliàs meritò patere ſibi deberet ob egregias virtutes, & ſumma erga Rempub. merita. MI SOLEI CAELEI] Húc reſpexit Seneca, vbi de eodem Africano loquens, ait, *Animam quidem eius in caelum, ex quo erat, rediiſſe perſuadeo mihi: non quia magnos exercitus duxit (hoc enim & Cambyſes furioſus, ac furore feliciter vſus habuit) ſed ob egregiam eius moderationem, pietatemq. magis in illo admirabilem cùm reliquit patriam, quàm cùm defendit.* Et Cicero in Som. Scip. ſub minoris Scip. perſona, *Ego verò inquã ô Africane, ſi quidem benè meritis de patria, quaſi limen ad caeli aditũ patet, quanquam à pueritia veſtigijs ingreſſus & patris, & tuis, decori veſtro non defui: nunc tamen tanto praemio propoſito enitar multo vigilantius.* *Mî* verò vel à Graeco μοὶ originem habet, vel à Latino mihi per ſyneresin ſublata aſpiratione. — CAELEI MAXVMA PORTA PATET] Homerus πύλας οὐρανοῦ Cicero in III de Repub. *Eſt verò, inquit, Africane: nam & Herculi eadem ipſa porta patuit.* Silius,

Lib. 13. Epiſt.

Iliad. 8.

Lib. 15.

At queis aetherei ſeruatur ſeminis ortus
Caeli porta patet ——

EIVSDEM XII SELECTORVM DEORVM NOMINA.

IVno, Veſta, Ceres, Deiana, Menerua, Venus, Mars,
Mercurius, Ioui', Neptunus, Volcanus, Apollo.

Appul. de Daem. Socr
Mart. Capella de Nupt. Philolog.

EXPLICATIO.

NOn eſt hoc loco Poëtae artificium ſilentio praetereundum, qui praeterquàm quod XII Deorum nomina nullis coniunctionũ

vinculis

vinculis colligata, duobus verſibus explicauit, & Deas à Dijs ſegregauit, Venerem cum Marte coniunxit, vt eorum congreſſum quodammodò ſignificaret. Refertur hoc diſtichon non modò ab Appuleio in libro de Daemone Socratis, verùm etiam à Marciano Capella in Nuptijs Philologiae: cuius verba ſunt, *Tunc etiam, vt inter alios potiſſimi rogarentur ipſi collegae Iouis, qui biſſeni ab eodem Tonante numerantur; quosq. diſtichum complectitur Ennianum, Iuno, Veſta, Ceres*, & caet. Apollonij Scholiaſtes in II lib. Argonaut. hos eoſdem XII Deos huiuſmodi ordine memorauit, Ζεὺς, Ἥρα, Ποσειδῶν, Δημήτηρ, Ἑρμῆς, Ἥφαιστος, Ἀπόλλων, Ἄρτεμις, Ἑστία, Ἄρης, Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ. Ad quos reſpexit Cleon eo iuſiurando in Ariſtophanis Equitib.

Οὔτοι μὰ τοὺς δώδεκα θεοὺς χαιρήσετον,

Et Auctor illius epigrammatis in Auguſtum de ſecretiori illius coena, quae vulgò δωδεκάθεος vocabatur,

Cùm primùm iſtorum conduxit menſa Choragum
Sexq. Deos vidit Mallia, ſexq. Deas.

Praetereà Plautinus Epidicus,

Si vndecim Deos praeter ſeſe ſecum adducat Iuppiter.

Et in fine eiuſdem fabulae,

Duodecim Deis pluſquàm in caelo eſt Deorum immortalium
Mihi nunc auxilio adiutores ſunt, & mecum militant.

Lib. 6. Ouidius in maiore opere,

Biſſex caeleſtes medio Ioue ſedibus altis
Auguſta grauitate ſedet ——

Hos antiquitas *Conſentes Deos* appellauit, quoniam in Iouis cõſilium, vt tradit D. Auguſtinus adhiberi putabantur: vel vt alij exiſtimant, quaſi Cõſentientes: de quibus Arnobius, vbi de Penatibus loquitur, ait, *Varro, qui ſunt introrſus, atque in intimis penetralibus caeli Deos cẽſet, quos loquimur, nec eorum numerum, nec nomina ſciri. Hos Conſentes, & Complices Etruſci aiunt, & nominant, quòd vnà oriantur, & occidant vnà, ſex mares, & totidem feminas nominibus ignotis, & ijs nationis barbariſſimae: ſed eos ſummi Iouis conſiliarios, ac principes exiſtimari.* Meminit Seneca in II Quaeſt. naturalium XII Deorum. quos Iuppiter in conſilium aduocat ex antiqua Etruſcorum diſciplina. Hos alij Deos maiorum gentium, alij Deos vrbanos vocarunt, quorum imagines ad forum auratae ſtabant: & horum vnumquemque ſibi Romani perſuaſerunt, vt ex vetuſtiſſimo eorum Kalendario intelligi poteſt, proprij menſis praeeſſe tutelae, Iunonem videlicet Ianuario, Neptunum Februario, Mineruam Martio, Aprili Venerem, Maio Apollinem, Mercurium Iunio, Iulio Iouem, Auguſto Cererem, Septembri Vulcanum, Octobri Martem, Dianam Nouembri, Decẽbri

Lib. 4. de Ciuit. Dei.
Lib. 3.
Cap. 41.

Veſtam

Veſtam: quam ſuperſtitionem Romanos à Chaldaeis, & Aegyptijs accepiſſe, Pōponius Laetus auctor eſt. At Manilius inſignis poeta, coſdem XII. Deos XII. caeleſtibus ſignis praeeſſe, affirmat, Lib. 2.

Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
Formoſos Phoebus Geminos, Cyllenius Cancrum;
Iuppiter & cum matre Deûm regit ipſe Leonem,
Spiciferae eſt Virgo Cereris, fabricataq. Libra
Vulcano: pugnax Mauorti Scorpius haeret.
Venantem Diana virum, ſed partis equinae:
Aſt anguſta fouet Capricorni ſidera Veſta.
Vt Iouis aduerſum, Iunonis Aquarius aſtrum eſt:
Agnoſcitq. ſuos Neptunus in aequore Piſces.

Quae extrema verba itá in omnibus, quae hactenus vidi, antiquis Manilij exemplaribus habētur, ac etiam in eo, quod nuper Scaligeri viri diligentiſsimi induſtria emendatum prodijt, ſed malè opinor, nam omninò legenda ſunt, *in aethere piſces*. Caeterùm, vt eodem reuertar, tanta etiam Graeci eoſdem Deos veneratione coluerunt, quòd cùm Neoptolemus Tragoediarum hiſtrio à quopiā interrogaretur, quidnam ab Aeſchylo, aut Sophocle, aut Euripide dictum admiraretur, Nihil quidem horum, inquit, ſed quod ipſemet vidi, Philippum ſcilicet Cleopatrae filiae ſuae nuptias magnificè in ſcena maiore celebrantem: cumq. decimus tertius Deus eſſet appellatus, poſtridie in theatro iugulatus, ac proiectus fuit. MENERVA] Ità Veteres pro, *Minerua* dixerunt, ſicut etiam *Leber*, pro, *Liber*. MERCVRIVS] Hunc & *Mircinum* Antiqui appellarunt, quòd mirandarum rerum eſſet auctor, vt ex Varrone tradit Velius.

Q. ENNII FRAGMENTA EX SCIPIONE.

† ſilētia. MVndus caeli vaſtus conſtitit † ſilentio, (dit. Macrob. lib. 6. cap. 2
Et Neptunus ſaeuus vndeis aſpereis pausā de-
† ter vel quater. Sol equeis † iter repreſſit vnguleis volantibus.
† Conſiſtère. † Conſtitère amneis perenneis, arbores vento vacāt.

Quei propter Annibalis copias conſiderant. Agel. lib. 14. cap. 7.

* Scipio inuicte — Cic. Oratore.

LL * Deſine

Idem lib. 3 de Orat. & lib. 2 de Fin.

* Deſine Roma tuos hoſteis —

* Nanque tibei monumenta mei peperêre labores;

Idem ibid.

* Teſteis ſunt campei magnei —

Idem lib 3 de Orat. Macro. lib. 6. cap. 2.

Sparſeis haſteis lõgeis campus ſplendet, & horret.

Trebel. Pollio in Claud.

* Quantam ſtatuam faciet populus Romanus,

* Quantam columnã, quae res tuas geſtas loquatur.

EXPLICATIO.

IN hoc poëmate, ex quo perpauca haec, nec certa omninò ad nos peruenerunt, totum ſe Ennium in Scipionis laudibus celebrãdis occupaſſe, ex inſcriptione perſpicuum eſt. Nec modò ex huiuſmodi poëmate, qui laudabatur, ingentem, & ſempiternam conſequutus eſt gloriam, verumetiam is, qui illum ſuis carminibus illuſtrauit. Quã ob rem Ennius non ſolùm quòd Scipionis rerum geſtarum memoriã poſteris propagauit, immortali laude dignus eſt exiſtimandus, ſed etiam ob ſingularem eius modeſtiam, cùm ſe ſuis viribus imparem materiam ſuſcepiſſe fateatur. Nam, vt ait Aelianus, dum Scipionis res geſtas canit, virumq. illum ſummis laudibus extollere nititur, ſolum Homerum iudicauit Scipionem pro dignitate laudare poſſe. Ex quo eum perſpicere licet magnum Poëtae ingenium, & verſuum maieſtatem, & admirabilitatem ſuſpexiſſe. Qua propter rectè quidem Poëta Meſſapius ex ampliſſimis Achillis laudibus cognouerat, quantùm Homerus in laudando, & virorum gloriam exaggerando, ac in caelum efferẽdo valuerit. Aeliani autem verba apud Suidam hoc modo habentur. Ἔννιος Ῥωμαῖος ποιητής, ὃν Αἰλιανὸς ἐπαινεῖν ἄξιον φησί. Σκιπίωνα γὰρ ᾄδων, καὶ ἐπὶ μέγα ἐξᾶραι τὸν ἄνδρα βουλόμενος, φησὶ μόνον ἂν Ὅμηρον ἐπαναξίους ἐπαίνους εἰπεῖν Σκιπίωνος. δῆλον δὲ ὡς ἐτεθήπει τοῦ ποιητοῦ τὴν μεγαλόνοιαν, καὶ τῶν μέτρων τὸ μεγαλεῖον, καὶ ἀξιάγαστον; καὶ ὡς ἐπαινέσαι δεινὸς Ὅμηρός ἐστι, καὶ κλέος ἀνδρῶν πυργῶσαι, τὲ καὶ ἆραι ἐξ ὧν ἐπῄνεσε τὸν Ἀχιλλέα καλῶς ἠπίστατο ὁ ποιητὴς ὁ Μεσσάπιος. Ad hanc Ennij modeſtiam videtur immodeſtè reſpexiſſe Valerius Max. qui de Scipione ait, *Vir Homerico quàm rudi, & impolito Ennij praeconio dignior*, Nec dubium eſt de hoc poëmate Flaccum intellexiſſe cùm ait, — *non celeris fugae,*

Lib 7 c. 30

Lib. 4. Car. Ode. 8.

Reiectaeq retrorſum Annibalis minae,
Non incendia Carthaginis impiae,
Eius, qui domita nomen ab Africa

Lucratus

Lucratus redijt, clarius indicant
Laudes, quàm Calabrae Pierides ——

Porphyrio in explanatione loci illius Flacci ad Trebatium, Lib. 2. Ser Satyr. 1.

Attamen & iuſtum poteras & ſcribere ſortem
Scipiadam, vt ſapiens Lucilius ——

ait, *Si non potes geſta Caeſaris ſcribere, at potes iuſtitiam, & fortitudinem, vt Lucilius Scipioni fecit, qui vitam eius priuatam deſcripſit, Ennius verò bella*. Soluta verò oratione Scipionis res geſtas C. Opilius ſcripſit, Iulius Higynus, & Oppius. MVNDVS CAELI VASTVS] Hoc poëma hexametris verſibus compoſitum arbitror, tum ex illo verſu, qui hexameter eſt, & à Macrobio apertè ex Scipione refertur, Lib. 6. c. 4.

Sparſeis haſteis longeis campus ſplendet, & horret,

tum etiam quia rei, de qua agitur, maieſtas nullum aptius carminis genus admittere videtur: quare ex coniectura alios hexametros, qui ad hanc rem ſpectare viſi ſunt, huc conjecimus. Notum quidē illud Flacci eſt, *Res geſtas regumq. ducumq. & triſtia bella*, In Poët.

Quo ſcribi poſſent numero, monſtrauit Homerus.

Nec, quoniam hi verſus, qui ab eodem Macrobio ſimiliter ex Scipione afferuntur, diuerſis numeris concinnati appareant, ob id de his, quae diximus, verendū eſt. Sunt certè illi ex operis prooemio deſcripti: nec dubium eſt Veteres, in prooemijs conſcribendis alio metri genere vſos eſſe: quod nonnulli etiam poſterioris ſaeculi Poëtae ſunt imitati. Nam Perſius, qui hexametro verſu Satyras compoſuit, à claudis iambis eſt exorſus, & Prudentius non ignobilis poëta ab iambico ſenario ſuam Pſychomachiam inchoauit, cùm reliquum operis heroico metro conſtet. Claudianus ſaepè hexametro poëmati prooemia hexametris, & pentametris concinnata praepoſuit. MVNDVS CAELI VASTVS] Graeci aliquando κόσμον οὐρανοῦ, aliquando κόσμον ſimpliciter, quemadmodū Latini pro caelo accipiunt. Plinius in ſuorum librorum initio, *Mundum & hoc, quod nomine alio caelum appellare libuit, cuius circunflexu teguntur cuncta, numen eſſe credi par eſt*. Quae verba ex Platone mutuatus eſt, qui in Timaeo ait, ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς, ἢ κόσμος, ἢ καὶ ἄλλο ὅ, τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλις' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω. Eadem ſic à Cicerone in libro de Vniuerſo Latinè explicata ſunt, *Omne igitur caelum, ſiue mundus, ſiue quo alio vocabulo, gaudet, hoc à nobis nuncupatus ſit*. Attius, *Splendida mundi ſidera*. Lib. 2. c. 1.

Lucretius, —— *micant aeterni ſidera mundi:* Lib. 5.
Et rurſus ibidem —— *nec magni ſidera mundi:*
Catullus —— *concuſſitq; micantia ſidera mundus*.

In his verſibus, qui operis quaſi praeludia eſſe videntur, Poëta, vt à rei magnitudine attentos auditores redderet, dicit, quòd, dum ipſe

Scipionis laudes canit, caelum ob maximas, ac inauditas res ab illo geſtas ſtupore quaſi affectum, immobile reſtitiſſe. Ac etiam perinde ſenſu praeditos mare, Solem, ventos, amnes, actu, motu, impetu, curſuq. compreſſis, ſummo quodam ſilentio, atq. attentione auidè expectaſſe, quae de maximo illo duce dicerentur. His hyperbolis non diſſimiles ſunt illae, quibus Apollo in hymno, quem de ſeipſo compoſuit, vſus eſt: cuius Porphyrius in libris περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας meminit. Dicebat enim, quòd, dũ Latona partus doloribus opprimeretur, geminique Apollo ſcilicet, & Diana intrà illius viſcera mouerẽtur, terra omnis ſtabat, ſtabat aër, immobilis ſtabat Delus, immobiles maris fluctus. Eius verba ſunt, Ἀλλ' ὅτε Λατὼ ὠδῖσιν ἱερὰ λάζοιτο, πᾶσα ὀροθυνομένων διδύμων τοκετῶν ἔνδοθεν σηκῶν, ἵστατο μὲν γαῖα, ἵστατο δ' ἀὴρ, πάγνυτο νᾶσος, πάγνυτο κῦμα. Homerus verò in hymno, quem de Apollinis laudibus compoſuit, non ſtuporẽ, admirationemq́. rebus tribuit, cùm primũ illum Latona peperit, ſed gaudium, & alacritatem. Ait enim illi ſpelũcas omnes, ſummorum montium vertices, amnes, litora, portuſq́. ceciniſſe,

Πᾶσαι δὲ σκοπιαί τοι ἅδον, καὶ πρώονες ἄκροι
Ὑψηλῶν ὀρέων, ποταμοί θ' ἅλαδε προρέοντες,
Ἀκταί τ' εἰς ἅλα κεκλιμέναι, λιμένες τε θαλάσσης.

At illa Callimachi ſtupore, ac gaudio permiſta ſunt, vbi ille ait, tranquillum ſilere pontum, cum Poëtae Apollinis citharam, aut ſagittas celebrant: nec Thetim matrem Achillem deflere, cùm Io Paean inclamare audierit, atq etiam lacrymoſam Nioben ſuos intermittere dolores.

Εὐφημεῖ καὶ πόντος, ὅτε κλείουσι ἀοιδοὶ
Ἢ κίθαριν ἢ τόξα, Λυκωρέος ἔντεα φοίβου,
Οὐδὲ Θέτις Ἀχιλῆα κινύρεται αἴλινα μήτηρ,
Ὁππότ' ἰὴ παιῆον, ἰὴ παιῆον ἀκούσῃ.
Καὶ μὲν ὁ δακρυόεις ἀναβάλλεται ἄλγεα πέτρος.

Lib. 6. c. 2. Obſeruat Macrobius, Maronem ex hoc Ennij loco ſuum illum extuliſſe,

Lib. 10.

Tum pater omnipotens, rerum cui ſumma poteſtas,
Infit, eo dicente, Deûm domus alta ſileſcit:
Et tremefacta ſolo tellus, ſilet arduus aether,
Tum venti poſuêre, premit placida aequora pontus.

Eclog. 8. Quin illud de paſtoribus alternis cantantibus hinc effluxiſſe exiſtimo, ſed hyperbolis bucolico carmini accommodatis,

Immemor herbarum quos eſt mirata iuuenca
Certanteis: quorum ſtupefactae carmine lynces,
Et mutata ſuos requierunt flumina curſus.

Li. 4. Geor. Sed mira ea profectò ſunt, quae Idem de inferis dixit, Orpheum cithara pulſantem audientibus,

Quin ipſae ſtupuêre domus, atque intima lethi

Tartara,

Tartara, caeruleoſq. implexae crinibus angueis
Eumenides, tenuitq. inhians tria Cerberus ora,
Atque Ixionei cantu rota conſtitit orbis.

Sed fortaſſe Ennius hunc Euripidis locũ ex Iphigenia in Aulide adũbrauit,

Οὔκουν φθόγγος γ' οὔτ' ὀρνίθων
Οὔτε θαλάσσης, σιγαὶ δ' ἀνέμων
Τὸν δὲ κατ' Εὔριπον ἔχουσιν.

Hunc eundem locum videtur expreſsiſſe Tibullus in Meſſalam.

Et fera diſcordes tenuerunt flamina venti:
Curua nec aßuetos egerunt flumina curſus:
Quin rapidum placidis etiam mare conſtitit vndis.

MVNDVS CAELI VASTVS CONSTITIT SILENTIO] Silentium enim ex admiratione oritur: quare quieſcentes caeli orbes nullum edebant ſonitum. ET NEPTVNVS SAEVVS] Ob vehementes, quas ciet, motiones. Saeuire enim aliquando vehementer moueri, mouereq. eſt. — VNDEIS ASPEREIS PAVSAM DEDIT] Nam, omni feritate depoſita, marini fluctus placidè quieuerunt. Virg. Eclog. 9.

Et nunc omne tibi ſtratum ſilet aequor —

Ariſtophanes,

Ἐχέτω δὲ πνοὰς νήνεμος αἰθήρ,
Κῦμα δὲ πόντου μὴ κελαδείτω γλαυκόν.

Pauſa, παῦσις, vox veteribus vſitata. Lucret. — *nec dare pauſam.* Lib. 2.

Plautus Perſa, *Iam iam Paegnium da pauſam.*

Cornelia ad Gracchos filios, *Denique quae pauſa erit?* Attius Epigono,

Sed iam Amphilocum hùc vadere cerno,
Et nobis datur bona pauſa loquendi.

SOL ITER REPRESSIT] Solis iter Ecliptica eſt. Manilius *ſolis vias*, Aratus ἄλλησιν ἠελίοιο. VNGVLIS VOLANTIBVS] Catullus, vegetis ſonipedibus. CONSTITERE AMNEIS PERENNEIS] Locus ferè ſumptus ex Alcaei epigrammate, Lib 1. Aſtroni

— *ῥόον δ' ἔστησεν ἀκίνητον Ἀσωπός*

— ARBORES VENTO VACANT], Virgilius, Eclog 9.

— *ventoſi ceciderunt murmuris aurae.*

QVI PROPTER ANNIBALIS] Valerius Probus in quadã ad Marcellum epiſtola affirmat, Veteres Annibálem, & Hamilcârem pronunciaſſe. DESINE ROMA TVOS HOSTEIS] Haec Africanum cum patria colloquentem dixiſſe, Cicero auctor eſt, à quo duobus locis mutila huiuſmodi verba afferuntur. Scaliger verò, pro, *hoſteis*, legit *poſteis*; ac ità verſum expleuit; ſed neſcio vtrùm coniectura, an antiqui alicuius codicis auctoritate, Lib. 3. de Orat & 2. de Fin.

Deſine

Deſine Roma tuos poſteis ornare trophaeis.

Quae lectio mihi non ſatis videtur probabilis: ſiquidem ſiue in publica, ſiue in priuata Romanorum laetitia poſte, non trophaeis, ſed arborum ramis, & praecipuè lauri ornabantur. Iuuenalis,

Satyr. 12. *Ornentur poſtes, & grandi ianua lauro.*

Et rurſus, —— *longos erexit ianua ramos.*

Cap. 3. De qua conſuetudine plura relata ſunt à Iuſto Lipſio lib. I. Electorum. Sunt, qui putent, hoc modo hanc ſententiam expleri poſſe,

Deſine Roma tuos hoſteis horrere ſuperbos.

Qui verſus ſi ità legendus eſſet, is, qui ſequitur, legi deberet,

Otia nanque tibi noſtri peperêre labores.

Sed antiqua ſcriptura aut nullo modo, aut nimis parcè immutanda, aut explenda eſt. NANQVE TIBI MONVMENTA MEI PEPERERE LABORES] τὰ μνήματα. Cato in Oratione Dierum dictarum de conſulatu ſuo, *Ego mihi monumenta ſempiterna poſui, quae caepi*. Verbo autem *peperêre*, eadem tranſlatione alibi vſus eſt,

Lib. 17. *Non poſſunt muſſare boni, qui tanta labore*

Militiae enixi peperêre ——

Lib. 11. Virgilius, *Ite, ait, egregias animas, quae ſanguine nobis*

Hanc patriam peperêre ſuo —— TESTEIS SVNT CAMPEI MAGNEI] Campos ideò teſtes laudat, nam hoſtium cruore maduerunt. Sunt autem cāpi quidam in Africa magni nomine appellati, de quibus Liuius, *Primo in tumulo quatuor fermè millia diſtāte ab caſtris regijs conſidit, poſtridie cum equitatu in magnos, ità vocant, campos ſubiectos ei tumulo digreſſus*. Eoſdem Polybius μεγάλα πεδία appellauit. Catullus huius imitatione,

Lib. 30.

De Nupt Pel. *Teſtis erit magnis virtutibus vnda Scamandri,*

Quae paſſim rapido diffunditur Helleſponto:

Cuius iter caeſis anguſtans corporum aceruis

Alta tepefaciet permiſta flumine caede.

Lib. 4. Ode 4. Horatius, *Teſtis Metaurum flumen* ——

Attius Actyanacte, *Troia eſt teſtis* — Cic. pro lege Manil. *Teſtis eſt Italia, quam ille ipſe victor*, & caet. & paullò poſt, *Teſtis eſt Sicilia, quā multis vndique cinctam periculis, non terrore belli, ſed celeritate conſilij explicauit*. Eodem modo Tibullus multos locos tanquàm Meſſalae gloriae conſcios, & Propertius tanquàm ſui amoris non ignaros teſtes proferunt. Rurſus Ennius lib. III Satyr. — *teſteis ſunt*

Lib. 2.

Latei campei, quos gerit Africa terra politos.

SPARSEIS HASTEIS LONGEIS CAMPVS SPLENDET, ET HORRET] Dura carminis compoſitio, in qua nulla ferè eſt pedum complicatio, ſed illud Maronis numeroſius eſt, &

Lib 9. planiùs,

planiùs, *Sternitur omne ſolum telis* ——

— CAMPVS SPENDET, ET HORRET] Rurſus in I Annali; *Horret ager, campeiq. armeis ſublimibus ardent.*

QVANTAM STATVAM] Haec de Scipione ab Ennio ſcripta fuiſſe, Trebellij Pollionis indicio accepimus. QVANTAM COLVMNAM] Viris illuſtribus, ac optimè de Repub. meritis non modò ſtatuas, verùm etiam columnas erigere Romani conſueuerũt: in quibus, vt innumerabilibus ſaeculis inclytae virtutis memoria propagetur, praeclara eorum geſta inſculpebantur: quarum binae hactenus Romae conſpicuae, & admirandae magnitudinis viſuntur. QVAE RES GESTAS TVAS LOQVATVR] Poëta neſcio quis apud Priſcianum, τοὺς σοὺς ἀγῶνας ἀιὼν λαλήσει. Sed quoniam verba, quae ſcripſimus, non ſunt numerorum adſtricta vinculis, nos nihil ferè immutando ſic in metrum digeſſimus,

O' quantam ſtatuam faciet, quantamq. columnam
Romanus popolos: res, quae, ac tua geſta loquatur.

Sed nè quid ad hanc rem pertinens deſideretur, addam Seruij verba verſum illum ex X Aeneidos explicantis,

Dum genitor nati palma protectus abiret,

Hoc igitur, inquit, *de hiſtoria eſt. Nam Scipio Africanus, cùm eſſet annorum vix decem & ſeptem patrem ſuum defendit in bello: nec ceſsit viginti ſeptem confoſſus vulneribus.* Quod fortaſſe Ennius in hoc Scipionis Encomio eo verſu ſcripſerat, quem poſteà ad alium vſum Maro, vt ſaepè alios aliâs, tranſtulit.

Q. ENNII EX EPICHARMO FRAGMENTA.

*

† me ego; & me: & ego. NAm videbar ſomniare † ego me'd eſſe mortuum — Cic. lib. 4. Acad.

*

* Aqua, terra, anima, Sol —— Var. lib 1. de re Ruſt. cap. 4.

*

Terra corpus eſt: at mentis ignis eſt. Priſ. lib 7.

*

Iſteic de Sole ſumptus ignis. Var. lib. 4. de lin. Lat.

*

† Isq. actus mentis eſt —— Idem ibid.

*

† pepe- rit, vel * Eſſe igitur corpus terram, quae † deperit ipſam, Idem ibid.

Et

Et capit, & neque iam diſpendei conficit hilum. dederit;

Idem ibid. * Iſtaec terreis genteis oĕis peperit, & reſumit denuò,
Iſtaec dat cibaria; iſtaec omnibus fruges gerit.

Idem ibid. * Frigori immiſcet calorē, atq. humori † aritudinem. † ariditatem.

Idem ibid. * Omne corpus, vbei nimius ardor, aut humor viget.

Idem ibid. * Iſteic is eſt Iuppiter, quem dico, Graecei vocant
† Aëra; † quique ventus eſt, & nubes, imber poſteà, † Aërem † qui vĕtus.
Atque ex imbre frigus: ventus poſt fit, aër denuò
† Iſtaec propter Iuppiter ſunt iſta, quæ dico tibei, † Haec
Qui mortaleis, † vrbeis, atq. belluas omneis iuuat, † atque vrbeis.
Quod heic omneis, & ſub hoc —

Idem ibid. Priſc. lib. 8. & 10. Diomed. lib. 1. Var. lib. 6. de lin. Lat.
Oua parire ſolet genu' penneis condecoratum
Non animas —

Inde venit diuinitu' pulleis inſinuans ſe
Ipſa anima —

Idem ibid. Proſerpina.

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

MVlta quidem in hoc libro, quantùm ex his, quae reliqua ſunt, coniectura aſſequi poſſumus, de Deo, de mente, de Sole, de elementis, de quatuor qualitatibus, eorumq. commiſtionibus, de humani corporis compoſitione, de ſomnijs, de foetu, alijsq. huiuſmodi rebus praeclarè, ac ſubtiliter diſſerebantur: quem Poëta noſter ex Epicharmo Comico Pythagorae diſcipulo Latinis verſibus conuertit. Scripſit ille quidem, vt Empedocles, Parmenides, Cleantes, Xenophanes Colophonius Graecis verſibus philoſophiam: & germanum apud eum huius libri indicem, De rerum natura, fuiſſe arbitror. Conſtat enim ex Laertio Diogene huiuſmodi nomine libros ab Epicharmo fuiſſe conſcriptos: quamuis, vt mox oſtendemus, malè illos

Epichar-

Epicharmo medico tribuit. Veriſimile enim eſt Epicharmum, de quo nunc agimus, quem ipſemet Diogenes Comicum appellat, & vt inſignem Pythagoreum in Platonis vita celebrat, hos libros, tanquàm rerum naturalium refertiſſimos, eo titulo nuncupaſſe. Ennius verò ne Auctorẽ, à quo id referebat acceptum, eius gloriae redderet expertẽ, Epicharmum inſcripſit, quemadmodum etiam ſacrae hiſtoriae librũ, quia ab Euhemero conuerterat, vel multa acceperat, illius nomine Euhemerum appellauit. Quod quidem Platonis imitatione feciſſe videtur; nã, cùm ille omnia ferè de Timaei Locri libro *περὶ ψυχᾶς κόσμω, καὶ φύσιος*, in ſuum de Vniuerſitate, ſiue de Natura librum tranſtuliſſet, Timaeum, à quo illa acceperat, nominauit. Nec diuerſa ſanè ratione ab antiquis Grãmaticis M. Tullij loci ex Arato afferuntur: ex quibus liquet Ciceronẽ maluiſſe eum librum Aratum, ex quo conuerterat, inſcribere, quàm Graecam *τὰ φαινόμενα* inſcriptionem retinere. Caeterùm operis index nos admonet, vt de Epicharmo aliqua delibemus. Fuit hic natione Siculus, vt eum Horatius in praeceptis poëticis, & M. Cicero in IV. Tuſculana, & lib. I. ad Atticum nominant. Patria verò, vt ex huiuſmodi pentametro, quo epigramma alterius Epicharmi ſtatuae inſculptum terminatur, Syracuſanus fuit: ita enim de hoc ait,

Οὗ πατρὶς ἐς τράτων ἅδ' ἁ Συρακοσίων.

Quod etiam Theocriti teſtimonio in alio epigrammate comprobatur, vbi eum perhibet Dorica dialecto vſum fuiſſe. Neanthes verò in libro *περὶ ἐνδόξων τῶν ἀνδρῶν* tradit, eum in Craſto fuiſſe ortum, quae ſanè, vt à Philiſto proditum eſt libro XIII. rerum Sicularum, Sicanorum vrbs eſt. Alij eum vnum è colonia eſſe volunt, quam è Coo Cadmus in Siciliã adduxerat. Diomedes verò vbi de Tragoedia, & Comoedia diſſerit, negat Epicharmum in Co eſſe ortum, ſed in eam inſulam in exſilium pulſum, & ibi primùm Comicis carminibus dediſſe operam, & à Co Comoediam eſſe appellatam. Eum verò vnà cum Phormo Comoediam inueniſſe, ab Ariſtotele, & Suida traditum eſt. Alij Samiũ eum faciunt: Ariſtoteles verò Siculũ Megarẽſem. De huius deniq. parentibus aequè, atque de patria ambigitur. Nam aliqui eum volũt Tityri, alij Chimari, & Sicidis eſſe filium. Fuit quidem ingenio vafro, & ad excogitandum aptiſsimo, primumq. duas è tribus, quibus Graeci vtuntur adſpiratis, inueniſſe, fertur. nempe θ, & φ. Scripſit praeter hunc de Rerũ natura librum, de Republica, de Bono, atq. ideis, aliaq. quamplura ad philoſophiam ſpectantia, quorum nec nomen quidẽ eſt ſuperſtes. Ex cuius libris, vt ab Alcimo proditum eſt, non parum fructus, atque emolumenti ſibi Plato comparauit: vnde plura metro conſcripta in ſolutam orationem conuertit. Dedit praetereà, vt aliqui memorant, fabulas LII, vt autem Lyconi placet XXXV. quas dein-

Lib. 3.

In Poët.

Plin. lib. 7. cap. 56.

de, vt Porphyrius in libello de Plotini vita tradit, Apollodorus Athenienſis in decem volumina diſpoſuit: tantaq. in omnium admiratione eae fabulae fuerunt, tum propter adiuncta concinnè collocata, in qua re plurimùm, vt Demetrius ait, praeſtitit: tum propter dictionis grauitatem lepori miſtã: vt Plautus ad illius excellentiam adſpirans, cum ſibi imitandum propoſuerit. Hinc Flaccus,

Li.2. epiſt. *Plautus ad exemplar Siculi properare Epicharmi.*

Sed tandem iniuria temporis praeclara haec etiam poetica tam magni viri monumenta communi cum innumeris aliis vetuſtiſsimorum Auctorum naufragio perierunt: Eius autem vix exigua quædam, ac lacera aliquot fabularum fragmenta ſuperſunt: quarum nomina ſunt, Ἀγρωςῖνος, Ἀλκύων, Ἁρπαγαί, Ἀταλάνται, Βάκχαι, Βούσιρις, Γᾶ, καὶ Θάλαττα, Διόνυσαι, Δίφιλος, Ἐλπίς, ἢ Πλοῦτος, Ἑορτή, Ἥβας γάμος, Θέαροι, Θεωροί, Κύκλωψ, Κωμασταί, ἢ Ἥφαιστος, Μεγαρίς, Μοῦσαι, Νᾶσοι, Νιόβης γάμος, Ὀδυσσεὺς αὐτόμολος, Ὀδυσσεὺς ναυαγός, Ὀρύα, Περίαλλος, Πέρσαι, Πίθων, Πλοῦτος, Πολιτεία, Πύῤῥα, καὶ Προμηθεύς, vel potiꝰ Πύρκαος Προμητεὺς Σειρῆνες, Σφίγξ, Φιλοκτήτης, ἢ Φιλογνίδης, Χύτραι. Floruit maxima nominis celebritate ſex annis antè Perſicũ bellũ: eadẽq. tẽpeſtate fertur Syracuſis dediſſe fabulas, qua Athenis ſumma exiſtimatione Euetes, Euxenides, & Mylus habebantur. Alij verò cõfecto memorabili illo bello vixiſſe prodiderunt. Clarè tamen ex Plutarchi ἀποφθεγμάτων libello liquet, Hieronis tempore fuiſſe, à quo, quia praeſente eius vxore in verbum ſilentio dignum proruperat, poena affectus fuit. Vixit annos XCVII, vt à Luciano in Macrobijs proditum eſt; quamuis Diogenes XC vixiſſe tradat. Verùm, quoniam in hoc opere quaedam Ennius de mente attigit, ideò cenſui huiuſmodi Epicharmi de mente locum in hunc de rerum natura librum eſſe referendum,

Νοῦς γὰρ ὁρᾷ, καὶ νοῦς ἀκούει,
Τἄλλα δὲ τυφλά, καὶ κωφὰ τυγχάνει
Λόγου δ' ἔσματα — —

Cuius ſententiam his verbis Tertullianus in libro de Anima Latinam reddidit, *An non & Poëtae haec ſemper nobis obmuſſant. quòd neque audiamus certum, neque videamus. Meminerat ſcilicet Epicharmi Comici, Animus cernit, animus audit, reliqua ſurda, & caeca ſunt.* Haec eadem ſententia ità habetur apud Clementem Alexãdrinum lib. II. Stromatωn, & Theodoritum in libro de Fide; Νοῦς ὁράει, καὶ νοῦς ἀκούει, τὰ δ' ἄλλα κωφά, καὶ τυφλά. Caeterùm hic animaduertendum eſt, hunc eundem locum Theodoritum ex Epicharmo Pythagoreo, & Tertullianũ ex Epicharmo Comico afferre: quapropter eundem Epicharmum Comicum, & Pythagoreum eſſe cenſendum eſt; non autem duos, vt malè aliqui opinati ſunt. Ille verò Epicharmus Cous Medicus, cuius vitam

deſcri-

deſcribit Diogenes, ab iſto longè fuit alienus, quamuis etiam inter Pythagoreos recenſeatur: &, ni fallor, Laërtius ὁμωνυμίᾳ deceptus vtriuſque ſcripta confundit. Nam de Republica libri, quos inter Epicharmi Medici opera recenſet, proculdubio, vt Clementis Alexandrini auctoritate in V. Stromat. apertiſsimè liquet, ab Epicharmo Comico editi fuerunt, & eodem modo ſuſpicandum eſt de libris de Rerum natura, quos à Comico ſimiliter conſcriptos fuiſſe cenſeo, & hos eſſe, quos ab Ennio olim conuerſos, modò in manibus habemus. Priora autem Epicharmicae ſententiae verba tanquàm latiùs diſſeminata, ſatisq. nota praetermiſſo Auctoris nomine afferuntur ab Ariſtotele in Problematis, Plutarcho De induſtria animalium, Porphyrio De abſtinentia ab eſu carnium, Ariſtophanis Scholiaſte in Pluto, aliisq. quàmplurimis. Ad hanc ſententiam, quam ſibi deinde Cercida vſurpauit, videtur M. Cicero in I Tuſculana reſpexiſſe, cùm ait, *Nos enim ne nunc quidem oculis cernimus ea, quae videmus: neque enim eſt vllus ſenſus in corpore: ſed, vt non ſolùm Phyſici docent, verùm etiam Medici, qui iſta aperta, & patefacta viderunt, viae quaſi quaedam ſunt ad oculos, ad nares, ad aures, à ſede animi perforatae. Itaque ſaepe aut cogitatione, aut aliqua vi morbi impediti, apertis, atque integris & oculis, & auribus, nec videmus, nec audimus: vt facilè intelligi poſſit, animum & videre, & audire.* Sed priuſquàm enarrationem aggrediar, monendum eſt, huiuſmodi poëma nõ perpetuis trochaicis fuiſſe conſtructum, ſed his quandoq. heroicos, aliaque metrorum genera admiſta fuiſſe. Verùm haec fragmenta adeò corrupta, atque decurtata ſunt, vt in eis aut nulla, aut vix conſtãs carminis ratio cognoſci poſſit. NAM VIDEBAR SOMNIARE] Confirmat magnopere locus hic, Epicharmum ex Pythagorae familia prodiſſe, quandoquidem non dubium eſt, eum his verbis ad fabuloſa Pythagorae ſomnia, vanaq. τῆς παλιγγενεσίας deliramenta reſpexiſſe. AQVA, TERRA, ANIMA, SOL.] Varronis locus, vbi haec noſtri Poëtae verba ſcripta ſunt, ità ſe habet, *Eius* (agriculturae ſcilicet, *principia ſunt eadem, quae mundi eſſe Ennius ſcribit, Aqua, terra, anima, Sol.* Sed quoniam hîc de igne nulla facta eſt mentio, ideò integrum verſum huiuſmodi fuiſſe arbitror,

Aqua, terra, anima, Sol, ignis, ſidera.

Nec temerè quidem ſic verſum expleuimus, interq. haec Epicharmi fragmenta collocauimus: ſed Menandri auctoritate: ità enim ille ait,

Ὁ μὲν Ἐπίχαρμος τοὺς θεοὺς εἶναι λέγει
Πῦρ, ἥλιον, γῆν, ὕδωρ, ἀνέμους, ἀστέρας.

Quamuis autẽ Graecis frequentiùs ἄνεμος ventus ſit, hîc tamen ab Epicharmo pro aëre poſitus eſt; quo etiam modo Ennius in III. Annali.

ventum pro aëre vſurpauit. Nunc verò propiùs ad Graecae vocis ſignificationem accedẽs, animam pro aëre dixit, quam ἀπὸ τοῦ ἀνέμου originem habere plerique non ignobiles Grammatici exiſtimarũt. Et hinc aliqui opinati ſunt, animam corpori ineſſe, ſicut ventus vtri. Ad quod reſpiciẽs Anaxarchus, dum à tortore excarnificabatur, Tunde, inquit, Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non potes. Vſus eſt etiam eadem voce Maro in eadem aëris ſignificatione in Bucolicis,

Eclog. 6.

> *Nanque canebat, vti magnum per inane coacta*
> *Semina, terrarumq́. animaeq́. mariſq́. fuißent.*

M. Cicero conuertens verba illa Platonis in Timaeo, οὕτω δὴ πυρός τε καὶ γῆς, ὕδωρ ἀέρα τε ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ θείς, καὶ πρὸς ἄλληλα καθ᾽ ὅσον ἦν δυνατὸν ἀνὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἀπεργασάμενος, ait, Ità contigit, vt inter ignem, & terram, aquam Deus animamq́. poneret, eaq́ue inter ſe compararet, ac proportione coniungeret. Lucretius,

Lib. 1.

> *Et qui quattuor ex rebus poſſe omnia rentur*
> *Ex igni, terra, atq. anima procreſcere, & imbri:*
> *Quorum Acragantinus cùm primis Empedocles eſt.*

Hic autem locus, in quo eadem Empedocles, quae Ennius poſuit mundi principia, quattuor nempe elemẽta, ex quibus cuncta aſſerit eſſe compacta, rerumq́. omnium radices eſſe, habetur apud Plutarchum De placitis Philoſophorum, Sextum Empiricum aduerſus Mathematicos, Athenagorã, in Apologia, Probũ in Maronis Sileno, Diogenem Laertiũ in vita Empedoclis, & Stobaeũ ἐν ταῖς τῶν φυσικῶν γνώμων ἐκλόγαις,

Lib. 1.
Lib. 8.

> Τέσσερα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον † ἄκουε,
> Ζεὺς † ἀργὴς Ἥρη τε φερέσβιος, ἠδ᾽ Ἀϊδωνεύς:
> Νῆστις δ᾽ ἣ δακρύοις † τέγγει κρούνωμα βρότειον
> Τῶν δὲ συνερχομένων ἐξεσχάτον ἵστατο νεῖκος.

† ἔασιν.
† αἰθήρ.
† ἐπικικρεῖ ὄμμα.

Quo loco Empedocles, vt Plutarchus inquit, Iouẽ eſſe feruorẽ, & aethera intellexit; Iunonem almã, vt Budaeus interpretatur, vel potius, vt verbum verbo reſpondeat, vitam ferentem, aëra: Plutonem, terram: Neſtin denique humanos riuos tanquàm genituram, & aquam. Diogenes autem Laërtius longè ſecus eoſdem verſus explicauit: ait enim Empedoclem Δία, τὸ πῦρ intelligere, Ἥρην γῆν; Ἀϊδωνέα, τὸν ἀέρα: καὶ τὴν Νῆστιν, τὸ ὕδωρ. Cui Athenagoras adſtipulatur his verbis, Εἰ τοίνυν Ζεὺς μὲν τὸ πῦρ, Ἥρα δὲ ἡ γῆ, καὶ ὁ ἀὴρ Ἀϊδωνεύς, καὶ τὸ ὕδωρ Νῆστις. Cum quo concinit etiam Achilles Statius in Arataeis Phaenomenis, vbi ait, Ἐμπεδοκλῆς δὲ ἀρχὰς φησὶ τῶν ὅλων τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, καὶ τὸ μὲν πῦρ καλεῖ Δία, καὶ αἰθέρα, τὴν δὲ γῆν Ἥραν, τὸν δὲ ἀέρα Ἀϊδωνέα, τὸ δὲ ὕδωρ Νῆστιν. Iuno quidem communi ferè omnium conſenſu ſemper ἀλληγορικῶς pro aëre intelligitur. Vnde in Platonis Cratylo inueſtigans Socrates huiuſmodi nominis deriuationem, ait, Ἥρα dicta eſt, quaſi ἐρατὴ, id eſt amabilis, il-

ſius videlicet amoris, quo eam Iupiter cõplexus dicitur. Fortaſſe enim nominum Inſtitutor ſublimium illarum rerum, atq. caeleſtium vim, rationemq. ſpectans, aërem Ἥραν nuncupauit, nominis inuolucro quodam rem occultans, fine ad principium collocato. quod certè cognoueris, ſi illud vocabulum Ἥρα ſaepius pronũciaueris. Graeca praeſtantiſsimi philoſophi haec verba ſunt, quae Latinè enunciauimus ex Ioannis Serrani Platonici nobiliſſimi verſione. Ἥρα δὲ, ὡς ἐρατή τις, ὥσπερ οὖν καὶ λέγεται ὁ Ζεὺς αὐτῆς ἐρασθεὶς ἔχειν. ἴσως δὲ μετεωρολογῶν ὁ νομοθέτης τὸν ἀέρα Ἥραν ὠνόμασεν, ἐπικρυπτόμενος, θεὶς τὴν ἀρχὴν ἐπὶ τελευτήν. γνοίης δ' ἄν, εἰ πολλάκις λέγοις τὸ τῆς Ἥρας ὄνομα. Quod Arnobius etiam in III aduerſus Gentes animaduertens ait, *Nam ſi Iuno aër eſt, quemadmodum vos ludere, ac dictare conſueuiſtis: Graeci nominis poſteritate repetita, nulla ſoror, & coniux Iouis reperiretur.* Quod quidem figmẽtum Iunonem ſcilicet Iouis ſororem, ac coniugem eſſe, hoc modo ad phyſicam rationem refertur. Pro Ioue enim aetheream, vel igneam ſubſtantiam intelligunt, pro Iunone verò aërem hoc eſt humidam, vt Philoſophi dicunt, eſſentiam. Et quoniam duo haec elementa tenuitate paria eſſe videntur, commenti ſunt eſſe germana: ſiue vt alij dicunt, quia iiſdem ſeminibus quibus caelum, aër etiam eſt procreatus. Quoniam verò aër aetheri ſubiectus eſt, iure ſuperpoſito aetheri mariti nomen indeptum eſt. Vel quia ignea ſubſtantia ac humida inſimul coeuntibus, omnia generantur. De qua re haec ex Stoicorum opinione à M. Tullio referuntur. *Aër autem interiectus inter mare, & caelum Iunonis nomine conſecratur, quae eſt ſoror, & coniux Iouis, quod & ſimilitudo eſt aetheris, & cum eo ſumma coniunctio. Effeminarunt autem eum, Iunoniq. tribuerunt, quod nihil eo mollius.* Idem ferè habetur apud Macrobiũ in Somnio Scipionis, & D. Auguſtinum in libris ad Marcellum de Ciuit. Dei. At non perpetuò à Poëtis Iuppiter pro aethere, & Iuno pro aëre accipitur: ſed interdum Iouem pro aëre, & pro pluuia. & Iunonem pro terra vſurpant. Ità enim Varro Lib. IV. De lin. Lat. ait, *Quod Iouis Iuno coniux, & is caelum, haec terra, quae eadem tellus: & ea dicta, quòd vnà cũ Ioue iuuat Iuno, & Regina, quòd haec omnia terreſtria regat.* Ideoq. Caelum veteres quidam philoſophi, vt Plutarchus in lib. I. περὶ τῶν ἀρεσκόντων τοῖς φιλοσόφοις, vocarunt patrem, quòd aquarum lapſu ſeminis vicẽ praebeat: Terram verò matrem, quòd haec matris vice excipiat, ac deinde pariat. Hinc Athenienſes, vt in Atticis refert Pauſanias Terrae ſimulachrum fecerunt, tanquàm à Ioue pluuiam petentis. Ad quod reſpiciens Tibullus, non autem Ouidius, cui Seneca μνημονικῷ ἁμαρτήματι haec tribuit, ità quaſi cum Nilo loqueretur, ait,

Lib. 2. de Nat.

Lib. 1. c. 17

Lib. 4. c. 10

Lib. 1 Eleg. 7.

Lib. 4 Nat quaeſt.

Te propter nullos tellus tua poſtulat imbres,
Arida nec pluuio ſupplicat herba Ioui.

Aliquan-

Aliquando verò Cererem pro terra intelligunt, quam Iouis matrem eſſe crediderunt. Quapropter Arnobius, *Itaque qui dicit, cum ſua concubuit Iuppiter matre, non inceſtus ſignificat, aut propudioſas Veneris complexiones, ſed Iouem pro pluuia, pro tellure Cererem nominant.* Aliquando verò Rheam, & Veſtam pro terra accipiunt: quamuis hanc frequentiùs pro igne intelligant. Sed Porphyrius in myſtica ſua Theologia terrae partes diſtinguit, vberem ſcilicet, feracemq. Cererem vocans, lapidoſam verò, & infrugiferam Rheam, ſiue Opem. Ouidius de Veſta,

Lib. 5.

Lib. 6. Faſt.

Veſta eadem eſt, & terra, ſubeſt, ſubit ignis vtriq.
Significat ſedem terra, focuſq. ſuam.

Plutonem etiam pro terra intelligi non dubium eſt: qui, vt Orpheus in hymnis tradit, omnes terrarum ſedes obtinuit,

Πλούτων δὲ κατέχει γαίης κλεῖδας ἁπάσης.

Eúq. περιφραστικῶς Euripides in Phoeniſsis χθόνιον Δία appellauit: ideoque Fulgentius vel potiùs Plato ait, terrarum praeſidem creditum eſſe, quòd πλοῦτος Graecè diuitiae dicuntur: quae ex terrae penetralibus eruuntur. Sed in re tam perſpicua auctoritatibus ſuperſedendum eſt. Aliquando verò Pluto pro aëre intelligitur. Hinc Auctor libelli de Homeri vita explicans verſus illos ex O, Iliados, vbi Neptunus ſic loquitur,

In Mythol.
In Cratyl.

Τρεῖς γάρ τ' ἐκ Κρόνου εἰμὲν ἀδελφεοί, οὓς τέκε Ῥέα:
Ζεὺς, καὶ ἐγώ, τρίτατος δ' Ἀΐδης ἐνέροισιν ἀνάσσων.
Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς.
Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχε ζόφον ἠερόεντα.
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν, αἰθέρι, καὶ νεφέλῃσι.
Γαῖα δ' ἔτι ξυνὴ πάντων, καὶ μακρὸς Ὄλυμπος.

ait, in vniuerſi diſtributione Ioui ignem, Neptuno aquam, Plutoni aërem ſorte obueniſſe. Ideoque ζόφον ἠερόεντα hoc eſt tenebroſam caliginoſum aërem appellauit, quòd proprio careat lumine, ſed à Sole, Luna, caeteriſq. aſtris lucem mutuetur. Hunc nimirum intelligit M. Varro lib. IV. ad Ciceronem, *Idem hic Dieſpiter dicitur infimus aër, qui eſt coniunctus terrae, vbi omnia oriuntur, vbi aboriuntur: quorũ quod finis ortus, Orcus dictus.* Phornutus verò ait, infimum aërem, qui morientium animas excipit, Veteres ᾍδην nuncupaſſe, διὰ τὸ ἀειδὲς, quòd ſcilicet propter eius obſcuritatem minimè conſpici poſsit. Omnis enim aër, niſi extrinſecus illuſtretur ſuapte natura opacus eſt, vnde fingẽdi anſam Poëtae arripuerunt Orci galeam inuiſibiles reddere homines; quod poſteà in prouerbium abiit, Ἄϊδος κυνῆ. Et quoniam ex repercuſſo aëre fit vox: ideò Pluto Clymenus, ἀπὸ τοῦ κλύειν eſt appellatus, quòd ſcilicet ſonandi, ſiue vt ſonus reſultet, auctor ſit. Quo nomine cum Laſus Hermionenſis in Cereris hymno appellauit,

Δάμα

Δήμητραν μάλπαν, κόραν τε Κλυμένοιο ἄλοχον.

Neſtis autem hîc pro aqua intelligi non dubium eſt: cuius nomẽ ἀπὸ τοῦ νάω, hoc fluo deriuatur, vnde & Naiades, nymphae fluuiales. Sunt, qui perhibẽt, vt tradit Euſtathius in τ Iliad. Neſtin eſſe Σικελικήν τινα θεάν. Empedocles rurſus apud Ariſtotelẽ in lib. 1. de Anima Νήστιδα αὐγὴν dixit, hoc eſt liquidum, vel humidum ſplendorem: vel, vt Io. Grammaticus interpretatur, aquam, & aërem, quòd vnaquaeq. haec elementa humida, & pellucida ſint. Caeterùm in Clementis Alexandrini libro VI. Stromat. huiuſmodi Empedoclis de principiis verſus detectis inuolucris habentur,

Τέσσαρα τῶν πάντων ῥιζώματα πρῶτον ἄκουε,
Πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γαῖαν, ἠδ' αἰθέρος ἄπλετον ὕψος.
Ἐκ γὰρ τῶν ὅσα τ' ἦν, ὅσα τ' ἔστι, ὅσα τ' ἔσται.

Poſuit antè Empedoclem quatuor eaſdem rerum omnium radices Athamas Pythagoreus, ex quibus ea voluit, quae gignũtur, gigni. Eius autem verba ſunt, *ὧδε γεννᾶτο παντὸς ἀρχαὶ, καὶ ῥιζώματα, τέτταρα τυγχάνοντα, πῦρ, ὕδωρ, ἀὴρ, γῆ: ἐκ τούτων γὰρ αἱ γενέσεις τῶν γινομένων.* TERRA CORPVS EST, AT MENTIS IGNIS EST. Humanum corpus, quamuis ex quatuor elementis compactum, ac coagmentatum ſit, terrenum tamen dicitur, quoniam cùm diſſoluitur in terram potiùs, quàm in caetera elementa conuertitur. Mens verò quoniam nullis eſt corruptionibus obnoxia, ſempiterna eſt. Caeterùm ignis hoc loco nõ elementaris eſt intelligendus, qui aſsiduè generatur, corrumpiturque, ſed puriſsimus ille aether, tenuis, ac pellucidus. Nec aliud Zeno Citticus apud Varronem intelligere voluit, cùm dixit, animalium ſemen ignem eſſe, eundemq. animam, & mentem. Vnde ait M. Cicero in I. Tuſ. *Zenoni Stoico, animus ignis videtur.* In qua ſententia fuit etiã Hipparchus: quos ſequutus Maro, inquit, Libr. 4. de lin. Lat. Lib. 6.

Igneus eſt ollis uigor, & caeleſtis origo Seminibus ——

Pertinet magnopere ad hunc Epicharmi locũ Pacuuij verſus ex Chryſe, *Mater eſt terra, ea parit corpus, animum aether adiugat.*

Mente igitur homo caeteris praeſtat animalibus. Ea enim omnium eſt ſenſuum, animaeque caput: imò anima animae, ſolaq. immortalis, viuaq. in mortali homine Dei imago: quam ſi mundam quis habuerit, vt idem teſtatur Epicharmus, toto erit mundus corpore. Eius autem verba haec ſunt; *Καθαρὸν τὸν νοῦν ἐὰν ἔχῃς, ἅπαν τὸ σῶμα καθαρὸς εἶ.* Mentis autem hoc loco antiquo more in recto poſita eſt, vt Priſcianus agnoſcit. ISTEIC DE SOLE SVMPTVS IGNIS. M. Varro de mente humana id dictũ eſſe, ſcribit: videturq. apertis, perſpicuiſque verbis Epicharmus, ſiue Ennius hoc loco expreſsiſſe, quod priſci illi Vates, quos Theologos appellauit Antiquitas, ſub fabularũ inte- Lib. 7.

gumento

gumẽto de Prometheo ſignificarunt: qui cùm ex luto inanimum effinxiſſet hominem, Minerua operis pulchritudinem admirata, fertur, ei quicquid ex caeleſtibus rebus vellet, ſpopõdiſſe, vt quod tam mirabiliter inchoauerat, perfectiùs abſoluere poſſet. Cumq. Mineruae ope ad caelũ ſublatus eſſet, omniaq. ibi flãmis coruſcãtia animata cõſpiceret, vt ſuũ etiã opus flãmeo illo vapore animaret, ferula ad Solis currũ admota ignẽ inde mortalibus detulit, fictiq. hominis pectori applicato, mox animatum reddidit. Sed haec merae ſunt nugae: nam hominis mẽs neq. aether, neq. ignis eſt: neq. ex Sole habet originẽ, cùm ea omnis expers materiei à ſupercaeleſti illo Solis Sole, qui inacceſſibilẽ lucẽ habitat, ex nihilo creata ſit; ſed potius haec Epicharmi, ſiue Ennij verba, & huiuſmodi de igne è caelo rapto figmentũ ad phyſicã rationẽ referri debẽt: nec aliud quidẽ intelligendũ eſt, quàm hunc ignẽ, quẽ ad noſtra adhibemus cõmoda, ex lucidiſsimis illis aſtrorũ ignibus ſeminaria habuiſſe: cumq. de Sole ſumptũ eſſe, quoniam calore, cãdore, tenuitate, & acumine ad Solis naturã quã proximè accedit. Quã ob conuenientiã, congruitatemq. Sol ab Orpheo πυρόεις, & πυρίδρομος, & à Proclo Lycio πυριστεφὴς dictus eſt. Hac ratione Speuſippus, quem Plato paenè philoſophiae haeredem reliquit, Soli Apollinis nomen inditum eſſe tradit, ὡς ἀπὸ πολλῶν οὐσιῶν πυρὸς, αὐτοῦ συνεστῶτος: quòd ſcilicet ex multis ignibus vis eius compacta ſit. Fulgentius autem, idem apud Graecos Ἀπόλλωνα, ſignificare aſſerit, quod apud Latinos Perdens, quaſi ignis inſtar feruore ſuo omnem virentium herbarum ſuccum decoquendo perdat. Accedunt etiam ad hanc Solis cum igne affinitatem nonnullorum Philoſophorum definitiones. Ait enim Epicurus, Solẽ eſſe, vt Budaei verbis vtar, glebulentum quoddam ſpiſſamentum pumicis inſtar, & intra exeſos eius meatus ignitum: Xenophanes ex igniculis coagmẽtatum eſſe ait, qui ex humidis expirationibus coaceruantur, aut nubẽ eſſe vſtulantem: Anaximander ex puriſſima ignis ſubſtantia conſtare dixit, Poſidonius, & Speuſippus caeleſtem ignem appellarunt. Cleantes totum igneum eſſe, duorum ſenſuum teſtimonio confirmauit, tactus ſcilicet, & oculorum. Anaxagoras, vt alibi retulimus, ignitũ lapidem eſſe voluit, ſiue μύδρον, hoc eſt candens ferrum. In quem ob hanc ipſam opinionem acerbè inuehitur Socrates apud Xenophontem lib. IV. ἀπομνημονευμάτων. Nec tantùm his Philoſophorum opinionibus comprobari poteſt, hunc de Sole ſumptum ignem: verùm etiam orbicularium, & concauorum ſpeculorum experientia, quae cùm Soli obiiciuntur, adeò in centro per reflexionem radios rectè incidentes colligunt, vt non modò admoto fomite ignem accendant, ſed interdum ſi vehementiores extiterint, vel etiam plumbum liquefaciant. Sed illud mirabile eſt, quod à pleriſque refertur, & à Galeno praecipuè vi-

Lib. I. Mytholog.

ro quam-

ro quamuis loquaci, non tamen vt fide careat, in libro περὶ ἀρδάτων, de Archimedis Syracuſani ſpeculo: quod ea arte, ac ratione conſtruxit, vt collectis, ac repercuſsis in oppoſitum radijs naualem omnem hoſtium apparatum eminus combuſſerit. Nec modò in huiuſmodi ſpeculis, ſed etiam in vitreis ſphaerulis aqua plenis ignis facillimè accendi conſpicitur. Quibus adducti periculis, ac rationibus priſci illi ſapientes exiſtimarunt, terreſtrem hunc ignem cum caeleſti cognatione quadam eſſe copulatum. Et idcirco Appuleius ignem illum huius parentem appellauit. Quin nos à Sole, vt teſtatur Lucretius, ignis huius vſum edocti ſumus: quandoquidẽ palantes illi homines, qui principio humani generis ferarum more viuebant, eo non ad coquendos cibos, resq. alias neceſſarias, vſi ſunt, ſed ad frigus tantùm expellendum. Vnde ait, Lib. 2. de Aſin. Lib. 6.

Inde cibum coquere, & flammae mollire vapore
Sol docuit, quoniam miteſcere multa videbant
Verberibus radiorum, atque aeſtu victa per agros.
Inque dies magis hi victum, vitamq. priorem
Commutare nouis monſtrabant rebus, & igni:
Ingenio qui praeſtabant, & corde vigebant.

Idem alibi coquendi actum, qui ignis eſt proprius, pulcherrimè ad Solem transtulit, Lib. 6.

Principio terram Sol excoquit, & facit are.

Et Virg. *Puluerulenta coquat maturis ſolibus aeſtas.* Et alio loco, Li. 1 Geor.
Mitis in apricis coquitur vindemia ſaxis. Li. 2. Geor.

Longis etiam pòſt ſaeculis remotiſsimae quaedam gentes, quae, quoniam ſolis piſcibus victitabant, ἰχθυοφάγοι appellabantur, piſces, vel ſupra ſaxa ad ſolem expoſita, vel in arena torrere conſueuerunt. Et mulieres Erythrenſes Cerealia celebrantes non ad ignem, ſed ad Solem carnem coquere, proditum eſt. ISQVE ACTVS MENTIS EST] Trochaicũ hemiſtichium. Aliqua Varronis exemplaria habẽt, *Iſque totus mentis eſt*. Scaliger putat ex duobus his hemiſtichijs integrum verſum ità reſtitui poſſe,

Iſteic de Sole ſumptus ignis, iſq. mentis eſt.

ESSE IGITVR CORPVS TERRAM] Idem paullò ſuperius, *Terra corpus eſt*. Caeterùm duo hi verſus in Aldino, & Baſilienſi exemplari ſecus habentur: in his verò, quae Antonij Auguſtini, & M. Vertranij induſtria prodierunt eo ordine, quo nos poſuimus, diſtinctè leguntur. Scaliger verò exiſtimans, Romanae editionis correctores hunc locum de caeli, & terrae coniunctione intellexiſſe, aſſerit, his verſibus hoc modo diſpoſitis nullũ inde ſenſum, longeq. à Varronis, aut Ennij mente abeſſe: Nam Varro hoc loco non verſum e-

uata metri lege, ſed verba tantùm vſurpauit: Qui verſus citatur ab eo lib. VIII. *Quae dedit illa, capit, neque diſpendi facit hilum.*

Cuius verum, ac germanum ſenſum eſſe vult, animam ex aethere, corpus verò ex terra eſſe: & vnumquodque illuc, vnde profectum eſt, reuerſurum. Quae quidem explicatio confirmari poteſt ex hoc Epicharmi loco, qui habetur apud Plutarchum in Conſolatoria ad Apollonium, vnde forcaſſe haec ipſa transtulit Ennius, Συνεκρίθη, καὶ διεκρίθη, καὶ ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθε πάλιν. γᾶ μὲν ἐς γᾶν, πνεῦμα δ' ἄνω. Horum ſenſus eſt, Concretum eſt, & diſcretum: eoque iterum receſsit, vnde acceſsit: terra in terram, in ſublime verò ſpiritus. Eiuſdem ſententiae ſunt verſus illi, à Philone abſque auctoris nomine relati in libro, vbi mundum incorruptibilem eſſe diſputat. Quos denique Clementis Alexandrini teſtimonio in VI Stromat. ex Euripidis Chryſippo eſſe cognouimus,

> Χωρεῖ δ' ὀπίσω τὰ μὲν ἐκ γαίας
> Φύντ' ἐς γαῖαν, τὰ δ' ἀπ' αἰθερίου
> Βλαστάνοντα γονῆς εἰς οὐράνιον
> Πόλον ἦλθε πάλιν, θνήσκει δ' οὐδὲν
> Τῶν γιγνομένων, διακρινόμενον δὲ
> Ἄλλο πρὸς ἄλλο μορφὴν ἰδίαν ἀπέδειξε.

Hos ſic Gelenius Latinos fecit,

> *Genitum nihil emoritur,*
> *E terris orta, terra rurſus accipit:*
> *In caelum, quicquid eſt ſuum, reuertitur.*
> *Sed tranſpoſitum vltro, citroq.*
> *Formam priorem alterat.*

Nec alium Euripidis locum ex Supplicibus huic valdè conſonũ praetermittam, vbi Theſeus admonens, aequum eſſe, ac totius Graeciae legi conſentaneum, defunctorum humari cadauera, Sinite, inquit, mortuorum corpora terra operiri: vnde enim vnaquaeque pars ad corpus venit, illuc redit, ſpiritus quidem ad aethera, corpus verò ad terram,

> Ἐάσατ' ἤδη γῇ καλυφθῆναι νεκρούς:
> Ὅθεν δ' ἕκαστον εἰς τὸ σῶμ' ἀφίκετο
> Ἐνταῦθ' ἀπῆλθε. πνεῦμα μὲν πρὸς αἰθέρα,
> Τὸ σῶμα δ' εἰς γῆν ——

Cõueniũt hoc loco huiuſmodi Phocylidis poëtae vetuſtiſsimi verſus,

> Ψυχαὶ γὰρ μίμνουσιν ἀκήριοι ἐν φθιμένοισι.
> Πνεῦμα γάρ ἐστι θεοῦ χρῆσις θνητοῖσι, καὶ εἰκών.
> Σῶμα γὰρ ἐκ γαίης ἔχομεν, καὶ πάντες ἐς αὐτὴν
> Λυόμενοι κόνις ἐσμέν: ἀὴρ δ' ἀνὰ πνεῦμα δέδεκται.

Lib. 2. Idem etiam Lucretius protulit,

Cedit

Cedit item retrò, de terra quod fuit antè,
In terras, &, quod miſſum eſt ex aetheris oris,
Id rurſum caeli rellatum templa receptant.

Platonicus Pſellus explicans verba haec Chaldaici oraculi,

Χρὴ σὲ σπεύδειν πρὸς τὸ φάος, καὶ πατρὸς αὐγάς,
Ἔνθα ἐπέμφθη σοὶ ψυχὴ πολὺν ἑσσαμένη νοῦν.

Animam, inquit, non ab ſeminibus accepiſſe ſubſtantiam, neque corporeis ſubſiſtere temperamentis, ſed à Deo supernè habere exiſtentiam, & ad illum conuerti oportere. Philoſophi verba ſunt, Ἐπειδὴ οὐκ ἀπὸ σπερμάτων ἡ ψυχὴ τὴν ὑπόστασιν ἔλαβεν, οὐδ᾽ ἐν σωματικαῖς ὑφεστήκει κράσεσι, ἀλλὰ ἄνωθεν ἀπὸ θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχει, πρὸς ἐκεῖνον καὶ ἐπιστρέφεσθαι. Et Plutarchus in Romulo, poſtquàm huiuſmodi Pindari verba receſuit, Σῶμα μὲν πάντων ἕπεται θανάτῳ περισθενεῖ, ζωὸν δ᾽ ἔτι λείπεται αἰῶνος εἴδωλον, ſubdit, mentem ſolam ex Dijs eſſe; cuius vnde ortus, eôdem eſt & reditus, non quidem corpore comitante, verùm vbi à corpore explicata, & ſeiuncta ſit: & iam vndequaque pura euaſerit, & munda carne exuta. De corpore verò, quòd ad terram reuertetur, extat Capuae ad D. Benedicti pulcherrima huiuſmodi inſcriptio,

TE. TIBI.
VNA. QVAE. ES. OMNIA.
DEA. ISIS.
ARRIVS. BALBINVS.
V. C.

Iſin autem terram eſſe, & Oſirin Nilum, Aegyptiorum declarant myſteria. Eiuſdem ſententiae alia inſcriptio Narbone in vetuſto monumento viſitur.

LAGGE. FILI.
BENE. QVIESCAS.
MATER. TVA ROGAT.
TE. VT. ME. AD. TE.
RECIPIAS. VALE.
P. Q. XV.

Conuenit cum his hoc Palladae diſtichon, quo epigramma quoddā clauſit, Ὦ γένος ἀνθρώπων πολυδάκρυτον ἀσθενὲς οἰκτρὸν
Συρόμενον κατὰ γῆς, καὶ διαλυόμενον.

Cuius ſententiam Alciatus ſic Latinè explicauit,

O miſerum mortale genus lacrymabile ſemper,
Quod factum ex cinere eſt, ſoluitur in cinerem.

Tale quoque illud eſt Nazianzeni diuini Theologi,

Παντὶ βροτῷ θνήσκοντι πᾶσα γῆ τάφος
Πᾶν γὰρ τὸ ἐκ γῆς γῆ τε, καὶ εἰς γῆν πάλιν.

Lib. 3. Tuſ. Euripides apud Ciceronem,

Reddenda eſt terra terrae, tum vita omnibus
Metenda vt fruges, ſic iubet neceſſitas.

Cornelius Gallus, cuius ſi germana ſunt, quae in manibus habemus, effoeta iam Muſa videtur cecinisse,

Ortus cuncta ſuos repetunt, matremq. requirunt:
Et redit ad nihilum, quod fuit antè nihil.

Lib. 1. Quod quidem nullo pacto fieri poſſe teſtatur Lucretius,

Nunc agè ſis, quoniam docui nil poſſe creari
De nihilo, neque item genita ad nihilum reuocari.

Satyr. 3. Quam ſententiam ità vnico verſu complexus eſt Perſius,

Ex nihilo nihil, in nihilum nil poſſe reuerti.

ET CAPIT] Terra quidem corpus dat, & rurſus illa capit: quaſi dicat, & demum in ſuo ſinu recipit, nullo interim facto diſpendio, cùm ſcilicet nihil detrimenti, tùm dando, tùm recipiendo patiatur.
Lib. 15. Amplificauit Silius hanc ſententiam,

Hûc quicquid terrae, quicquid freta, & igneus aether
Nutriuit primo mundi genitalis ab aeuo,
Mors communis agit, deſcendunt cuncta, capitq.
Campus iners quantum interijt, reſtatq. futurum.

Xenoph. lib. 8. Hinc Cyrus, cùm iam morti proximus eſſet, praecepit filijs, vt, poſtquàm ex hac vita migrauerit, eius corpus neq. in auro, neq. in argento, neq. in alia vlla re conderent, ſed vt quàm primùm terrae redderent. Nihil enim beatius eſſe dicebat, quàm ſe terrae commiſceri, quae tot res, tam pulchras, tam bonas, & gignat, & nutriat. NEQVE DISPENDI FACIT HILVM] Varro lib. VIII rurſus haec eadem verba referens, ait, *Quod valet, neque diſpendij facit quidquam.* Et lib. IV, *Hila, ab hilo dicta, ideſt minimo; quod ait Ennius — neq. diſpendi facit hilum.* ISTAEC TERREIS GENTEIS OMNEIS PEPERIT, ET RESVMIT DENVO] Vi-
Lib. 9. detur hic verſus ad verbum ferè ex illo Xenophanis eſſe deſumptus,
Lib. 4. qui in Sex. Empirico, & Theodorito habetur,

Ἐκ γῆς γὰρ δὲ πάντα, καὶ εἰς γῆν πάντα τελευτᾷ.

Quod nihil à Pherecidis Syri opinione diſcrepat, qui terram voluit rerum omnium eſſe principium, & in eam cuncta reſolui. Idem etiam videtur Orpheus in hymnis explicaſſe, cùm Terram Deam vocat, beatorum, atq. mortalium matrem, omnia nutrientem, omnia dantem, fruges proferentem, ac omnia labefactantem,

Γαῖα θεά, μῆτερ μακάρων, θνητῶν τ' ἀνθρώπων
Πάντροφε, πανδώτειρα, τελεσφόρε, παντολέτειρα.

Homerus quoq. in hymnis dixit, terrae eſſe, vitam dare, & auferre,

od. 8

— τὰ δ' ἔχεται δουῦαι βίον, ἢ δ' ἀφελέσθαι.

His non ſunt Lucretiani verſus diſsimiles,

Praetereà pro parte ſua quodcunque alit, auget,
Roditur: & quoniam dubio procul eſse videtur
Omniparens: eadem rerum commune ſepulcrum. Lib. 6.

Philo in lib. περὶ κοσμοποιΐας poſtquàm multa praeclarè de mulieris, & terrae ſimilitudine in foetus productione diſſeruit, Mater, inquit, terra etiam eſſe videtur: quam ob rem & Antiquis illis viſum eſt, vt Δημήτηρ appellaretur, compoſito è matre, & terra nomine. Non enim terra mulierem, vt dixit Plato, ſed mulier terrã imitatur: quam Poëtae rectè omniparentem, frugiferam, Pandoramq. nominare conſueuerunt, vt generationis, perpetuationisq. cauſſam, tàm ſtirpiũ, quàm animalium. Graeca illius ſunt, Μήτηρ, δ' ὡς ἔοικε, καὶ ἡ γῆ, παρ' ὃ καὶ τοῖς πρώτοις ἔδοξεν αὐτὴν Δήμητραν καλέσαι: τὸ μητρὸς, καὶ γῆς ὄνομα συνθεῖσιν. οὐ γάρ γῆ γυναῖκα, ὡς εἶπε Πλάτων, ἀλλὰ γυνὴ γῆν μιμεῖται, ἣν ἐτύμως τὸ ποιητικὸν γένος παμμήτορα, καὶ καρποφόρον, καὶ Πανδώραν εἴωθεν ὀνομάζειν: ἐπειδὴ πάντων αἰτία γενέσεως, καὶ διαμονῆς ζώων ὁμοῦ, καὶ φυτῶν ἐστιν. Et in libello in Flaccum de terra loquens, quam, vt ipſe ait, natura hominibus, caeteriſq. terreſtribus vt proprium, ac peculiarem locum aſsignauit, vt non ſolùm viuant, ſed etiam moriantur, addit haec ipſa verba Ennianis ſimillima, ἵν' ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρώτην ὑποδέχηται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τοῦ βίου τελευταίαν ἀνάλυσιν. Nota quidem eſt illa M. Bruti interpretatio, qui cùm exacto Tarquinio ab Oraculo accepiſſet, eum ſummo Romanorum Imperio fore potiturum, qui priùs matrem oſcularetur, comunem matrem terram intelligens, humi prolapſus, ſimulata ſtoliditate, eam oſculatus eſt. ISTAEC DAT CIBARIA] Homerus, in hymno terrae, In Menex.

— ἣ φέρβει ἐπὶ χθονὶ πάνθ' ὁπόσ' ἐστιν.

Quae ab Eodem, quoniam fruges, aliaq. omnia ad vitam, victumq. pertinentia producit ζείδωρος cognominatur. Vnde Lucretius, Lib. 5.

— *omnibus omnia largè Tellus ipſa parit* —

Et ibidem, — *vt meritò maternum nomen adepta*
Terra ſit, è terra quoniam ſunt cuncta creata.

Cornelius Labeo ex Pontificum Indigitamentis Terram, inquit, Bonam eſſe dictam, quòd omnium nobis ad victum bonorum cauſſa ſit: & Opem, quòd ipſius auxilio vita conſtet. — ISTAEC OMNIBVS FRVGES GERIT] Haec ità à Scaligero emendantur. In Varrone autem ſcriptum eſt, *Quae dat cibaria, vt ait Ennius, quae quòd gerit fruges, Ceres.* Quam nominis explicationem ſequitur etiam M. Cicero, ait enim, *Mater autem eſt à gerendis frugibus Ceres, tanquàm Geres, caſuq. prima litera itidem immutata, vt à Graecis. Nam ab illis* Lib. 4. de Lin. Lat. Lib. 2. de Nat. Deor.

quoque

quoque Δημήτηρ, *quaſi* Γημήτηρ, *nominata eſt*. Apertè quidem ex his, quae ſuperiùs ex Philone retulimus, demonſtrauimus, terram Δημήτραν, quaſi γῆ μήτηρ appellari. Sed Plato aliam in Cratylo ſequitur enodationem: vultq́ terram Δήμητραν dici, tanquàm διδοῦσα ὡς μήτηρ. Ad hoc etymon videtur reſpicere ille Orphei verſus apud Diodorum Siculum, Γῆ μήτηρ πάντων, Δημήτηρ πλουτοδότειρα. FRIGORI IMMISCET CALOREM] Varro hoc modo hunc locum protulit,

Lib 4 de Lin. Lat.

Caelum, & Terra omnia ex ſe genuerunt, quòd per hos natura frigori immiſcet calorem, atq. humori aritudinem. Quae verba cùm poëtica eſſe, & numeris non carere olfeciſſem, Enniana eſſe ſuſpicatus ſum, & ad hunc librum pertinere. ET HVMORI ARITVDINEM] Nam prius in rudi illa mole, in qua rerum omnium ſemina confuſa erant, *Frigida*, vt Naſo ait, *pugnabant calidis, humentia ſiccis*.

Lib. 1. Met.

Idem Varro ad hunc locum reſpiciens, in Prometheo ait,

Humanae quandam ſtirpis gentem concoquit
Frigus, calori, atque humori aritudinem Miſcens ——

OMNE CORPVS, VBEI NIMIVS ARDOR, AVT HVMOR VIGET] Trochaicus (ni fallor) Ennianus, cuius fortaſſe haec etiam reliqua ſunt, quae quamuis à Varrone turbata verborum ſerie referantur, poëticum tamen neſcio quid redolent. Ità enim inquit, *Inde omne corpus, vbi nimius ardor, aut humor viget, aut interit, aut manet ſterile, cui teſtis aeſtas, & hiemps: quòd in altero aër ardet, & ſpica aret, & in altero natura ad naſcendum cum imbre, & frigore victitare non volt, & potiùs ver exſpectant*. Cicero in Timaeo, *Omnis enim coagmentatio corporis, vel calore, vel frigore, vel aliqua impulſione vehementi labefactatur, & frangitur, & ad morbos, ſenectutemq́. compellitur*. Sunt & haec Minutij Felicis verba aliquantulum Ennianis ſimilia, ait enim, *Corpus omne ſiue areſcit in puluerem, ſiue in humorem ſoluitur*, Caeterùm rectè dictum eſt, *vbei nimius ardor, aut humor viget*, Nam immodicus quidem adurit calor: & humor cùm redundat, corrumpit. Itaq. propter alterius exuperantiam infoecundum omne redditur corpus: quouſque caliditas cum humiditate coniuncta ad moderatam, aequabilemq. proportionem, ſiue ſymmetriam reducatur. Qua ratione Ocellus Lucanus ait, neque ex igne, neque ex glacie quidpiam oriri. Quò reſpiciens Pacuuius,

Sol ſi perpetuò ſit, aut nox flammeo
Vapore, aut frigore fructus omneis Interire ——

Ex his veluti radicibus proruperunt florentiſsimi hi Lucretij verſus ex lib. V. *Et tamen interdum magno quaeſita labore,*
Cùm iam per terras frondent, atq. omnia florent:
Aut nimijs torret feruoribus aethereus Sol,

Aut

Aut ſubiti perimunt imbres, gelidaeq. pruinae,
Flabraq. ventorum violento turbine vexant.

ISTEIC EST IS IVPPITER QVEM DICO, GRAECI VOCANT AERA] Aeſchylus Iouem, ait, aethera, terram, caelum, & omne eſſe, & ſi quid ſuperius,

Ζεύς ἐστιν αἰθήρ, Ζεὺς δὲ γῆ, Ζεὺς δ' οὐρανός,
Ζεύς τοι τὰ πάντα, χ' ὅ,τι τῶν δ' ὑπέρτερον.

Philemon, Ἀήρ, ὃν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ Δία.

Euripides apud Clementem in V Strom. Athenagoram in Apolog. & Probum in Sileno,

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
Καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις
Τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Qui verſus ſic à Cicerone in II De nat. Deorum Latinè explicati ſunt,

Vides ſublime fuſum immoderatum aethera,
Qui terram tenero circumiectu amplectitur?
Hunc ſummum habeto diuûm, hunc perhibeto Iouem.

Vnde Chryſippus Iouem aethera, & Crates, vt eſt apud Latinum Arati interpretem, caelum, & aëra eſſe aſſeruerunt. Hinc hi Latinorum Poëtarum verſus effluxerunt. Ennius in Thyeſte, —— *aſpice hoc*
Sublime candens, quem inuocant omnes Iouem.

Pacuuius in Chryſe,

Hoc vide circùm, ſupraq. quod complexu continet
Terrā, quod noſtrei caelum memorant, Graeci perhibēt aethera
Quicquid eſt, haec omnia is animat, format, auget, alit, creat,
Sepelit, recipitq. in ſeſe omnia: omniumq. idem pater eſt,
Indidemq. eadem, quae oriuntur, de integro, atq. eodem occidūt.

Cuius nō modò ſententiam, ſed verba paenè ipſa imitatus eſt Lucretius, Lib. 5.
Denique iam tuere hoc circùm, ſuperaq. quod omnem
Continet amplexu terram? quod procreat ex ſe
Omnia (quod quidam memorant) recipitq. perempta.
Totum natiuo mortali corpore conſtat.
Nam quodcunq. alias ex ſe res auget, alitq.
Deminui debet, recreari cùm recipit res.

Virgilius, —— *Deum nanq. ire per omneis* Li. 4. Geor.
Terraſq. tractuſq. maris, caelumq. profundum.

Lucanus, *Eſtq. Dei ſedes niſi terra, & pontus, & aër,* Lib. 9.
Et caelum, & virtus: ſuperos quid quaerimus vltrà?
Iuppiter eſt quodcunq. vides, quocunq. moueris.

Videntur autem ij Stoicorum opinionem ſequuti, qui ex puriſsimo aethere tāquàm per canalem ſemina in ſingulas res influere voluerūt:

indeq́. ſeminibus terram foecundari, homines, caeteraq́. animalia
Li. 1. Geor. ſenſibus imbui. Virgilius autem, & Horatius Iouem pro aëre poſue-
Lib. 1. Car. runt, cùm modò humidum, modò malum, modò frigidum appellarunt. Quod quidem à Democrito improbatur: ait enim hunc, quem Graeci ipſi vocăt aërem, totum fabulis oppleri, quòd is norit omnia, & det, & auferat, & ſit Rex omnium. Verba autem illa, — *quem dico Graeci vocant*, lego — *quem Δία Graeci vocant*. — QVIQVE VENTVS EST] Catullus apertiſsimè in Phaſeli dedicatione Iouem pro vento poſuit, —— *laeua, ſiue dextera*

Vocaret aura, ſiue vtrunq. Iuppiter
Simul ſecundus incidiſſet in pedem.

Conſtat autem ex Stoicorum opinione, ventum aëris eſſe fluxum. IMBER POSTEA] Quoniam, cùm condenſatur aër, in pluuiă facilè ſoluitur: ideò Iouem pluuiam quoq. eſſe exiſtimarunt: vnde à Graecis Iuppiter ὑετὸς, & ὄμβριος dictus eſt, & à Latinis pluuius. Quare Plato pluuiales nimirùm aquas intelligens, dixit ἐκ Διὸς ὕδατα. Ar-
Lib. 5. nobius, *Itaq. qui dicit, cum ſua concubuit Iuppiter matre, non inceſtas ſignificat, aut propudioſas Veneris complexiones, ſed Iouem pro pluuia, pro*
Lib. 2. *tellure Cererem nominat.* Lucretius ità etiam rem explicat,

Omnibus ille, idem pater eſt, vnde alma liquenteis
Humorum guttas mater cùm terra recepit,
Foeta parit nitidas fruges, arbuſtaq́. laeta,
Et genus humanum, parit omnia ſaecla ferarum,
Pabula cum praebet ——

Sed multis antè illum ſaeculis Orpheus,

Πέμπειν καρποτρόφους ὄμβρους ἐπὶ μητέρα γαῖαν.

Eclog. 7. Virgilius, *Iuppiter, & laeto deſcendit plurimus imbri.*
Li. 2. Geor. Et rurſus, *Tum Pater omnipotens foecundis nubibus aether*

Coniugis in gremium laetus deſcendit, & omneis
Magnus alit magno commiſtus corpore foetus.

Quem locum procul dubio à peruetuſto quodam Poëta accepit Maro, ità enim ille inquit,

*Vt pat * totis crearet vernis annum nubibus,*
In ſinum maritus imber fluxit almae coniugis:
Vt foetus immiſtus omnes aleret magno corpore.

Huc pertinet etiam illud Statij — *ipſum in connubia terrae*

Aethera, cùm pluuijs rareſcunt nubila, ſoluo.

Lib. 1. Caeterùm luculentiſsimi ſunt illi Lucretij verſus,

Poſtremò pereunt imbres, vbi eos Pater aether
In gremium matris terrai praecipitauit.
At nitidae ſurgunt fruges, ramiq. vireſcunt

Arboribus

Arboribus, creſcunt ipſae, foetuq. grauantur.
Hinc alitur porrò noſtrum genus, atq. ferarum.

Ex his autem verſibus cognoſcere licet, quónam pacto Lucretius heroicam maieſtatem ex Tragica grauitate deprompſerit. Sic enim Aeſchylus in Danais Venerem loquentem facit,

Ἐρᾷ μὲν ἁγνὸς οὐρανὸς τρῶσαι χθόνα,
Ἔρως δὲ γαῖαν λαμβάνει γάμου τυχεῖν.
Ὄμβρος δ' ἀπ' εὐνάεντος οὐρανοῦ πεσὼν
Ἔκυσε γαῖαν, ἡ δὲ τίκτεται βροτοῖς
Μήλων τε βοσκὰς, καὶ βίον δημήτριον,
Δένδρων δὲ τις ὥρα ἐκ νοτίζοντος γάμου
Τέλειος ἐςὶ, τῶν δ' ἐγὼ παραίτιος.

Extant etiam elegantes Euripidis verſus his non diſſimiles in Oedipo de de terrae amore erga caelum plurimis plenum imbribus,

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ' ὅτε ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχει,
Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο,
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτο ἐς ταυτὸν δύο,
Φύουσιν ἡμῖν πάντα, καὶ τρέφουσ' ἅμα,
Δι' ὧν βρότειον ζῇ, τε καὶ θάλλει γένος.

QVEI MORTALEIS, VRBEIS, ATQ. BELVAS OMNEIS IVVAT] Cicer. in II de Nat. Deor. *Sed ipſe Iuppiter, id eſt iuuans pater, quē conuerſis caſibus appellamus à iuuando Iouem.* QVOD HEIC OMNEIS, ET SVB HOC] Oſtendit his verbis non modò Iouem eſſe omnia, omniaq. vt dicebant Pythagorici, & deinde Aratus, & Maro, Iouis eſſe plena: ſed homines, & ipſas etiam beluas ex vniuerſa illius mente delibatas habere animas: ità vt omnia, quae ſunt, ex Ioue, & ſub Ioue ſint. Hinc Graeci Iouem Ζῆνα appellarunt, quòd animátibus vitam inſpiret, & Plato in Cratylo vtrũq. Iouis nomen coniunxit, Δία ſcilicet, & Ζῆνα, quaſi δι' αὐτὸν ζῆν, quòd per ipſum vita omnibus conſtet. Qua verò ratione Priſci illi Iouis omnia plena eſſe, dixerint, cumq. mundi animam eſſe opinati ſint, alibi diſſeremus. OVA PARIRE SOLET] *Parire*, pro, *parere*, ἀρχαϊκῶς per coniunctionis Enallagen, ſic etiam apud Lucretium *cupire*, pro, *cupere*. Lib. 1
Hunc verò verſum cum hemiſtichio, & alium cum alio hemiſtichio ſequentem in hoc opere retulimus, cùm ex Epicharmo, metro tantùm immutato, conuerſi videantur. Epicharmi autem locus, vnde ſumpti ſunt, ità ab Alcimo refertur in libris, quos ad Amyntham ſcripſit,

Εὔμαιε τὸ σοφόν ἐςιν οὐ καθ' ἓν μόνον,
Ἀλλ' ὅσσαπερ ζῇ πάντα καὶ γνώμαν ἔχει

Καὶ γὰρ τὸ θῆλυ τῶν ἀλεκτορίδων γένος
Αἰ λῇς καταμαθεῖν ἀτενὲς, οὐ τίκτει τέκνα
Ζῶντ᾽, ἀλλ᾽ ἐπῴζει, καὶ ποιεῖ ψυχὰν ἔχειν.
Τὸ δὲ σοφὸν ἁ φύσις τόδ᾽ οἶδεν ὡς ἔχει
Μόνα. πεπαίδευται γὰρ αὐταύτας ὕπο.

Quorum verſuum ſenſus eſt, Non in vno tantùm Eumaee conſiſtit ſapientia, ſed omnia, quae viuunt ſenſu praedita ſunt. Etenim ſi animaduertere volueris, gallina viuentes pullos non parit, ſed oua fouet, & facit, vt animam aſſumant. Quomodo autem huiuſmodi ſapientia ſeſe habeat, ſola ipſa nouit natura, vtpotè quae ab ea edocta ſit. —GENV' PENNEIS CONDECORATVM] Auiũ periphraſis. NON ANIMAS] Exiſtimant aliqui *animas* hoc loco pro, *animans* antiquo more dictum eſſe: nam Veteres non ſolùm ex participijs, ſed etiam ex nominibus ſaepè extremum *n*, auferre cõſueuerunt: vt *aduenies*, *abſes*, *infas*, pro, *aduenien*s, *abſens*, *infans*: & *pręgnas*, pro, *pręgnans*, vt in Pandectis Piſanis. INDE VENIT DIVINITV' PVLLEIS] Virgilius,

Lib. 6.

Inde hominum, pecudumq. genus, vitaeq. volantum.

Aliqui ne s, literam, eliderent, quod Ennio tam familiare eſt, contrà antiquorum codicum fidem legunt,

Inde venit pulleis diuinitus inſinuans ſe

Lib. 1.

Lucretius de noſtri Poëtae ſententia, ſiue Ennius ipſe, vt aliqui exiſtimant, *An pecudes alias diuinitus inſinuet ſe,*

Lib. 4.

Ennius vt noſter cecinit —— PROSERPINA] Varro de Diana loquens, quae & Diuiana dicitur, ait, *Hinc Epicharmus Enni Proſerpinam quoq appellat, quod ſolet eſſe ſub terreis. Proſerpina dicta, quòd haec vt ſerpens modò in dextram, modò in ſiniſtram partem latè mouetur. Serpere, & Proſerpere idem dicebant: vt Plautus, qui ſcribit, Quaſi proſerpens beſtia.* Extat his Plauti locus in Poenulo. Idem rurſus in Perſa,

Tanquàm proſerpens beſtia eſt bilinguis, & ſceleſtus.

Q. ENNII FRAGMENTA EX ASOTO, VEL SOTADICO.

Var. lib. 4. de Lin. La. Feſt. Tonſam.

IBant malacam † viere Veneriam corollam. † cluere
Aliuſq. in marei volt magno tęnere tonſam

Idem Tongent.

* Alij rhetoricam † tongent —— † trõgẽt.

Cyprio

— Cyprio boui merendam. Idem Cyprio.

† Propè ſtagna, genus vbei lanigerũ piſcibus † paſcit. Idem ibid.

* Tibicina maxumo † clamore mugit. Var. lib. 6. de Lin. La.

* Subulo finitimas propter aſtabat aquas. Idem ibid. Feſt. Subulo.

† Propter ſtagna vbei lanigerũ genus. † paſcitur. † labore

EXPLICATIO.

IN Feſti exemplaribus huius operis index habetur, *Ennius in Aſoto, &, in Aſota.* Dicitur autem ἄσωτος quaſi ἄσωστος ille, de cuius ſalute iam actum eſt. Hinc Alexandrinus Clemens de huius nominis ſignificatione, & enodatione dixit, Ἀσώτους τ' αὐτοὺς οἱ καλέσαντες πρῶτον εὖ μοι δοκοῦσιν αἰνίττεσθαι τὸ τέλος αὐτῶν, ἀσώστους αὐτοὺς κατὰ ἔκθλιψιν τοῦ σ στοιχείου γεγονηκότες. Budaeus ἀσώτους, luxu, & ganea perditos vertit. Cicero eam vocem retinens, *Nolim,* inquit, *mihi fingere aſotos, vt ſoletis, qui in menſa vomant, & de conuiuijs auferantur, crudiq. poſtridiè ſe rurſus ingurgitent; qui Solem, vt aiunt, nec occidentem vnquàm viderint, nec orientem, qui conſumptis patrimonijs egeant.* Scaliger autem vult hunc librum non *Aſotum*, ſed *Sotadicum* eſſe inſcribendum: nam antiquitus excuſa Varronis exemplaria non *Aſoto*, ſed *Sota* habent: quam veram lectionem eſſe aſſerit, ſed decurtatam. Nam *Sotadico* legendum eſt. Quare negat Ennium Aſotum ſcripſiſſe, ſed Sotadicum, & Caecilium Aſoti auctorem fuiſſe tradit. Quod autem Ennius Sotadicum ſcripſerit, & Caecilius Aſotum, id ex pleriſq. Nonij locis, illud ex Feſto, vt infra adnotabimus, apertiſsimè liquet. Nec tamẽ obſtat, quò minus Aſotus ab Ennio cõſcriptus ſit, quandoquidem idẽ argumentum, vt iam ſaepè compertum eſt, pluribus commune eſſe poteſt. Quare cùm Ennium & in Aſoto, & in Sotadico ab Auctoribus citatum offendimus, veriſimile eſt exiſtimare, Poëtam πολύγραφον vtrunque ſcripſiſſe librum. Sed ne in re tam dubia nimis audacter videremur iudicium noſtrum adhibuiſſe, vtroque modo *Aſotus*, vel *Sotadicus* in operis initio notauimus. Scripſit etiam Attius Sotadicos, vt ex Priſciano, & Agellio videre licet: & Aſotum Euthicles, vt ex Athenaeo cognouimus. Reliquum eſt, vt breuiter Sotadeorum originem, & quaedam ad eos pertinentia explicemus. Eſt igitur Sotadicus verſus à Sotade Cretenſi poëta, vt Diomedi placet, appellatus: de quo etiam Terentianus,

Li.2. Paed. cap. 1. — Lib. 2. De Finib. — Lib. 10. — Lib. 7. c. 9. — Lib. 3

Metrumq. facit σωταδικόν, quod vocitarunt,
Qui multa ferunt hoc pede Σωτάδην loquutum.

Fuit is ſummae impuritatis, ac turpitudinis mōſtrum, quae vita, moribus, & ſcriptis prae ſe tulit. Scripſit enim ridicula admodùm poëmata inhoneſtis cōſperſa iocis, quae φλύακας, vel κιναιδογλώττους appellauit. In qua poëmatum turpitudine Apollonius eius filius, vt Caryſtius Pergamenus refert, patrē eſt aemulat⁹: Quare rectè admonet Quinctilianus, vt huiuſmodi carmina à puerorum lectione amoueantur. Vſus eſt ille plurimùm, vt à Diomede, Terentiano, & Hepheſtione proditum eſt, Ionicis ἀπ' ἐλάσσονος, & ἀπὸ μείζονος: quo metro Adonim ſcripſiſſe cōſtat. Eſt & alia Sotadeorum ſpecies, quae reciproca dicitur, cuius huiuſmodi refertur exemplum,

Lib. 1. c. 14

Aſtra tenet caelum, mare claſſes, aëra meſſes.

Quod ſi inuerſo legatur ordine in aliam mutabitur formam, quemadmodum de illis proditum eſt, qui è maribus in feminas conuerſi ſunt: nam hexametri dignitate, maieſtateq́. omiſſa, molle, ac fractū Sotadeum euadet: & hoc retrogrado verborum ordine Iliadem fertur corruptis Homeri verſibus conſcripſiſſe, eaſdem tamen ſententias, ac voces retinentibus. Cuius quidem ineptias ita deridet Martialis,

Lib. 2.

Quòd nec carmine glorior ſupino,
Nec retro lego Sotadem cinaedum. Et paullò poſt,
Turpe eſt difficiles habere nugas:
Et ſtultus labor eſt ineptiarum.

Fuit huiuſmodi quidem reciprocorum verſuum genus, quos recurrentes Sidonius appellat, ex longa, & ocioſa meditatione repertum, quod plus longè requirit operae, quàm habeat, ſi tamen aliquam habet, venuſtatis. Nec tantum ex hexametro efficitur Sotadicus, verū etiam hexameter per hexametrum recurrit, vt in illo Maronis,

Li 9. Epiſt.

Lib. 1. Aen.

Muſa mihi cauſſas memora, quo numine laeſo,

Qui ſi praepoſterè legatur, iiſdem hexametri conſtabit pedibus, ſed fractis admodùm, & eneruatis. Quin etiam inani quadam ſubtilitate idem duobus ſimul verſibus ità ſunt experti, vt pentameter in hexametrum, & contrà conuertantur; ſi ab vltima dictione ad ſuperiorem gradatim deuenerimus, textricum radiorum more, quibus antè, & retrò telae percurruntur. In quo genere plurimùm inſudaſſe audiuimus Vincentium Friſciſcutium Fanenſem. Horum ſpecimen erunt Leonini illi verſus de Abelis, & Caini ſacrificio,

Sacrum pingue dabo, non macrum ſacrificabo:
Sacrificabo macrum, non dabo pingue ſacrum.

IBANT MALACAM VIERE] Graeco more pro, ad viendum. Vulgati aliqui codices habent *malam*, aliqui *malacci*, Quidam ex coniectura legunt. *Ibant mane viere*. Refert Varro hunc verſum ex Aſoto Ennij, & eundem hoc modo Cenſorinus, quem Ionicum ſeptena-

De die nat.

ptenarium eſſe tradit,

Ibant malam eluere Veneriam corollam.

Veneris autem corollae ex roſis nectebantur: quas illi imprimis charas fuiſſe, vel Anacreontis teſtimonio perſpicuum eſt: ideoq. *malacam corollam* dixit, quaſi delicatam, vel molliter compoſitam: quemadmodum etiam ab Homero dictum eſt μαλακὸς χιτών: ad cuius imitationem dixit Ouidius *mollia velamina*, & Plautus *malacum pallium*, qui etiam à Graeco verbo μαλακίζειν, *malaciſſare* dixit, pro, mollire, & molle reddere. Vnde Graecis μαλάχη, & Latinis malua, quòd ventrem molliat. Extat apud Hepheſtionem, vbi περὶ τοῦ ἀπὸ μείζονος Ἰωνικοῦ tractat, hic verſus ex innominato Auctore, ex quo arbitror Ennianum hunc eſſe tranſlatum, Lib. 15. In Bacchid.

Πόας τέρεν ἄνθος μαλακὸν ματεῦσαι.

In Feſto Florentiae nuper impreſſo ità ſine Auctoris nomine habetur Ennij locus, qui in hactenus editis deerat, *Viere, alligare ſignificat, vt hic verſus demonſtrat, Ibant malaci viere Veneriam corollam, vnde vimina, & vaſa viminea, quae vinciuntur ligata.* ALIVSQ. IN MAREI] In quibuſdam Pompeij exemplaribus refertur hic locus ex *Aſoto* Ennij: in alijs verò ex *Aſota*. — TONSAM] Remum. Dicta autem eſt tonſa, non vt vult Feſtus, quaſi tondeatur ferro, cùm omnia, quae ferro tonderentur, tonſae appellari poſſent, neque, vt ait Seruius, à decutiendis fluctibus, ſicut tonſores à tondendis, & decutiendis capillis, ſed à tundendis fluctibus, vel quia de arboribus fiunt, cùm rami tonſi ſunt. ALII RHETORICAM TONGENT] Quamuis vnde hic Ennij locus petitus ſit, ignoretur: tamen non malè videtur cum ſuperioribus cohaerere. Scaliger verſum explet, In Tõſam. In 7. Aen.

Alij rhetoricam tongent, & vincere volunt.

CYPRIO BOVI MERENDAM] Lilius Giraldus in IX de Poëtis dialogo tradit, Sotadicum carmẽ primùm apud Latinos Ennium eſſe aggreſſum in eo, quod, *Cyprio boui merenda*, inſcribitur. In qua re lapſus videtur, cùm apertè ex Feſto appareat, verba illa ex Sotadico verſu eſſe deſumpta: non autem, vt ille exiſtimat, eſſe libri inſcriptionem. Quod vt melius perpendatur, Feſti verba tranſcribemus, *Cyprio boui merendam Ennius Sotadico verſu cùm dixit, ſignificat id, quod ſolet fieri in inſula Cypro, in qua boues humano ſtercore paſcuntur.* Quod quidem non paſtus cauſſa ſumunt, ſed vt eo remedio torminibus medeantur: de quibus ait Plinius, *Boues in Cypro contra tormina, hominum excrementis ſibi mederi.* Suidas ex Tarrhaeo ait, βοῦς Κύπριος de homine futili, ſtupidoq. dici, quòd fertur, Cyprios boues ſtercoribus veſci. Quo probro Ariſtophanes facetè medicorum accuſat auaritiam: quos quoniam aſſiduè excrementa contemplantur, Lib. 28. c. 10. In Pluto.

σκατο-

σκατοφάγους appellauit. — MERENDAM] Tradit Feſtus antiquos merendam dixiſſe pro prandio, quòd ſcilicet medio die caperetur. Calpurnius, —— *ſerae cùm venerit hora merendae.*

PROPE STAGNA] Feſtus ibidem de eodem Poëta intelligens, ait, *Idem cùm dicit, propter ſtagna vbei lanigerum genus piſcibus paſcitur, eſſe paludem demonſtrat, in qua naſcuntur piſces ſimiles ranunculis, quos oues conſectatae edunt.* GENVS VBEI LANIGERVM] Ouium periphraſis. Eodem modo de auibus,

Lib. 1. Annal. —— *genu' penneis condecoratum*, &, — *genus altiuolantum.*

Lib. 6. de Lin. Lat. TIBICINA MAXVMO CLAMORE MVGIT] Notat hîc M. Varro, *mugire*, quod vitulorum eſt proprium, ad homines, ſicut pleraeq. aliorum animalium voces, quandoque transferri. Nos haec verba hûc retulimus: quoniam Sotadici comma viſa ſunt. SVBVLO FINITIMAS] Cùm ſuperiori verſu Tibicinae mugientis mentio facta ſit, rectè quidem me facturum exiſtimaui, ſi cum Tibicina Subulum propter aquam aſtantem coniungerem. Eſt autem Subulo, vt Varro, & Feſtus docent, Tuſca vox, quae Tibicinem ſignificat. Hic verſus in vetuſto M. Varronis codice habetur,

Subulo quondam marinas propter aſtabat aquas.

Quo etiam modo in Feſto legitur, praeterquàm in vltima dictione, vbi pro, *aquas*, *plagas* ſcriptum eſt. Verſus eſt ſeptenarius trochaicus catalecticus. — ASTABAT] Fortaſſe meliùs vt putat Scaliger, *aſſabat*, cùm de tibicine loqueretur. Vnde aſſa vox.

Q. ENNII SATYRARVM FRAGMENTA.

EX LIBRO I

Non. Conuiuant. MAlo hercle ſuo magno conuiuat ſine modo.

Idem Celerè. Dum quicquid das celere ——

EXPLICATIO.

QVoniam, quae ab Antiquis de Satyrarum origine, & argumento tradita ſunt, ſumma diligentia Franciſcus Robortellus, Polydorus Virgilius, Lilius Giraldus, aliiq. quamplurimi collegerunt: iccircò ſuperuacaneo huic labori, ne aliorum ſcripta exſcribere videremur, parcendum duximus. Quod verò horum librorum fuerit argumen-

gumentum incertum eſt. Puto tamen eos diuerſis rebus fuiſſe confertos: & quò omnia Satyrae titulo congruerent, ſiue illa à quodam farciminis genere ſic appellato, quòd multis rebus eſſet refertum, ſiue à Satyra lance, quae varijs plena primitijs in Antiquorum ſacrificijs offerebatur, ſiue à lege Satyra, quae vno rogatu multa ſimul cōprehendebat, diuerſis quoque apparent metrorum generibus fuiſſe conſcriptos. Quare miror Crinitum, virum alioquin eruditum credidiſſe, hos Satyrarum libros quadratis verſibus conſtare. Confirmat noſtram hanc opinionem Diomedes, qui ait, *Olim carmen, quod ex varijs poëmatibus conſtabat Satyra vocabatur, quales ſcripſerunt Pacuuius, & Ennius.* Quale verò cuiuſdam Ennianae Satyrae fuerit argumentum, hoc modo Quinctilianus explicauit, *Sed formas quoq. fingimus ſaepè, vt Famam Virgilius, vt Voluptatem, ac Virtutem, quemadmodum à Xenophonte traditur, Prodicus, vt Mortem, & Vitam, quas contendentes in Satyra tradit Ennius.* Ad cuius fortaſſe imitationem Nouius Mortis, & Vitae iudicium ſcripſerat. MALO HERCLE SVO MAGNO] Reprehendit Poëta in hac Satyra immodicum alicuius in conuiuijs luxum: quod ſine ſuo magno malo, hoc eſt ſine ingenti bonorum effuſione fieri nequit. Quare apud Romanos cùm nullo adhibito modo, atque ratione conuiuia magnis profuſis ſumptibus aſſiduè pararētur, lege Licinia poenis impoſitis moderata ſunt. Obſeruandum eſt huiuſmodi dicendi modo Veteres ſignificaſſe, aliquem non abſque poena eſſe abiturum Plaut. Aſinaria,

Lib. 1. De Poët. c. 2.

Lib. 3.

Lib. 9. c. 11.

Benè merendi mala es, malè merendi bona es:
At malo cum tuo —— Idem ibidem ijſdem Ennianis verbis, *Malo hercle iam magno tuo.* — CONVIVAT] Pro, conuiuatur, antiquo more. Pomponius Munda,

Si Kalendis conuiuat, Idibus coenet foris.

— SINE MODO] Nimis profusè. Cui contrarium eſt Horatianum illud, *Eſt modus in rebus* — DVM QVICQVID DES CELERE] Vel eos carpit, qui in largitionibus bona omnia profundūt, vel reſpicit ad prouerbium, *Bis dat, qui citò dat.* — DES] Ianus Gulielmus in Plaut. quaeſt. legit *da*, aut, *dane*. CELERE] Pro, celeriter.

Sermon. lib 1. Saty. 1.

Q. ENNII SATYRÁRVM FRAGMENTA.

EX LIBRO II

*

INde locei liquidas, pilataſq. aetheris oras
Contemplo ——

Ser. in Schedis.

Reſti-

Reſtitãt,occurrũt,obſtãt,obſtringillãt,† obganniũt. † obgi ãnt.

EXPLICATIO.

— PILATASQ. AETHERIS ORAS] Seruius, vt tradit Scaliger ex Schedis P. Danielis non dum editis, refert hunc verſum ex lib. II Satyrarum Ennij, vbi *pilatas*, preſſas, & denſas interpretatur, & *pilatim* ſtrictim, & denſè: additq. pro ſuae explicationis confirmatione hunc Scauri locum ex libris de Vita ſua, *In agrum hoſtium veni, pilatim exercitum duxi*. Item alium Sempronij Aſellionis, *Quartum ſignum accedebat, ſiue pilatim, ſiue paſſim iter facere volebant*. RESTITANT, OCCVRRVNT] Carmen aſyndeton. — OBSTRINGILLANT] Obſtant exponit Nonius. Alij legunt *obſtrigillant*, alij *obſtrigilant*, vnde obſtrigilator hoc eſt reprehenſor, dictum, vt notat Turnebus, à ſtrigilibus, quibus cùm vehemétiùs ſtringimur, etiam plerunque laedimur. Lib. 15. Aduerſ. c. 2.

Q. ENNII SATYRARVM FRAGMENTA.

EX LIBRO III

Non. Propinare, & Medullitus

ENni poëta ſalue, qui mortalibus
Verſus propinas † flammeos medullitus. † flammeus.

Idem Criminat.

Nam is non benè volt tibei, qui falsò criminat
Apud te —

Idem Politiones.

— teſteis ſunt
Latei campei, quos gerit Africa terra politos.

EXPLICATIO.

ENNI POETA SALVE] Niſi manifeſtè hi duo ſenarij à Nonio ex libro III Satyrarum Ennij adducerentur, ſuſpicarer ab alio quopiam antiquo Poëta quaſi cum Ennio colloquente fuiſſe editos. Sed nunc credendum eſt, aliquem in hac Satyra ab Ennio eſſe inductum, qui eum his verbis compellaret. VERSVS PROPINAS] Tranſlatio ſumpta à compotatoribus: qua Plautus etiam in Sticho vſus eſt,

Propino

Propino tibi ſalutem plenis faucibus.

Verbi origo Graeca eſt ἀπὸ τοῦ προπίνειν — CRIMINAT] Antiquè, vt ſuprà *conuinat*. Malunt aliqui legendum eſſe hunc verſum,

Is tibei non benè volt, quei falsò criminat ad te.

— TESTEIS SVNT] Vide quae de hoc loco in Scipione diximus. — AFRICA TERRA] Virg. — *quos Africa terra triūphis* Lib.4 Aen.

Diues alit —— Idem eodem modo, *Itala terra* — & Cato Lib 7. *Italia terra* in Oratione pro Achaeis. Tibullus ſimiliter pro Campania *Campaniam terram* dixit: Lucilius, & Catullus pro Hiſpania *Iberiam terram*, & *Celtiberiam terram*, & pro Aſia Poëta neſcio quis apud Ariſtotelem Ἀσίας ἀπὸ γαίης. Li.3 Rhet.

Q. ENNII SATYRARVM FRAGMENTA.

EX LIBRO IV.

Neque triſte quaeritat ſinapi, neq. cepe moeſtum. Macrob. lib.6. c.5.

EXPLICATIO.

NEQVE TRISTE QVAERITAT SINAPI] Macrobius refert hūc locum ex IV Sabinarū: quae quidem inſcriptio mihi diù ſuſpecta fuit: eamq. tribus adductus rationibus omninò reijciendam puto: & apud eum Auctorem pro, *Sabinarum*, *Satyrarū* eſſe reponendum. Prima, quòd hactenus huiuſmodi Operis indicem nuſquàm apud Auctores inuenerim. Altera, quia haud facilè perſuaderi poſſum, Ennium ſeparato volumine de Sabinarum raptu hiſtoriam conſcripſiſſe, cùm in Annalium libris manifeſtum ſit, eam eſſe proſecutum. Tertia deniq. cùm nec verba, nec numeri eam nobis materiam ſignificare videantur. Dixit autem *triſte Sinapi*, pro amaro, vt exponit Macrobius: ſed meliùs (vt opinor) μετωνυμικῶς ab effectu: Lib.6. c.5. nam propter acrimoniam lacrymas ciet. Vnde à Graecis Sinapi dicitur, ὅτι σίνεται τοὺς ὦπας ἐν τῇ ὀσμῇ, quòd ſcilicet olfactum oculis noceat. Ad quod alludens Ariſtophanes in Equitibus ait,

Κἄβλεψε νάπυ, καὶ τὰ μέτωπ' ἀνέσπασε.

Quem verſum referens Crates in libris περὶ τῆς Ἀττικῆς λέξεως, pro, νάπυ σίναπι, & pro, τὰ μέτωπ', πρόσωπ' videtur legiſſe. Eandem ob acrimoniā Nicander in Georgicis dixit στύμματά τ' ὀξόεντα σινήπυος. Columella de Cultu hortorum,

Seq. laceſſenti fletum factura Sinapis.

Plautus Pſeudulo,

Teritur Sinapi ſcelerata cum illis, qui terunt,
Prius quàm triuerunt oculi, vt exſtillent, facit.

Idem Truculento,

Si Ecaſtor hic homo Sinapi victitet, non cenſeam
Tam eſſe triſtem poſſe ——

Vnde vulgò ij Sinapi victitare dicuntur, qui moroſi admodùm, diffícileſq. natura ſunt. CEPE MESTVM] Eodem metonymiae tropo *cepe moeſtum* dixit: nam & ipſum quoq. fletum excitat. Varro Manio, *Dulcem aquam bibat ſalubrem, & flebile excitet cepe.*

Lib. 5. Satyr. Lucilius, *Lippus edenda acria aſſiduè ceparin' cepa*
Lacrimoſa —— Qui locus non eſt integer, & longè ſecus habetur apud Priſcianum lib. VI. Eodem adiuncto vſus eſt Columella lib. X, *Atq. oleris pulli radix, lacrimoſaq. cepa.*

Lib. 5. Satyr. Rurſus Lucilius,

Flebile cepe ſimul, lacrimoſaeq. ordine tallae.

In Cepe. Ita emendandus eſt Nonij locus, in quo pro, *tallae, talpae* perperàm irrepſit. Eſt autem talla, vt in veteri Gloſſario explicatur τοῦ κρομμύου λέπυρον. Vnde liquet, quã procul ab antiquae ſcripturae veſtigijs Nonij emendator pro, *talpae* cenſuerit *ſcyllae* eſſe reponendum. Nouius in Appella, *Cui cepe edendo oculus alter profluit.*

Hinc prouerbiali ſcommate in eos dici ſolet, qui flẽtes poenas dant, κρόμμυα ἐσθίειν. Quod ex illo Biantis Prienaei reſponſo videtur emanaſſe, qui, vt refert Philo in libro Ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, accerſitus à Croeſo contemptim, ac minaciter Regi reſpondit, vt cepas ederet, hoc dicto ciuiliter ei fletum ſubindicans. Idem etiam à Laërtio in illius vita proditum eſt: à quo ab Alyatte non à Croeſo Bias accerſitus traditur. Cepe autẽ à Graecis κρόμμυον dictum eſt, quod ἀπὸ τοῦ ἐσκεπασμένον, ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύομεν. Ariſtoteles verò ita in Problematis

Sect. 20. appellari ait, ὡς τὴν κόρην ποιεῖν συμμύειν, quòd ſcilicet pupillam comprimi cogat. Etymologici Auctor vnico μ̄ κρόμυον ſcribit, παρὰ τὸ τὰς κόρας μύειν τῶν ἐσθιόντων αὐτό. Latini non ab effectu, ſed à capitis ſimilitudine cepe dixerunt.

Q. ENNII SATYRARVM FRAGMENTA.

EX LIBRO VI.

Donat. in Phor. QVippe ſine cura laetus lautus quòm aduenis
Inſerteis malcis, & expedito brachio,

Alacer,

Alacer, celſus, lupino impetu exſpectans.
Mox dum alterius obligurrias bona,
Quid cenſes domineis eſſe animi? Prò diuôm fidem
Ille triſtis cibum dum ſeruat, tu ridens voras.

EXPLICATIO.

QVIPPE SINE CVRA] Donatus explicans hos Terentij verſus ex Phormione,

Té ne aſymbolum venire vnctum, atq. lautum è balneis,
Ocioſum ab animo, cùm ille & cura, & ſumptu abſumitur,
Dum tibi ſit quod placet, ille ringitur, tu rideas,
Prior bibas, prior decumbas, coena dubia apponitur,

ait, haec non ex Apollodoro eſſe tranſlata, ſed ex ſexto Satyrarum Ennij. Quare nequeo non mirari Porphyrionem, qui in expoſitione Satyrarae X libri I Horatij dicit, quatuor Satyrarum libros ab Ennio eſſe relictos. INSERTEIS MALEIS] Feſtiuiùs Plautinus Paraſitus in Captiueis,

Cum calceatis dentibus veniam tamen.

LVPINO IMPETV] Plautus ibidem,

Quaſi lupus eſuriens metui, ne in me faceret impetum.

ALTERIVS OBLIGVRRIAS BONA] Terentius in Eunucho, *patria qui abligurrierat bona.* Idem ibidem ſimplex *ligurrio* protulit, quod duobus *r r*, Eruditi aliqui ſcribendum affirmant.

Q. ENNII SATYRARVM FRAGMENTA.

EX INCERTIS LIBRIS.

NAm quei lepidè poſtulat alterum fruſtrari Agel. lib.
Quem fruſtratur, fruſtra eum dicit, fruſtra eſſe, 18. cap. 2.
Nam ſeſe fruſtrari, quem fruſtra ſentit
Qui fruſtratur, is fruſtra eſt, ſi non ille eſt fruſtra.

Hercle puto, hoc erit tibei argumentum ſemper in promptu ſitum, Idem lib. 2 cap. 29.
Ne quid exſpectes amicos, quod tu agere poſsis.

Seq. laceſſenti fletum factura Sinapis.

Plautus Pſeudulo,

Teritur Sinapi ſcelerata cum illis, qui terunt,
Prius quàm triuerunt oculi, vt exſtillent, facit,

Idem Truculento,

Si Ecaſtor hic homo Sinapi victitet, non cenſeam
Tam eſſe triſtem poſſe ——

Vnde vulgò ij Sinapi victitare dicuntur, qui moroſi admodùm, difficilesq. natura ſunt. CEPE MESTVM] Eodem metonymiae tropo *cepe moeſtum* dixit: nam & ipſum quoq. fletum excitat. Varro Manio, *Dulcem aquam bibat ſalubrem, & flebile excitet cepe.*

Lib. 5. Satyr. Lucilius, *Lippus edenda acria aſſiduè ceparius cepa*
Lacrimoſa —— Qui locus non eſt integer, & longè ſecus habetur apud Priſcianum lib. VI. Eodem adiuncto vſus eſt Columella lib. X, *Atq. oleris pulli radix, lacrimoſaq. cepa.*

Lib. 5. Satyr. Rurſus Lucilius,

Flebile cepe ſimul, lacrimoſaeq. ordine tallae.

In Cepe. Ita emendandus eſt Nonij locus, in quo pro, *tallae*, *talpae* perperàm irrepſit. Eſt autem talla, vt in veteri Gloſſario explicatur τοῦ κρομμύου χίτυρον. Vnde liquet, quā procul ab antiquae ſcripturae veſtigijs Nonij emendator pro, *talpae* cenſuerit *ſcyllae* eſſe reponendum. Nouius in Appella, *Cui cepe edendo oculus alter profluit.*

Hinc prouerbiali ſcommate in eos dici ſolet, qui flẽtes poenas dant, κρόμμυα ἐσθίειν. Quod ex illo Biantis Prienaei reſponſo videtur emanaſſe, qui, vt refert Philo in libro Ὅτι πᾶς σπουδαῖος ἐλεύθερος, accerſitus à Croeſo contemptim, ac minaciter Regi reſpondit, vt cepas ederet, hoc dicto ciuiliter ei flętum ſubindicans. Idem etiam à Laërtio in illius vita proditum eſt. Sed ab Alyatte non à Croeſo Bias accerſitus traditur. Cepe autẽ à Graecis κρόμμυον dictum eſt, quod αὐτοῦ ἐσφραγμένοι, ἢ ἐσθίοντες τὰς κόρας μύομεν. Ariſtoteles verò ita in Problematis Sect. 20. appellari ait, ὡς τὴν κόρην ποιεῖν συμμύειν, quòd ſcilicet pupillam comprimi cogat. Etymologici Auctor vnico μ κρόμυον ſcribit, παρὰ τὸ τὰς κόρας μύειν τῶν ἐσθιόντων αὐτό. Latini non ab effectu, ſed à capitis ſimilitudine cepe dixerunt.

Q. ENNII SATYRARVM FRAGMENTA.

EX LIBRO VI.

Donat. in Phor. QVippe ſine cura laetus lautus quòm aduenis
Inſerteis maleis, & expedito brachio,

Alacer,

in Prae. .... abſque dubio in *Praeceptis* legendum eſt. VEI OPERAM ADDIT] Non eſt verendum, quin hic locus plurimis mendis ſcateat.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX INCERTO LIBRO.

EO ego ingenio natus ſum, amicitiam Non. Inimicitia. Agel. lib. 19. c. 8.
Atque inimicitiam † in fronte promptam gero. † In frõtem.

EXPLICATIO.

DVo hi verſus ab Agellio & Nonio afferuntur, vt oſtenderent, Veteres ſingulari numero *inimicitiam* dixiſſe, quã vocem etiam apud Attium in eodem numero Chariſius obſeruauit. Saluſtius autem *amicitias*, & *inimicitias* plurali numero protulit. Lib 1 In Catil. Ex quo verò Ennij libro hoc fragmentũ ſumptũ ſit, prorſus eſt incertũ. Haec tantùm ab Agellio prodita ſunt, *Inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratiſſimo libro dixit. Eo ego ingenio*, & caet. Qua ſententia perſpicuum ſui animi candorem oſtendẽs, duplices homines carpere videtur, qui occultas familiariter inimicitias exercent. De quibus ait Caecilius in Subdititio, *Nam ij ſunt inimicei peſſumei, fronte hilaro,*

Corde triſti, quos neque vt apprehendas, neque vt mittas ſcias.

DE ACROSTICHIDIBVS.

OMnia Ennij carmina, quae Acroſtichides appellabãtur, nõ modò temporũ iniuria interciderunt, ſed eorum etiã nomẽ penitus abolctum fuiſſet, niſi vnius Ciceronis teſtimonium in poſterum memoria conſeruaſſet: qui poſtremo de Diuin. lib. inquit. *Tum verò ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur, cùm deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, vt in quibuſdam Ennianis, quae Ennius fecit. Id certè magis eſt attenti animi, quàm furentis. Atque in Sibyllinis ex primo verſu cuiuſque ſententiae primis literis illius ſentẽtiae carmẽ omne praetexitur.* Ex quibus Ciceronis verbis nõ modò quae ſint Acroſtichides apertè cognouimus, ſed eas Ennius ad Sibyllinorũ verſuũ imitationẽ ſcripſiſſe. Dicũtur autẽ Acroſtichides, vt refert Thucydidis Scholiaſtes παρὰ τὸ ἄκρον τοῦ στίχου, quo nomine intelligitur ἡ τοῦ στίχου ἀρχή, quẽadmodũ

ἀκρο-

Q. ENNII PRAECEPTORVM FRAGMENTVM.

Priſ.lib 10

VBei vidit auenam, lolium creſcere
Inter triticum, ſelegit, ſecernit, aufert ſedulò
Vei operam addit, quam tanto ſtudio ſeruit.

EXPLICATIO.

INter praeclaras noſtri Poëtae lucubrationes hanc Praeceptorũ non vltimum obtinuiſſe locũ arbitror: cùm in ea, vt ex hoc fragmento, quod Priſciano acceptum referimus, appareat, Enniũ vtile dulci, vt ait Flaccus, immiſcere voluiſſe: dum ſaluberrima praecepta ex intimis Philoſophiae penetralibus eruta, poëtica ſuauitate, leporeque cõdiuerit. Veriſimile quidem eſt hac comparatione ex Agricolae diligentia ducta, Poëtam monuiſſe, corruptos, prauosque adoleſcentium mores, antequàm firmiores in teneros eorum animos radices agant, & maius temporis diuturnitate ſuſcipiant incrementũ, ſuaſionibus, minis, verberibusq. funditus eſſe extirpãdos: quod quidem prudens pater familiâs non minori ſedulitate efficere debet, quàm expertus agricola, qui *Vbei videt auenam, lolium, creſcere*
Inter triticum, ſelegit, ſecernit, aufert ſedulò.

In Poët.

Eclog. 5.& 1. Geor.

Eaſdem herbas tanquàm frugibus inimicas memorat Virgil.
Infelix lolium, & ſteriles dominantur auenae.

Non videtur hinc longè nimis remotum eſſe illud Platonis in Euthyphrone, vbi cõmemorat Socrates, quae ſibi à Melito obijciebantur. Ὀρθῶς, γάρ ἐςι τῶν νέων πρῶτον ἐπιμεληθῆναι, ὅπος ἔσονται ὅτι ἄριςοι, ὥσπερ γεωργὸν ἀγαθὸν τῶν νέων φυτῶν εἰκὸς πρῶτον ἐπιμεληθῆναι. μετὰ δε τοῦτο καὶ τῶν ἄλλων. καὶ δὴ καὶ Μέλιτος ἴσως πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐκκαθαίρει, τοὺς τῶν νέων τὰς βλάςας διαφθείροντας, ὥς φησιν. Hoc eſt, Rationi conſonum eſt, primam de adoleſcentibus curam eſſe habendam, quò optimi euadant, haud ſecus quàm bonum Agricolam decet nouellarum plantarum primùm curam gerere, deinde verò de caeteris curandis habere rationem, & ſanè etiam Melitus fortaſſe primùm nos, qui tenera iuuenum germina, vt ipſe ait, corrumpimus, expurgare intendit. AVFERT SEDVLO. Fertur illud prouerbij inſtar à Nicephoro Calliſto, *Vt herbas nocentes vellere.* Alterùm verò ex hoc opere fragmẽtũ ſuſpicor à Feſto in verbo *Punici* fuiſſe relatũ, nam vbi legitur *Ennius*

in Prae. . . . : abſque dubio in *Praeceptis* legendum eſt. VEI OPERAM ADDIT] Non eſt verendum, quin hic locus plurimis mendis ſcateat.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX INCERTO LIBRO.

Non. Inimicitia. Agel. lib. 19. c. 8.

EO ego ingenio natus ſum, amicitiam
Atque inimicitiam † in fronte promptam gero.

† In frõtem.

EXPLICATIO.

DVo hi verſus ab Agellio & Nonio afferuntur, vt oſtenderent, Veteres ſingulari numero *inimicitiam* dixiſſe, quã vocem etiam apud Attium in eodem numero Chariſius obſeruauit. Saluſtius autem *amicitias*, & *inimicitias* plurali numero protulit. (Lib 1 In Catil.) Ex quo verò Ennij libro hoc fragmentũ ſumptũ ſit, prorſus eſt incertũ. Haec tantùm ab Agellio prodita ſunt, *Inimicitiam autem Q. Ennius in illo memoratiſſimo libro dixit. Eo ego ingenio*, & caet. Qua ſententia perſpicuum ſui animi candorem oſtendẽs, duplices homines carpere videtur, qui occultas familiariter inimicitias exercent. De quibus ait Caecilius in Subdititio, *Nam ij ſunt inimicei peſſumei, fronte hilaro,*
Corde triſti, quos neque vt apprehendas, neque vt mittas ſcias.

DE ACROSTICHIDIBVS.

OMnia Ennij carmina, quae Acroſtichides appellabãtur, nõ modò temporũ iniuria interciderunt, ſed eorum etiã nomẽ penitus abolctum fuiſſet, niſi vnius Ciceronis teſtimonium in poſterum memoria conſeruaſſet: qui poſtremo de Diuin. lib. inquit. *Tum verò ea, quae ἀκροστιχὶς dicitur, cùm deinceps ex primis verſus literis aliquid connectitur, vt in quibuſdam Ennianis, quae Ennius fecit. Id certè magis eſt attenti animi, quàm furentis. Atque in Sibyllinis ex primo verſu cuiuſque ſententiae primis literis illius ſentẽtiae carmẽ omne praetexitur.* Ex quibus Ciceronis verbis nõ modò quae ſint Acroſtichides apertè cognouimus, ſed eas Ennius ad Sibyllinorũ verſuũ imitationẽ ſcripſiſſe. Dicũtur autẽ Acroſtichides, vt refert Thucydidis Scholiaſtes παρὰ τὸ ἄκρον τοῦ στίχου, quo nomine intelligitur ἡ τοῦ στίχου ἀρχή, quẽadmodũ ἀκρο-

ἀκροτελεύτιον, τὸ τοῦ ςίχου τέλος. Comprobat ea, quae Cicero dixit de Sibyllinis carminibus exẽplum Sibyllae Erythraeae, ſiue vt malũt aliqui Cumeae, quod tribus & triginta verſibus refert Euſebius ἐν τῷ λόγῳ Βασιλικῷ, de qua ait, illam aliquando in penitioribus adytis intermiſſo importuno ſuperſtitioſae religionis ritu, diuino afflatam numine apertè de Deo quae ventura erant carminibus fuiſſe vaticinatam: in quibus primarum literarum ordine, quae ἀκροςιχὶς dicitur, historiã de Ieſu aduentu declarauit. Acroſtichis autem hoc modo ſe habet, ΙΗΣΟΥ͂Σ ΧΡΙΣΤῸΣ ΘΕΟΥ͂ ΥἹῸΣ ΣΩΤῊΡ ΣΤΑΥΡῸΣ. Graecos verſus breuitatis cauſſa omiſimus, quorum tranſlatio extat apud D. Auguſtinum, ſed nihil verſuum initia explicant. At

Lib. 18. de Ciuit. c. 24

Lilius Gyraldus conatus eſt, non tantùm verſum verſui, & verbum paenè verbo reddere, ſed etiã vt primae ſingulorum carminum literae Graecis reſponderent, vt inde Latinis literis Graecarum dictionum initia legerentur. Ioannes verò Chriſtophorſonus, Ioannes Porteſius, & Germanus neſcio quis eoſdem verſus ſed alia ratione conuerterunt. Non enim Graecam Sibyllae Acroſtichin, vt Lilius ſequuti ſunt, ſed huiuſmodi Latinã, IESVS CHRISTVS DEI FILIVS, SERVATOR, CRVX. Hoc eodem modo in Plauti comoediarum argumentis fabulae nomen primae verſuum literae demonſtrant. Quo in genere quaedam ab Alano de Inſulis conſcripta ſunt, & à Rhabano Fuldenſi, qui verſibus etiam his contrarijs, qui τελειοςιχίδες appellantur, luſit: vltimis ſcilicet carminum literis quae volebat, exprimens. Eiusdem paenè generis ſunt, ſed maiori tamen difficultate elaborata, duo poëmatia heroico metro conſcripta, alterum in Apollinis, alterum in Bacchi laudes, quae extant in primo Graecorum epigrammatum libro. Conſtat vtrumque verſibus quatuor & viginti iuxta Graecarum literarum numerum: & non modò quisque verſus ſecundum alphabeti ordinem initium ſumit, ſed ſingula ſingulorum verſuum verba ab eodem met elemento incipiunt: nec aliud exprimunt, quàm diuerſa illorum Deorum nomina,

Lib. 2. de Poet.

Ἄβροτον, ἀγλαόμορφον, ἀκερσεκόμην, ἁβροχαίτην

Βριθύνοον, βασιλῆα, βελεστιχαρῆ, βιοδώτην. & caet.

Q. ENNII TOMI SECVNDI FINIS.

LECTORI S.

CVM, abſoluta iam prima, ac ſecunda huius voluminis parte, eas, vt indices diſponerem, ſumpſiſſem in manus, vix curſim oculis luſtrare incoeperā, quòd (heu pudet) ſtatim librum agnoui innumeris propè maculis foedatum, non minus Typographi inſcitia, quàm eruditi cuiuſdam iuuenis, ſed parū animo excubantis incuria: cui, vt impreſsioni praeeſſet, cùm nos ei propter grauiores alias rerum noſtrarum curas, ac ſolicitudines, nec ſuccisiuas quidem operas praebere valeremus, curam demandauimus. Alicubi enim quaedam praetermiſerunt, & quaedam peruerſo verborum ordine tranſtulerunt: alibi literam pro litera notarunt, aut ſuperuacuam addiderunt, aut neceſſariam ſuſtulerunt, vt taceam in ſignandis punctis, & inciſis, minutiſq. alijs rebus, quas conſultò praetermittimus, oſcitantiam. In Graecis verò dictionibus ſaepe alterum ſpiritum pro altero, & alium accentum pro alio poſuerunt. Itaq. viſum eſt hic errata, & praetermiſſa adnotare, non modò vt Lectorem aliqua ex parte taedio leuaremus; verùm etiam vt eruditior Typographus, ſi quis erit vnquam, qui haec rurſus excudere in animo habuerit, faciliùs poſsit ita ſingula ſingulis locis reſtituere.

PAG. II, lin. 10. lege quaeſtionum. III, lin. 15, Graccho. lin. 16, arrogantia. lin. 18, tragoedijs. lin. 30, premit. IIII, lin 23, ſtylus. V, lin. 37, proba. VII, lin. 23, praedicare. VIII, lin. 13, Graecam. lin. 19, diuòm. lin. 24, paſſuum. Et ibid. Quod etiam quodammodo videtur innuere. IX, lin. 26, apud Saidam. lin. 27, fuerint. Et ibid. ignorantur. X, lin. 4, eſſe ortum; & ab Horatio Calabrae Pierides. Natus eſt. Adde in marg. lib. 4. Car. Ode 8. XII, lin. 2, Infeſtam. lin. 21, interceſsit. lin. 28, impudens. lin. 32, coniunctiſsimè. XIIII. lin. 35, Sophiſta. Et ibid. Inſignis. XV, lin. 5, Manethonis. XVI. lin. 23, Attolléto. 1, lin. 15, pretioſi. 3, lin. 3, Tollitur. lin. 20, Nec aliud. lin. 22, his verſibus. 4, lin. 17, relinqui. lin. 21. obſtringillant. 5, lin. 23, ſciſciderit, pro ſciderit. 6, lin. 13, frunduſai. 7, lin. 12, Alcmaeone. lin. 20, nomini. lin 22, cupienter. lin. 26, fruſtra. 8, lin. 9, Eos deduci, quàm relinqui, euehi, & caet. lin. 22, obſtringillant. lin. 35, Aeacida. 11, lin. 27, XVI. lin, 33, Marte. 12, lin. 28, intellexit. 14, lin. 6, Graium. 18, lin. 19, Non ponebat enim. 19, lin. 20, Quantis. 20, lin. 11, Talthybius. lin. 12, oppetam, 21, lin. 21. Peliae. 22, lin. 9. millia. 24, lin 27, precantem. 26, lin. 23, Hera. 27, lin. 7, ſuperſtites eſſe per inſitam. lin. 29, me de cordis. ead. à terg. lin. 7, Nam qui timore. lin. 21, vnico verſu. 29, à terg. lin. 3, patefecit. lin. 11, à facibus, quae accenduntur. lin. 33, elementa quodammodo innuit. 30. à terg. lin. 13, imbecilliora. 32. lin. 31 ex eius. 33. lin. 16,

† Aſſaraco

Aſſaraco natus Capys optimus, isq. pium ex ſe
Anchiſen generat ——

Lin. 23, in margine, Feſt. recto fronte. 34. lin. 17, Quâ mox. 36, lin. 22, Auctorem, & lin. 26, Auctoris. 37, lin. 15, numinis. lin. 23, Diatonicum. lin. 36. Iamblichus. 38, lin. 24, ſandalijs. lin. 30, pulſare. 40, lin. 23, à niueis. 41, lin. 15, Philippidem illum equorum amorem nomine ipſo quodammodo prae ſe ferentem. 42, lin. 1, Ptolemaeum. 47, lin. 27, detrahebant. 51, lin. 5, contexuiſſe. 52, lin. 32, Erichthonius. 56, lin. 28, ſtellarunt. 58, lin. 32, reuocatum fuiſſe. 68, lin. 8, Problematis. 74, lin. 25, Aeſchylus. lin. 34, igne. 75, lin. 21, Himerà. lin. 22, quod, vt. 76, lin. 3, Euelpis. lin. 29, ex eadem ipſius. lin. 35, Sed quantum ego coniectura conſequi poſſum. 82, lin. 28, aetheris. 85, lin. 11, coetum. 86, lin. 15, ſancta. 88, lin. 20, vſus. 89, lin. 16, Geryonai. lin. 30, caeremonijs. lin. 39, redegiſſe. 90, lin. 2. malunt enim hic à Numa, ille a Priſco Tarquinio. lin. 4, admitteretur. lin. 7, Palaemon. lin. 32, tortuoſae. 93, lin. 9, ſumpſiſſe. 94, lin. 8, in eoſdem. lin. 26, Marte, lin. 31, Claudij. 95, lin. 27, Hic, 96, lin. 8, findit. lin. 23, Horatius. 97, lin. 15 HORATIVS. 98, lin. 30, vtrilibet. 100, lin. 17, propiùs. lin. 21, *Lethaea*. lin. 22, Pirithoo. 101, lin. 7, crebritatem. lin. 23, Grammaticus. 102, lin. 35, ferunt, lin. 39, aereus. & in margine, Lib. 8. 103, lin. 6, cithara. 104, lin. 19, adde, Piſcatores in Plauti Rudente aiunt, cibum captamus è mari. lin. 22, Pertinet. lin. 29, Grammatici. lin. 40, caedere. 105, lin. 2, choreo. lin. 35, oſcitantia. 106, lin. 2, adde hunc verſum,

Olim de caelo laeuum dedit inclutu' ſignum.

Et in marg. nota, Non. Lacuum. 107, lin. 21, dictũ eſt. 108, lin. 16, praeſto. 109, lin. 7, adde in marg. Iliad, 1. 110, lin. 1, in marg. lib. 7. lin. 2, ſub arma. 111, lin. 1, excuſſis. 112, lin. 18, in marg. de Diuin. lin. 20, in marg. vbi eſt, idem ibid. adde, Quinctil. lib. 7. Cap. 10. 113, lin. 4, Dijs. lin. 32, Sybari. 115, lin. 37, praeclarè. lin. 39, Cornificius. 117, lin. 1, inter. lin. 23, vincti. 119, lin. 19, DIIS. lin. 22. & 120, lin. 10, damus. 121, lin. 3, Adde poſt dictionem Romanus. Cic. pro Sextio; quanto cum fletu de illis noſtris incendijs, ac ruinis? cùm patrem pulſum, patriam afflictam deploraret, domum incenſam, euerſamq. ſic egit, vt, demonſtrata priſtina fortuna, cùm ſe conuertiſſet, Haec omnia vidi inflammari, Fletum etiam inimicis, atq. inuidis excitaret. Idem lib. III. de Orat. Quid fuit in Graccho, quòd me puero tantopere ferretur? Quò me miſer deferam? in Capitoliúm ne? at patris ſanguine redundat an domum? matrém ne vt miſeram, lamentantemq. videam, & abiectã? Quae ſic ab illo acta eſſe conſtabat, oculis, voce, geſtu, inimici vt lacrymas tenere non poſſint. lin. 4, OCCASV'. 122, lin. 12, frundiſai. 123, lin. 22, Appuleij. lin. 29, Phoebus. lin. 41, Panditur. 124, lin. 23, ſimile. 125, lin. 8, SANCTO. 129, lin. 37, inſimul. 135, lin. 34, CRVENTANT] Virgilius. 139, lin. 14, ſilentio. 141, lin. 26, poſt verſum, Haud docteis dicteis, & caet. adde,

Miſcent inter ſe ſe inimicitias agitanteis.

Non ex Ioure, & caet. 142, lin. 9, caepit. 143, lin. 25, Phaſeli. lin. 41, Pompeij. 146, lin. 29, propiuſq. 147, lin. 14, Libya. 148, lin. 24 Sed ab antiqua, lin. 38, detondi. 149, lin. 11, proſtrati. 150, lin. 8, Ennij. 151, lin. 23, Senecae. lin. 39. proinde 154. lin. 30, talem. 157, lin. 5, in marg. Ody. 1. lin. 12, lacte. 158, lin. 33, marceſcit 159. lin. 24, reuoluo. 160, lin. 10, veluteи. 161. lin. 34, Papinius. 166, lin. 27, Adde poſt verbum dimoueri, Idem pro C. Rabirio: Sed moreretur prius acerbiſsima morte millies Gracchus, quam in eius concione carnifex conſiſteret. Et lib. 1. offi. At Aiax, quo animo traditur, millies oppetere mortem, quã illa perpeti maluiſſet. lin. 40, per. 167, lin. 13, In. lin. 14, claudicet. lin. 18, ſubijceret. lin. 39, Poſt dictionem rubori, adde, Statius, & in marg. lib. 2. Siluar. O vbi purpureo ſuffuſus ſanguine candor. 168, lin. 4, & 9, Maeoniarum, & Maeonis, lin. 20, roſae.

20, roſae. lin. 27. lilia. lin. 39, mulieris, lin. 41, pedules 170, lin. 29, ſpondeorum, 171, lin. 10. incolumem. 177, lin. 10, ſi. lin. 12, Rumphaea. Et in marg. Agell. lib. 10, cap. 25. lin. 13, obcenſiq. in nocte. lin. 14, Erechtheo 180, lin. 22, praecũte. 181. lin. 1, INDIGNO. lin. 7, contudit indignè —— lin. 21, litterae. 188, lin. 23, viſa eſt. 189, lin. 3, apud Terentium. Paſsiue verò poteſtur. lin. 4. dictum eſt in VIII, & poſsitur. lin. 37, lib. 190, lin. 8. Fuluius Antias. 193, lin. 11, Libycis. 194, lin. 33, ſignificatione. 196, lin. 6, monſtroſa. 202, lin. 25, Phoebus, 203, lin. 16, & 20, frugiferas. 204, in marg. lin. 26, Seru. 7. Aeneid. 206, lin. 6, premebat. lin, 18. audet. 207, lin. 6, ferrumq. retractant, lucémque requirunt. lin. 10, in marg. cap. lin. 13, deprimeris. 209, lin. 9, Seru. lib. 9. Aeneid. lin. 11, in marg. Seru. lib. 11. Aeneid. 212, lin. 26, ſtrenuam. lin. 34, Menoetem. 213, lin. 1, Virgilij. lin. 10, precantium. 215, lin. 20, tamen. 217, lin. 26, ſic. 223, lin. 36, pilae. lin. 38, CAELEI. lin. 40, in marg. lib. 20. Aduerſar. Cap. 29. 224, lin. 2, caelei. lin. 32, Teucros. 226, lin. 24, querentem. 230, lin. 32, minitatur. 233, lin. 28, Apollinis. lin. 21, Appuleij. 235, lin. 32, Heroico. 236, lin. 15, Quo ſemel eſt imbuta. 237, lin. 18, facit. 239, lin. 1, Strabo. lin. 15, diſsimili. lin. 28, efflant. 245, lin. 6, Mitylene. 247, lin. 25, longaeua. 248, lin. 27, naueisq̃. 250, lin. 22, in libro. 251, lin. 35, Thraciae. 252, lin. 12, ingluuiei. lin. 23, Cyzicon. lin. 25, Britannicis. lin. 37, rurſus. 253, lin. 30, infercire. 254, lin. 31, Muraenarum. 256, lin. 10, dormiat. lin. 12, Pylon. 262, lin. 9, ſinus. 271, lin. 2, SPLENDET. 304, lin. 21, poſt dictionem quaedam, adde, ab Agapeto Diacono.

XVI, lin. 10, θάῤῥω. *4, lin. 16,* ἰωτακισμῷ. *5, lin. 23,* ἀποκοπὴν. *7, lin. 1,* ζεῦγμα. *lin. 4,* ὑπόζευξιν *lin 11,* ἐπίζευξιν. *40, lin. 11, pone in marg. Aliqua Strabonis exemplaria habent* ἀγχιβαθεῖς, *quam lectionem ſi ſequimur, pro verbis illis, haſtae magnitudine, reponenda ſunt, prope litus. 48, lin. 10,* ἡ πέτρα *lin. 40,* θύραι. *50, lin. 40,* οὐδέτοι. *56. lin. 32* ῥίψαν. *lin. 41.* αὐτῇ. *58. lin. 18,* ἀνιεῖσα. *Ibid.* Πανός. *61. lin 24,* Πολυκράτει *65, lin. 7,* Ἐπένθεσις, *vel potius* Ἀρχαϊσμός. *66, lin. 25,* γραμμὴ. *71, lin. 21,* αἴθραν. *73, lin. 16,* βιώσας. *74, lin. 35,* παρ᾽. *lin. 36,* ἐγκεκλιμένας. *Ibid.* ἐπὶ τὴν γῆν. *Ibid.* ἐπιτεθέντα. *Ibid.* ἀποκυλίεσθαι. *80, lin. 32,* ἧκε. *82, lin. 25,* τέμενος. *83. lin. 39.* ἄς. *87, lin. 23,* Ἀρχαϊσμός. *88. lin. 35,* κρίνειαν. *94, lin. 36,* δείκνυσι. *95, lin. 35,* ἅπλω. *98, lin. 36,* πεποιθώς. *99, lin. 29,* ὑπερβολικωτέρας. *103, lin. 5,* βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ. *104, lin. 18,* ματεύων. *lin. 19,* εἰλκυσάμην. *109. lin. 7,* ἦδ᾽. *Ibid.* διαῤῥαίσει. *lin. 35,* ἐπιχειρεῖν. *lin. 36,* σώζειν. *Ibid.* Ἕλληνας. *119, lin. 14,* ἐν χειρὶ. *126, lin. 28,* κνημοὺς. *lin. 31,* Πέπλον. *127, lin. 31,* Πέπλον. *134, lin. 14,* ὑπὸ. *137. lin. 28,* κρίθη. *143. lin. 36,* τέρμων. *147. lin. 24,* ὅπως. *lin. 25,* καλύψει *151, lin. 19,* γίνεται. *lin. 40.* ἀκροτελεύτιον. *153, lin. 13,* κλίνει. *lin. 26,* ἀφείλεθ᾽. *lin. 41,* Ἐσθλὸν *158, lin. 27,* ἥβης. *159, lin. 20,* λεγεῶν. *171, lin. 32,* πρῶτον. *173, lin. 28,* ἐν. *lin. 38,* ἀλλήλοις. *180, lin. 40.* τὴν. *185, lin. 9,* ἠλακατη, καρχήσιον. *lin. 10,* καιραία, ἰκρίον. *190. lin. 37,* Ἕλκον. *191, lin. 14, Ariſtoph.* ἐν ὄρνισι. *192, lin. 21,* ἐριδαίνετον. *lin. 22.* πτολεμιζέμεν. *194, lin. 11,* βορέαν. *215, lin. 22,* Εἶδον. *217, lin. 25,* Αἷμα. *241, lin. 6,* γυναικὸς. *246, lin. 30,* Μιτυλήνη. *250, lin. 28,* ἀκανθῶν. *lin 30,* προσδεσμευόμενος. *276, lin. 36,* Ἐμπεδοκλῆς.

Reliquos

Reliquos tomos duos Ioannes filius, cùm pater immaturè poſt primum, atque alterum excuſum, & emendatum diem ſuum obijſſet, ne imperfectum opus in lucem prodiret, vtque vel mortuo patri morem gereret, ſummo ſtudio, ſummaque diligentia cum Auctorum Elencho, & Indice omnium rerum notabilium locupletiſſimo imprimendos curat.

Q. ENNII FRAGMENTORVM

TOMVS TERTIVS.

IN QVO CONTINENTVR RELIQVIAE, EX TRAGOEDIIS,

Medeae, *Creſphontis*,
Iphigeniae, *Athamantis*,
Achillis, *Andromedae*,
Aiacis, *Telephi*,
Telamonis, *Thyeſtis*,
Hectoris luſtrorũ, *Phoenicis*,
Alexandri, *Menalippes*,
Andromaches, *Alcmaeonis*,
Hecubae, *Creſſarum*,
Eumenidum, *Alceſtidis*,
Duloreſtis, *Nemeae*,
Erechthei, *Ilionae, ſiue Polydori:*

De Antiopa.

EX COMOEDIIS.

Amphithraſonis, *Ambraciae*,
Pancratiaſtae.

Item Fragmenta alia ex incertis Tragoedijs, & Comoedijs.

ΤΡΟ. Εἴθ᾽ ὤφελ᾽ Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν, κυανέας Συμπληγάδας,
Μηδ᾽ ἐν νάπαισι Πηλίου πεσεῖν ποτε
Τμηθεῖσα πεύκη, μηδ᾽ ἐρετμῶσαι χέρας
Ἀνδρῶν ἀρίστων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρας
Πελίᾳ μετῆλθον. οὐ γὰρ ἂν δέσποιν᾽ ἐμὴ
Μήδεια, πύργους γῆς ἔπλευσ᾽ Ἰωλκίας,
Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ᾽ Ἰάσονος.

*

ΠΑΙ. Παλαιὸν οἴκων κτῆμα δεσποίνης ἐμῆς,
Τί πρὸς πύλαισι τήνδ᾽ ἄγουσ᾽ ἐρημίαν
Ἕστηκας, αὐτὴ θρεομένη σαυτῇ κακά;

*

ΤΡΟ. Ὥσθ᾽ ἵμερός μ᾽ ὑπῆλθε γῇ τε κοὐρανῷ
Λέξαι, μολούσῃ δεῦρο, Μηδείας τύχας.

*

ΧΟΡ. Ἔκλυον φωνάν, ἔκλυον δὲ βοάν.

*

ΧΟΡ. Ἐφ᾽ ἁλμυρὰν πόντου
Κλῇδ᾽ ἀπέραντον

ΜΚ΄. Κορίνθιαι γυναῖκες ἐξῆλθον δόμων,
Μή μοί τι μέμψησθ᾽, οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο,
Τοὺς δ᾽ ἐν θυραίοις, οἱ δ᾽ ἀφ᾽ ἡσύχου ποδὸς
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο, ϗ ῥαθυμίαν.

*

ΜΗ. —— ὡς τρὶς ἂν παρ᾽ ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ᾽ ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ.

*

ΚΡ. Ἀλλ᾽ ἔξιθ᾽ ὡς τάχιστα, μὴ λόγους λέγε.
Ὡς ταῦτ᾽ ἄραρε ——

*

ΚΡ. Εἴ σ᾽ ἡ ᾽πιοῦσα λαμπὰς ὄψεται θεοῦ,
Καὶ παῖδας ἐντὸς τῆσδε τερμόνων χθονὸς
Θανῇ ——

*

ΜΗ. Κακῶς πέπρακται πανταχῇ ——

*

ΜΗ. Νῦν ποῖ τράπωμαι; πότερα πρὸς πατρὸς δόμους,

Οὓς

NVT. VTinam ne in nemore Pelio ſecuribus
† a ſci diſſet. Caeſa cecidiſſet abiegna ad terrã trabes. Auctor ad Heren. lib. 2.
Neue inde nauis inchoandae exordium
Coepiſſet, quae nunc nominatur nomine
Argo, qua vectei Argiuei delectei virei
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis, imperio Regis Peliae per dolum.
Nã nũquã hera errãs mea domo efferret pedẽ
Medea, animo aegra, amore ſaeuo ſaucia.

*

† ædilis PAE. Antiqua, † herilis fida cuſtos corporis, Non. Eliminare.
† ante Quid ſic, † extrà aedeis exanimata † eliminas?
† elimi-nor.

*

NVT. Cupido cepit miſeram nunc me proſequi Cic. lib. 3. Tuſ.
† herae Medeae. Caelo, atq. terrae † Medeaï miſerias.

*

† Fruct' CHO. † Fluctus verborum aures aucupant. Non. Aucupaui.

*

CHO. Quà Pontus Helles — Cic. in Orat.
MED. Nam multei ſuam rem benè geſſere, & poplicã patria procul: Idem lib. 7. Epiſam.
† egerũt legit Victor, & Muret. Multei, qui domei aetatem † agerent, propterea ſunt improbati.

*

MED. Nam ter ſub armeis malim vitam cernere, Var. lib. 5. de Lin. La.
Quàm ſemel modò parere —

*

CR. * Animaduerte, & dicto pare —
† ſi Praeter rogitatum † ne querare — Cic. pro Rabir & lib. 7. ad Att.

*

CR. * Si te ſecundo lumine hîc offendero, Cic. ibid.
Moriere —

*

MED Teneor conſipta, vndique venor. Non. Venor.

*

† quod. MED. Quò nũc me vortã, † quò iter incipiã ingredi? Cic. lib. 3. de Orat.

Οὓς σοὶ προδοῦσα, καὶ πάτραν ἀφικόμην;
Ἢ πρὸς ταλαίνας Πελιάδας; ——

*

ΙΑΣ. —— ὡς ἔρως σ' ἠνάγκασε
Πόνων ἀφύκτων τοὐμὸν ἐκσῶσαι δέμας.

*

ΜΗ. Οὔτ' ἐξ ἐμοῦ γὰρ παῖδας ὄψεταί ποτε
Ζῶντας τὸ λοιπὸν ——

*

ΜΗ. —— δότ' ὦ τέκνα
Δότ' ἀσπάσασθαι, μητρὶ δεξιὰν χέρα.

*

ΧΟΡ. Ἰὼ γᾶ τε, καὶ παμφαὴς ἀκτὶς
Ἀελίου, κατείδετε, ἴδετε τὰν
Ὀλομέναν γυναῖκα, πρὶν φοινίαν
Τέκνοις προσβαλεῖν χέρ' αὐτοκτόνον.

Domum paternam ne? anne ad Peliae filias?

*

† ſerua ſti. IAS.* Tu me amoris magis, quàm honoris † ſeruaui-
ſti gratia. Idem lib. 4 Tuſ.

*

MED.* Neq. tuum vnquàm in gremium extollas li-
berorum ex te genus. Cic. Orat.

*

MED. — ſaluete optuma corpora
Cette manus veſtras, measq accipite. Non. Cette.

*

CRO. Iuppiter, tuq. adeò ſumme Sol, Prob in Eclog. 6. Virg.
Quei res omneis inſpicis,
Queiq. tuo lumine,
Mare, terram, ac caelum
† Contines, inſpice hoc facinus, † Contueris.
Priuſquàm fiat, prohibe ſcelus.

*

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

AD IOANNEM FILIVM.

HAnc Medeæ fabulam ex Euripide Ennium conuertiſſe, non dubium eſt: ſed liberiùs more ſuo. Quod Cicero non ab Ennio tantùm, ſed à Pacuuio quoq. & Attio, in Graecis Tragoedijs interpretandis, factum, prodit. Videtur enim aliquando Poëta noſter fidi interpretis officio fungi: aliquando verò longiùs euagari, vel plura ex ingenio addendo, vel aliqua reſecando, vt non mirum ſit, ſi in pleriſq. Ennianis Tragoedijs è Graecis conuerſis quaedam habeantur, quibus nulla Graeca, aut ferè pauca verba reſpondeant, vel aliqua vix eiuſdem ſententiae non ſatis manifeſta appareant veſtigia. Quare operaepretium me facturum cenſui, ſi non ſolùm in his Medeaé reliquijs, verumetiam in omnibus caeterarum fabularum, quae ſuperſunt, translatis, Graeca Latinis reſpondentia è regione appoſuero, vt tanquàm aduerſis frontibus vtriuſque Scriptoris comparatione, Lib. 1. Acad.

vter,

vter, quae voluerit, feliciùs expreſſerit, faciliùs cognoſci poſſit. Atq. vtinam, vt haec Medeae, & illa Hecubae, aliae quoq. Graecae extarẽt fabulae, ex quibus ſuas Ennius Latinas fecit: nam harum cum Latinis fragmentis collatione, magna ex parte labore leuaramur, & certiùs Ennij mentem cõſequi poſſemus. Quod quidem modò arduum ſanè eſt, ac perdifficile, tùm fragmentorum diſperſu, tùm argumenti incertitudine. Quare neceſſe eſt, vt quaſi palpitando caecorum more ad horum explicationem coniecturis indagandam, progrediar. Accedit etiam codicum, vnde illa fruſtatim diſiecta collegimus, deprauatio, quorum aliqua adeò immedicabilibus confecta ſunt vulneribus, vt planè vllo pacto mederi poſſe diffidamus. Illud etiam obſeruandũ eſt, non modò Ennium, verum etiam alios pleroſq. Veteres in Tragoediarum, & Comoediarum verſuum dimẽſione, varios, ac inconſtantes fuiſſe: quapropter nil mirum ſit, ſi verſus ſaepè offenderimus minus accurata metri lege conſcriptos. Huius igitur Ennianae Medeae, quae ſeſe prima nobis offert, titulum dupliciter apud Auctores citatum comperimus. Modò enim Medeam tantùm referunt, modò Exſulem addũt: quemadmodum etiam eiuſdem Poëtae modò Achillem ſimpliciter, modò Achillem Ariſtarchi adducunt. Verſus autem hi, quos retrò notauimus ex ea, quae nunc Graecè extat, manifeſtè videntur expreſsi. At quia Graeca quaedã Euripidis fragmẽta ſub Medeae titulo apud Stobeũ Sermone XX, & LXXVI inueniuntur, quae cùm ex hac integra, quae in manibus eſt, non ſint deprompta, multis rectè arbitrandi data eſt occaſio, duas Medeas Euripidem edidiſſe, & eaſdem Ennium Latinas feciſſe. Nec obſtat, quòd eodem nomine idẽ Auctor duas fabulas inſcripſerit: cùm eiuſdem Euripidis ſint Iphigenia in Aulide, & in Tauris, Hippolytus *στεφανηφόρος*, & *καλυπτόμενος*: Sophoclis duo Oedipi: Aeſchyli tres Promethei, Vinctus ſcilicet, Solutus, & Ignifer. Nec aliquis quidem ſuſpicari poſſet, vnam Euripidem Medeam ſcripſiſſe, quoniam nihil, vt in alijs, quas duplices ſcripſit, adiecit, quo ſtatim comprehendi poſsit, vtram ſignificaret: nam non perpetuò qui fabulas citant, diſtinctionem addunt: quandoquidem Euripidem in Iphigenia, Sophoclem in Oedipo, Ennium in Achille, & in Medea, quam nunc explicamus, ſaepè nudis nominibus relatos, comperimus. Quare minimè mirandum eſt, ſi abſque additione altera Euripidis Medea adducatur, praeſertim cũ tàm pauca ex ea fragmenta reliqua ſint. Hunc igitur ſimpliciter citandi morem Veteres obſeruaſſe, vna vel haec Sophoclis Scholiaſtae ſufficeret auctoritas: qui in Argumento Aiacis *μαστιγοφόρου*, differens de illa inſcriptione, quae ad diſcrimen Aiacis Locrẽſis appoſita fuerat, ait, *ἐν δὲ ταῖς διδασκαλίαις ψιλῶς Αἴας ἀναγέγραπται*. Paullus verò Manutius magnae eruditionis

ditionis vir Suidae auctoritate exiſtimat, duos fuiſſe Euripides, qui Medeam Graecè ſcripſerunt, alterum maiorem. qui eam edidit, quae nunc extat, alterum minorem ex fratre nepotem, cuius tres Suidas memorat fabulas; Oreſtem ſcilicet, Polyxenam, & Medeam, & hanc illam eſſe Paullus aſſerit, quae perijt, & huius Auctoris verſum illum eſſe, praeter quoſdã alios, qui à Stobaeo, vt diximus, referuntur, quem adducit M. Cicero ex Euripidis Medea, Μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ' αὐτῷ σοφός: & vtranq. Latinã feciſſe Enniũ. Cui quidem rei non repugno, ſed in his, quae dicemus, à tanti viri recolandae memoriae opinione diſſentio. Nam, dum Suidae teſtimonio aſſerit, hanc Medeae fabulam, quae modò habetur, maiorem Euripidem ſcripſiſſe, videtur Euripides confundere, & alium, pro alio accipere. Nam, vt omnibus notum eſt, huius Medeae Auctor nõ fuit Euripides maior natu, qui XII tantũ fabulas edidit, ſed celebris ille Euripides Mneſarchi, &, vt eum carpit Ariſtophanes, olerum venditricis filium, qui XCII vel, vt Varro tradit, LXXV. fabulas dedit. Vnde planè liquet, Euripidem, quem Paullus minorem appellat, non ex huius fratre eſſe natum, ſed ex fratre maioris Euripidis. Praetereà non video, quare eum verſum, quem ſuprà retulimus, Μισῶ σοφιστὴν, & caet. malit Paullus minori Euripidi tribuere: cùm apertè videatur Cicero Euripidi, de quo ſemper loquutus eſt, tribuiſſe. Quòd ſi de altero intellexiſſet, alio modo nominaſſet, vt ab altero diſcerneretur. Idque eò magis credendum eſt, quòd antequàm Cicero hunc verſum appellet, ait, *Itaq. ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta Εὐριπίδου.* Non enim poterat niſi illum, cuius ſingulos verſus Q. Cicero ſingula putabat teſtimonia, cum Homeri maieſtate conferre. Ex quibus perſpicuum eſt, eundem Euripidem duas Medeas Graecè ſcripſiſſe, & totidem Enniũ Latinitate donaſſe. Huius igitur Medeae argumẽtum ab eius ex Theſſalia fuga ſumptum eſt, vnde ei rectè Exulis nomen additum eſt. Cùm enim Iaſon aureo vellereq; potitus, poſt reditum è Colchis in Graeciam, Corinthi moraretur, Glaucam Creontis Corinthiorum Regis filiam in matrimonium, Medea praeſente, duxit: cuius ope tot, tantaq. pericula, ac extrema vitae ſuperauerat diſcrimina. At Creon veritus, ne Medea id iniquo ferens animo, nouae nuptae aliquid magicis moliretur artibus, eam in exſilium egit. Quae, vix vnius dieculae ſpatio impetrato, auream coronam, peplumq. precioſum Glaucae mittit, naphtha, ſeu, vt malunt aliqui, Neſsi Centauri ſanguine conſperſum: quod ſimulac illa induit, vt verum vetus illud dictum fuiſſe, confirmaretur, ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, repentè ignis flamma coorta eſt, quae ipſam, ac patrem ſuppetias ferentem, combuſsit. Tùm illa, Mermero, ac Pherete liberis ab Iaſone ſuſceptis, immaniter trucidatis, vo-

Lib. 13. Epiſt.

Lib. 13. Epiſt. Lib. 16.

lucrum

Iucrem draconum currum conſcendit, Athenaſq. verſus petuolauit, vbi Aegeo Pandionis filio cõiugio deuincta eſt. Tale quidem eſt Euripideae, & Ennianae Medeae argumentum. Aliud verò Exſulis Medeae ab Hygino in Fabulis recenſetur. Aelianus autem ait, quoſdam aſſerere, nunquàm Medeam ſuos trucidaſſe liberos, ſed Corinthios eos interfeciſſe; quorum ſuaſionibus, Euripidem hoc modo fabulam eſſe commentum. Carcinus item diuerſam ſanè ab Euripidea cõ-
Lib. 2. ſtituit actionem. Nam, vt ex Ariſtotelis Rhetoricorum libris colligi poteſt, non, vt Euripides, finxit Medeam, filios necantem; ſed eos in remotiſsimas regiones ablegantem, ne nouercae inſidijs contrà illos mali aliquid excitaretur. Qui cùm deinde nuſpiam conſpicerentur, increbuit ſuſpicio, Medeam illos è medio ſuſtuliſſe. Cuius quidẽ rei cùm inſimularetur, purgabat ſeſe, nequaquam eſſe veriſimile, ſuos filios, qui nihil in eam patrauerint, interfeciſſe: periurũ verò, ac infidum coniugem, à quo decepta, ac deſtituta fuerat, impunem, & inultum dimiſiſſe. De Medea, quae multa de ſe multis ſcribendi occaſionem praebuit, ſcripsêre Euphorion, quẽ citat Ariſtophanes Grãmaticus; Melanthius, quem adducit Ariſtophanis Comici Scholiaſtes ἐν εἰρήνῃ; Neophron Sicyonius, cuius affert verſus aliquot Stobaeus in Sermone περὶ ὀργῆς; Eubulus, vt in lib. VII refert Athenaeus; Gantharus Athenienſis, vt ait Suidas, Dionyſius, ſiue Oenomaus & Strattis Comicus. Item Sophocles, qui in fabula Ῥιζοτόμος inſcripta Medeam inducebat maleficas herbas aeneis falcibus auerſam exſecantem, ne noxij, tetrique odoris vi interficeretur. Ex Latinis praeter Ennium ſcripſit Pacuuius, quamuis exiſtiment aliqui, non Medeam, ſed Medum fabulam dediſſe, quem Medeae filium fuiſſe notum eſt. Item Attius, M. Varro, Ouidius, Seneca, & Oſidius Geta, qui Medeam Tragoediam ex Virgilianis verſibus concinnauit. Nec ſolùm Tragicis, ſed etiam Epicis, vt de ea poëmata conderent, anſam dedit. Nam Orphei, non illius Thracij, ſed Crotoniatae Piſiſtrati familiaris Argonautarum libri Medeae geſtis ſunt referti. Idem deinde Argonautarum, & Medeae argumentum ſcripſerunt Epimenides Gnoſius, Herodorus, Dionyſius Mileſius, & Cleon Curieus, à quo creditur, Apollonium Rhodium ſuam poëſim eſſe mu-
Lib. 1. Sil. tuatum. E noſtris, quòd ſciam, Varro Atacinus, de quo ait Papinius,

Et qui per freta duxit Argonautas,

C. Balbus, & Valerius Flaccus, VTINAM NE] Auctor ad Heren. lib. II. nouem hos verſus adducit, quorum octo priores refert Priſ. in lib. de Verſib. Comicis: primũ, & ſecundum M. Varro lib. VI. de lingua Lat. Cicero lib. 1. de Inuent. in Topicis, de Fato, & lib. III. de Nat. Deorum: Lactantius Statij interpres in V. Thebaidos, Do-

natus

natus in Phormione, & Priſcianus lib. V II. Priorem verò primi carminis partem Cicero in I de Finibus, & pro Caelio: Quinctilianus lib. V, & B. Hieronymus in Epitaphio Marcellae. Haec igitur Nutricis verba ſunt ſummopere optantis, ne vnquàm ad Colchidos fines Lib. 1. de Inuent & de Fato. Argonautae appuliſſent. Cicero hanc narrationem, vt vitioſam reijcit: nam altiùs, quàm res poſtulat, cauſſam repetit. Sed Poëta diligēter anilis perſonae οἰκονομίαν obſeruauit: ſolent enim anus & ſexus, & aetatis vitio (nam ſenectus natura loquax eſt) res ab vltima origine repetere: quod alijs perſonis indecens prorſus fuiſſet; nam, quamuis multa ad vnum concurrant effectum, propter quae finis fiat, non tamen omnia cauſſae ſunt. Filios quidem non necaſſet Medea, niſi ira accenſa, nec ſanè ira accenſa fuiſſet, niſi aegrè tuliſſet, aliam eo potiri, quem ipſa concupierat: neque hac animi aegritudine laboraſſet, niſi amore capta, nec amore capta eſſet, niſi Iaſonem vidiſſet, neq. cũ vidiſſet, niſi Colchos appuliſſet: quò neq. appuliſſet, niſi Argo fuiſſet aedificata: quae aedificata nō fuiſſet, niſi ex Pelio mōte ligna ſciſſa eſſent. Sed videamus quomodò incoeperit Euripides, & quomodò Ennius; vt intelligere poſſimus, qua ratione, aut quo cōſilio Ennius ordinē ab Euripide ſeruatũ peruerterit. Inducit hic anum priùs optantē, ne Argonauis ad Colchorum oram peruolaſſet per Cyaneas Symplegades, & demum addit, Nec pinus vnquàm caeſa in monte Pelio cecidiſſet. Nō enim nauigare poterāt, niſi Argo priùs cōſtructa fuiſſet. Quo praepoſtero orationis ordine voluit fortaſſe Euripides, perturbatam mulierculae mentem oſtendere. Ennius verò, immutando Euripidis ordine, rem conſideratiùs explicauit. Nam priùs facit Nutricem optantem, ne ligna in Pelio nemore exciſa fuiſſent, quibus Argo aedificata fuit: & tùm addit, quòd ea vectei fuerunt Argiuei delectei virei, qui petebant Colchis villo pellem inaurato arietis. Sed haec Ennij verba, *Petebant Colchis*, ieiuna admodùm ſunt. Eandem ſententiā longiori dictionum apparatu expreſſit Euripides, qui ſumpta ab auium alis tranſlatione, pulcherrimè & nauis velocitatem, & velorum alas, verbo διαπτᾶσθαι, ſignificauit. Contrà quaedam Euripides paucioribus, ac exilibus, quae Ennius pluribus, & magnificis extulit. Quae quidem, & ſimilia animaduertere, non modò ad rectè iudicandos Auctores in eodem ſtadio certantes, verùm etiam ad parandam facultatem dexterè, prudenterque interpretandi, plurimùm tibi conferre exiſtimamus. Illud verò, quod apud hos Tragicos exoptat Nutrix, ne ſcilicet vnquàm Argo ad Colchidos fines perueniſſet, Apollonius Medeam ipſam exoptantem facit his verbis, Li. 4. Arg.

—— ἄιθε σε πόντος

Ξεῖνε διέῤῥαισεν, πρὶν Κολχίδα γαῖαν ἱκέσθαι.

RR Simile

De Nupt. Pelei. Simile quid Catullus facit Ariadnam expetentem,

Iuppiter omnipotens, vtinam nec tempore primo
Gnoſia Cecropiae tetigiſſent littora puppes,

Li. 4. Aen. & Didonem Virgilius,

Felix, heu nimium felix, ſi littora tantùm
Nunquàm Dardaniae tetigiſſent noſtra carinae.

– NEMORE PELIO] Catullus De Nuptijs Pelei,

Peliaco quondam prognatae vertice pinus
Dicuntur liquidas Neptuni naſſe per vndas
Phaſidos ad fluctus, & fines Aeetaeos.

Lib. 2. Amor. Ouidius, *Peliaco pinus vertice caeſa* —

Lib. 4. Bibl. Eſt autem Pelius eminentiſſimus Theſſaliae mons, in quo primùm nauis conſtructa fuit, vt his verbis teſtatur Diodorus, καὶ πρῶτον μὲν περὶ τὸν Πήλιον ναυπηγήσασθαι τὸ σκάφος. Quamobrem Apollonius Rhodius πηλίαν Ἄργων appellauit; Statius Peliam pinum, Propertius Peliacam trabem, & Ouidius Peliam arborem. Tradunt aliqui, hanc nauem ex arboribus Dodonaeae Syluae, quae oracula quõdam reddere conſueuerant, fabricatam fuiſſe. Et in dubijs euentibus clariſsimis illis Graeciae Heroibus fata aliquando ceciniſſe. Vnde Lycophron eam garrulam picam appellauit,

Lib. 1. Argon. Li. 5 Theb. Lib. 3. In Epiſt.

Εἰς τὴν λάληθρον κίσσαν ἠρματίζατο,

Et Valerius Flaccus, Fatidicam ratem. Seneca in Medea,

Ipſaq. vocem perdidit Argo.

Rurſus Apollonius — ἠδὲ καὶ αὐτὴ
Πηλιὰς ἴαχεν Ἀργὼ ἐπισπέρχουσα νέεσθαι·
Ἐν γάρ οἱ δόρυ θεῖον ἐλήλατο, τό ῥ' ἀνὰ μέσσην
Στεῖραν Ἀθηναίη Δωδωνίδος ἥρμοσε φηγοῦ.

Claudianus de Bello Getico, — *licet omnia Vates*
In maius celebrata ferant, ipſamq. ſecandis
Argois trabibus iactent ſudaſſe Mineruam,
Nec nemoris tantùm vinxiſſe carentia ſenſu
Robora, ſed caeſo monitu Iouis augure luco,
Arbore praeſaga tabulas animaſſe loquaces.

CAESA CECIDISSET ABIEGNA AD TERRAM TRABES] Euripides πεύκην dixit: quem ſequitur Catullus. Sed tamen id dictum eſt, pro quauis materia ad nauigiorum conſtructionem idonea. Poëtis enim perfrequens eſt, ſpeciem, pro ſpecie vſurpare. Orpheus in Argonauticis non modò ex piceis, ſed etiã ex quercubus ait fuiſſe compactam,

Ἀργὼ πεύκῃσίν τ' ἠδὲ δρύεσι γομφωθεῖσαν.

Vtramq. verò materiem abundè Pelion ſuppeditare, ex illo Ouidij liquet,

quet, de eodem monte loquens, Lib 5. Faſt.

Summa virent pinu, caetera quercus habet.

Attamen idem Orpheus alibi fagineam dixit, quamuis φηγίνlω, quernam etiam ſignificet,

Καὶ ὁ φηγίνlω πρῶτος τεκτήνατο νῆα.

Alexander autem Cornelius ex eone arbore, robori ſimili, ac viſcũ ferente, factam dicit: quae nec aqua, nec igni corrumpi poſſit. Ab abiete, vt Priſcianus ait, abiegnus fit. Veteres etiam *abiegineas trabiculas*, & *abiegineis ſectilibus*, dixerunt in lege aedificantium, quae marmori inſculpta Neapoli viſitur in aedibus Hadriani Gulielmi, viri totius antiquitatis apprimè ſtudioſi, meiq. amantiſſimi. Sunt tamen, qui legant, *trabs*, pro, *trabes*, ignari Veterum conſuetudinis, qui *trabes, plebes*, & *canes*, pro, *trabs, plebs*, & *canis*, dicebant. Vnde Varro lib V de Lin. Lat. & Priſcianus vt confirmarent, *trabes* in minori numero dici, hunc eundem noſtri Poëtae locum afferunt. Ennius rurſus, *Labitur vncta trabes, remeis roſtrata per altum.* Lib. 8.

ARGO. Fuit haec nauis Argo appellata ſiue ab eius Architecti nomine, vt Apollonij Scholiaſtae placet: vel, vt tradit Pherecydes, ab Argo Phryxi filio: ſiue, vt Hegeſippus hiſtoricus memorat, ab Argo Theſſaliae vrbe, in qua aedificata fuit. A qua opinione diſſentit Pindarus, qui vult in Magneſiae oppido factã fuiſſe, cui Demetrias nomen eſt: cum quo conſentit Ouidius: qui in Epiſtolis, Magnetida Argo dixit. Callimachus autem vult in iiſdem finibus ad Apollinis Actij templum aedificatam fuiſſe: quod Argonautae inde ſoluentes, in eo loco poſuerunt, qui Pagalae vocatur, ab Argo naui ibi compacta, παγᾶσαι enim Graecis coniungere eſt. Vnde Pagaſeam puppim Ouidius Argu appellauit. Apollonij Scholiaſtes ait, Magnaeſiae verticem Pagalam appellari, ἀπὸ τοῦ ἐκεῖ πεπῆχθαι τὴν Ἀργώ. Sed Demetrius Sceptius, & Strabo exiſtimant, loco ipſi hoc nomen eſſe impoſitum, propter vicinos fontes, qui eum perenni aquarum vbertate irrigant ἀπὸ τοῦ πηγὰς περιρρεῖσθαι τοὺς τόπους. Diodorus autem vult Argum à velocitate fuiſſe appellatam: ad quod alludens Varro Citiremem appellauit. ἀργὸν enim velocem ſignificare, non dubium eſt. Etymologici Auctor tradit celerem obliuionem, λήθαργον appellari: & argutes, vt ſentit Probus, dici, qui multùm, ac celeriter loquuntur. Ennio verò placet ab Argiuis Heroibus dictam: quam nominis rationem videtur etiam ſequutus Cicero: qui iiſdem Ennianis verbis, ſed metri lege ſolutis, inquit in I Tuſculana, *Etenim, ſi nunc aſſequi ſe aliquid putant, qui oſtium Ponti viderunt, & eas anguſtias, per quas penetrauit ea, quae eſt nominata Argo, quia Argiui in ea delecti viri petebant pellem inauratam arietis.* Hanc autẽ nauem primùm fabricatam fuiſſe

Epiſt. 12.

Lib. 7.

Lib. 9.

Lib. 5. Biblios.

Pherecydes tradit. Quod etiam confirmat Catullus, cùm ait,

Illa rudem curſu prima imbuit Amphitriten.

Alij verò volunt, Danaum ab Aegypto fratre pulſum, Danaidem nauē primùm conſtruxiſſe. Hellanicus autem, & Arati interpres tradūt, non à Danao, ſed Danai precibus à Minerua aedificatam: & ab ea demum inter ſydera collocatam fuiſſe. Charax verò Pergamenus Auctor eſt, Iaſonem non vna tantùm naui, ſed claſſe Colchos penetraſſe. ARGIVEI DELECTEI VIREI] Euripides ἐξεπμῶσαι, χέρας Ἀνδρῶν ἀρίστων — quem locum Coriolanus Martiranus vertit,

Eclog. 4. *lecta Danaûm manus*. De quibus Maro,

Alter erit tùm Tiphys, & altera quae vehat Argo
Delectos Heroas ——
Cùm lecti iuuenes, Argiuae robora pubis,
Auratam optanteis Colchis auertere pellem,
Auſi ſunt vada ſalſa cita decurrere puppi.

Valerius Flaccus;

Omnis abit, quae iam bellis ſpectataq. forma
Turba ducum, primae ſeu quos in flore iuuentae
Tentamenta tenent ——

In Pyth. Ode 4 Idyl. 13. Lib. 1.

Sed hi verſus ſcopae diſſolutae ſunt, ſi cum Catullianis comparātur. Pindarus Heroës illos ναυτᾶν ἄωτον appellauit: & eodem modo Theocritus diuinum Heroum florem. Lucretius de Graecis, qui ad Troiam nauigarunt,

Ductores Danaûm delecti, prima virorum.

— ILLAM PELLEM INAVRATAM ARIETIS] Fortaſſe, *villo pellem inaurato arietis*, Ouidius,

In Epiſt 12 Epiſt. 6. Lib. 6. Met.

Aureus ille aries villo ſpectabilis aureo.

Et rurſus, *Non erat hic aries villo ſpectabilis aureo.*

Item alibi, *Vellera cum Minyis nitido radiantia villo.*

Obſeruandum tamen eſt, quā varijs modis aureum illud vellus poëtae nominauerint, Euripides, πάγχρυσον δέρας, Orpheus, & Apollonius δέρας, & κῶας χρύσειον, Pindarus, χρύσον νάκος κριοῦ; δέρμα κριοῦ βαθύμαλλον; κῶας αἰγλᾶεν χρυσέῳ θυσάνῳ; & δέρμα λαμπρόν: Poëta quidam, apud Ciceronem, *Auratus Aries Colchorum*; Catullus, auratam pellem; Ouidius, Phryxeam ouem; Phryxea vellera, Ouem fuluo vellere conſpicuam, Vellera nitido villo radiantia. Valerius Flaccus Pecoris Nephelei vellera Phryxeam pecudem, pellem rutilam, pellem villis ſidereis comantem, vellera radiantia. Euripidis Scholiaſtes refert, Simonidem in Neptuni hymno dixiſſe, purpureum huiuſmodi vellus fuiſſe, ἀπὸ τ̃ ἐν τῇ θαλάσσῃ πορφύρων κεχρῶσθαι αὐτό. COLCHEIS] Euripides, Κόλχων ἐς αἶαν. Herodotus in Clio, ἐς αἶάν τε Κολχίδα. — IMPERIO

(Marginalia: Pyth. Ode 4; In Orat.; In Epiſt.; Met mor.; Lib. 1.; Lib. 8.)

RIO REGIS PELIAE] Expreſſit magis Apollonij, quàm Euripidis verba: ità enim ille in principio Argonauticorum,

—— βασιλῆος ἐφημοσύνῃ Πελίαο.

PER DOLVM] Val. Flac. lib. I,

Mox taciti patuêre doli: nec vellera curae
Eſſe viro: ſed ſeſe odijs immania cogi In freta ——

NAM NVNQVAM HERA ERRANS MEA DOMO EFFERRET PEDEM] αἰτιολογία. Nam non modò Medea per exteras regiones non erraret, ſi Argo ad Colchidos fines non perueniſſet, ſed nec vnquàm è domo digreſſa eſſet. Plaut. Captiueis,

Seruate iſtum ſultis intus ſerui, ne quoquam pedem efferat.

Virgilius, *Mé ne efferre pedem, Genitor, te poſſe relicto Sperasti?* Li. 2. Aen.

Sed Terẽtius videtur quodammodò ad hunc Ennij locum reſpexiſſe, In Andr.

Nam pol ſi id ſciſſem, nunquàm hûc tetuliſſem pedem.

Quod verò hîc Ennius ait, *Errans domo efferret pedem*, Euripides, Nõ enim Hera mea ad turres Iolcias nauigaſſet. Quibus verbis maior à loco excitatur commiſeratio, cùm oſtendat expreſsiùs, illam, relicta patria, ad terras adeò alienas perueniſſe. — ANIMO AEGRA] Mirè hoc ſenario Medeae ἐρωτομανίαν deſcribit: in quo ineſt πάθος ex animi perturbatione, in quam nimio amore inciderat. AMORE SAEVO SAVCIA] Proxima tranſlatio à corpore ad animum. Virgilius de eadem, Eclog. 8.

Saeuus amor docuit natorum ſanguine matrem
Commaculare manus ——

Saeuus amor, ab vtroque Poëta dictus eſt ab effectu, qui de puerorum nece eſt ſubſequutus: vnde Medea παιδολέτρια dicta fuit. Quamuis apud vtrunq. ſaeuus, aliquando pro, magno, accipiatur. Ennius, *Induta fuit ſaeua ſtola*. Virgilius, Lib. 1. Aen.

Saeuus vbi Aeacidae telo iacet Hector ——

Caeterùm hoc in loco *ſaeuus*, & pro, crudeli, & pro, magno ſumi poteſt. Quàm verò magnus in Medea amor fuerit, illud argumento eſt, quòd ſuis proditis, ac deſertis, peregrinum hominem ſequuta ſit. Sed ingentem illum amorem ingens excepit indignatio, atq. ira, ob violatam fidem, nouamq. coniugem introductam. Vnde nimia denique vlciſcendi cupiditas cum immanitate coniuncta exorta eſt. De qua Ouidius, Li. 2. Triſt.

Tingeret vt ferrum natorum ſanguine mater,
Concitus à laeſo fecit amore dolor.

Quibus quidem vehementibus animi affectionibus, non defuit vehemens ratiocinantis animae facultas, vt ex verſutis, callidisq. eius facinoribus demonſtrauit. Cui, vt ait Cicero, vt ſcelus, ſic nec ratio Lib. 3. De Nat. Deor.

quidem

quidẽ defuit. Quare eam Euripides μεγαλόσπλαγχνον appellauit, quòd iux à illius viſcerum magnitudinem, eam facultatum, ac motuum vis, & magnitudo conſequatur. Porrò multò maiori energia Noſter dixit — *amore ſaeuo ſaucia*, quàm Graecus, amore perculſa. Quae eloquutio cùm Flacco non vehemens admodùm videretur, epitheto auxit, *amore perculſum graui*. Lucretius Enniana tranſlatione,

In Epodo. Lib. 4.

Idq. petit corpus, mens vnde eſt ſaucia amore.

Lib. 4 Aen. Et Virgilius, *At Regina graui iandudum ſaucia cura*

Vulnus alit venis ——

Sed in Ennij verſu frequens vocalium concurſus grandiorem reddit orationem. ANTIQVA HERILIS CVSTOS] Poſtquàm Nutrix de Medeae infortunijs conqueſta, rem ferè omnẽ, tanquàm Prologi vicefungens, explicauit: Paedagogus, cuius haec verba ſunt in ſcenam prodit, Nutricemq. alloquitur. Quã cùm animo conſternatam conſpiceret, vt beneuolentiam captaret, antiquam, ac fidam herilem cuſtodem appellat. Sic etiam Plautus in Aſin.

—— *Di te ſaluaſſint ſemper Cuſtos herilis* ——

Feſtus hos duos Ennij verſus bis ex Medea Exſule adducit. QVID SIC EXTRA AEDEIS EXANIMATA ELIMINAS]

Lib. 8, c. 3. Quinctilianus de hoc verbo ait, *Nam memini iuuenis admodùm inter Pomponium, & Senecam etiam praefationibus eſſe tractatum, an gradus eliminat, apud Attium in Tragoedia dici oportuiſſet. At veteres ne expectorat quidẽ timuerunt.* CVPIDO CEPIT MISERAM] Haec verba Nutricis eſſe, nõ ſolùm ex Euripidis Graeca cognoſci poſſunt, verùm etiam ex Cicerone: qui in III Tuſculana ait, *Sunt autẽ alij, quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui delectat, vt illa apud Ennium Nutrix, Cupido cepit miſeram.* & caet. — PROSEQVI CAELO, AC TERRAE] Haec verba idem ſignificare videntur, quòd, vt ipſa apud Senecam Medea loquitur, querelas, verbaq. in caſſum ferre, & quaſi apud eos conqueri, qui nihil prorſus audiant, ſiue adiumenti ferre poſſint. Quod frequenter amantibus contingere ſolet, cum de ſuis miſerijs ſurdo (vt aiunt) verba faciunt. Idq. declarat Plautinus ille adoleſcens in Mercatore,

Non ego idem facio, vt alios in Comoedijs
Vidi facere amatores, qui aut nocti, aut die,
Aut Soli, aut Lunae, miſerias narrant ſuas.
Quas pol ego credo humanas querimonias
Non tanti facere, quid velint, quid non velint.

Eclog. 2. Virgilius de Corydone, —— *ibi haec incondita ſolus*
Montibus, & ſiluis ſtudio iactabat inani.

Theognetus Comicus in Phaſmate quendam philoſophiae operam dantem

dantem deridet, caelo, ac terrae loquentem, quibus nulla eius ſermonis cura eſſet,

Πεφιλοσόφηκας γῆ, καὶ οὐρανῷ λαλῶν,
Οἷς οὐδέν ἐστιν ἐπιμελὲς τῶν σῶν λόγων.

Idem ſignificant Graecae illae Paroemiae, Αἰγιαλῷ λαλεῖς, Ἀνέμῳ διαλέγῃ, Πρὸς τὸν τοῖχον λαλεῖς, & aliae huiuſmodi. Sed Colchis magnum iuſiurandum fuit, per caelum, & terram iurare. Vnde Medea apud Apolloniũ Ἴστω Κόλχων ὅρκος ὑπέρβιος, ὅν τιν' ὀμόσσαι Li.b.4

Αὐτὴ ἐποτρυνέεις μέγας οὐρανὸς ἠδ' ὑπένερθε
Γαῖα θεῶν μήτηρ ——

Et Hebraeis perfrequens fuit caelum, & terram tanquàm teſtes inuocare. FLVCTVS VERBORVM AVRES AVCVPANT] Non dubium eſt, ſi haec verba cum Euripideis conferantur, ob duplices tranſlationes, alteram ſcilicet ab vndarum appulſu, alteram ab aucupibus ſumptas, venuſtiora iudicatum iri: licet aliquibus minus illae ſatisfaciant, cùm ſanè nullam ſimul habeant cognationem. Poſtrema vſus eſt Plautus in Sticho,

Num quis hic eſt alienus noſtris dictis auceps auribus?

Et in Milite, *Viden' tu illam oculis venaturam facere, & aucupiũ auribus?* QVA PONTVS HELLES] Exiſtimant aliqui, hunc locum cum illo Euripidis, Πόντου κλῇδα, reſpondere. Appellauit Apollonius clauſtra Πόντοιο στόμα, Pindarus ἀξείνου στόμα, Herodotus ζεῦγος, Cicero, Lib. 1. *Ponti oſtium, & anguſtias*, Seneca *Pontici fauces freti*, Vetus quidam Py:h Ole Poëta *Axena Ponti freta*, Claudianus *intacti clauſtra freti*, appellarũt. 4. Li. 1. Tuſc. Sed ego ſuſpicor haec verba, quae à Cicerone referuntur, potiùs ad In Medea. eum locum pertinere, quem tacito Auctoris nomine refert Seneca in In Paneg. 1 II Epiſtol. *Imperito Argeis, regna mihi liquit Pelops,*

Qua Ponto ab Helles, atq. ab Ionio mari
Vrgetur Iſthmos ——

Atque apud Ciceronem legendum exiſtimo, *Quà Ponto ab Helles*, nõ autem vt in vulgatis. MVLTEI SVAM REM] Angelus Politianus, & Petrus Victorius hos verſus ex Ennij Medea eſſe volunt, & Cap. 27. Mıſcell. ex collatione Graecorũ verſuum de Euripidea, quae in manibus eſt, Li. 20. Var. lect cap. 13 eſſe conuerſos: & hoc modo, quo nos ſcripſimus diſpoſuerunt. Mu- Li. 8 Var. retus autem praeterquàm quod ſic eos digeſſerit, lect cap. 17

num multi ſuam
Rem benè geſsêre, & publicam patria procul.
Multi, domi qui aetatem egerunt propterea
Sunt improbati ——

Opinatur Ennium, aut quiſquis tandem Veterum conuerterit (modo Euripideos illos verterit) malè eos eſſe interpretatum, & rationi-

Li 7. Epiſt. bus, quas ipſe adducit, in alieniſſimã ſententiã detorſiſſe. Referuntur autem hi verſus à Cicerone in Epiſtola quadam ad Trebatium, qua eum his verbis hortatur, vt Vrbe procul malit eſſe, *Tu modò ineptias iſtas, & deſideria vrbis, & vrbanitatis depone: & quo conſilio profectus es, id aſſiduitate, & virtute conſequere. Hoc tibi tam ignoſcemus nos amici, quàm ignouerunt Medeae, quae Corinthum arcem altam habebãt, matronae opulentae optimates: quibus illa manibus gypſatiſſimis perſuaſit, ne ſibi vitio illae verterent, quòd abeſſet à patria, Nam multei ſuam rem,* & caet. Quos quidem verſus Paullus Manutius contra Mureti opinionem ita diſtinguendos putat,

Nam multi ſuam rem benè geſsêre, & publicam
Patria procul: multi, qui domi aetatem age –
Rent: propterea ſunt improbati –

Qui verſus ſi Ennij ſunt, vt Politianus, Victorius, Manutius, alijq́ quamplurimi viri eruditi aſſerũt, procul dubio eiuſdem Poëtae ſunt etiam ſuperiora illa verba à Cicerone aliquantùm more ſuo immutata, qui ſaepiſſimè ita Poëtarum verſus diſſoluere ſolet, vt eorum ſtructura haud facilè dignoſci poſſit. Ea autẽ ipſius Ciceronis verba eſſe, nullo pacto mihi perſuadere poſſum. Quis enim neget, verba illa non eſſe planè poëtica, ac Ennianam eloquutionem redolere? *Corinthum, arcem altam, matronae opulentae optimates, manibus gypſatiſſimis*. Nunquàm profectò ita Cicero loquutus eſſet. Caeterùm ſi nihil tale eſt apud Euripidem, nec Graeci verſus videntur omninò cum Latinis quadrare, minimè mirum eſt, quando (vt diximus) veteres Poëtae ſummam ſibi in Graecis fabulis vertendis licentiam arrogarunt. Verum enimuerò quoniam poëtica illa verba à Cicerone relata, Ennij eſſe non modò ſuſpicamur, verùm etiam aſſentimur, ne id inexplicatum omittamus, per manus gypſatiſsimas, non vt pleriq. alij candidiſsimas intelligere opinor, ſed artes, & veneficia Medeae, quaſi dicat manus medicamentis, ac venenis illitas, infeſtasq́. Gypsũ enim venenum eſſe ſatis vulgatum eſt, nam ſumptum adeò in ventriculo lapideſcit, vt corporis meatus obſtruendo, enecet. Siue his verbis barbaram mulierem ſignificauit. Conſueuerunt enim huiuſmodi mulierum genus gypſo manus pingere, vt candidiores viderẽtur. Ad quem morem fortaſſe reſpicit illud Valerij Flacci,

Lib. 2.

Picta manus, vſtoq́. placet, ſed barbara mento.

Lib 7. Epigram. Comprobat Rufini epigramma mulieres ſe gypſo illiniri ſolitas,

Ἀντὶ δέ μοι παίδων ἀδόλου χροὸς, ἤρεσε γύψου
Χρίσματα καὶ φύκους ἄνθος ἐπεισόδιον.

Gypſatos verò pedes venalium ſeruorum ſignum fuit, quo ab emptoribus dignoſcerẽtur. Plinius lib. XXXV. Cap. XVII de creta argẽtaria

loquens

loquens, quae argento nitorem reddit, *Eſt*, inquit, *& viliſſima, qua circum praeducere ad victoriae notam, pedeſq. venalium trans mare aduectorum denotare inſtituerunt maiores*. Tibullus, Lib. 2. eleg 3.

Barbara gypſatos ferre cataſta pedes,

Ouidius, *Nec tu, ſi quis erit capitis mercede redemptus*, Lib. 1. Amor. Eleg. 8.

Deſpice gypſati nomen inane pedis.

Ad hoc reſpicit illud Iuuenalis, Satyr. 1.

Nuper in hanc vrbem pedibus qui venerat albis.

Verbis autem illis, Μή μοι τι μέμψησθε, *Ne mihi vitio vertatis*, & caet. reſpexit Poëta ad communem omnium opinionem de mulieribus peregrè vagantibus, quae propter inſtabilitatem impudicae habentur. Horatius, —— *Ilion Ilion* Li. 3. Car. Ode. 3.

Fatalis, inceſtuſq. iudex,

Et mulier peregrina vertit In puluerem ——

Quamobrem in Comoedijs meretrices, peregrinae appellantur. Terent. *Adeón' eſt demens? ex peregrina?* —— In Andr.

Quod verò ad traductioné attinet, Latinus Poëta pro, σεμνοὺς, vt caetera omittamus, liberiùs quàm par eſt intelligit eos, qui rem ſuam, & publicam benè geſſerunt. Graecus Scholiaſtes eam vocem τοὺς ὑπερηφάνους, & ἀλάζονας, faſtoſos, & ſuperbos interpretatur: quem ſequutus eſt Stibius: Dorotheus verò moroſos vertit, honeſtos Politianus. Qui vbi Euripideos hos verſus ad verbum transfert, perperàm Κορίνθιαι γυναῖκες in recto, *Corinthiae mulieres*, vertit, cùm vocãdi caſus ſint, &, ἐξῆλθον δόμων, in tertia pluralis, *egreſſae ſunt domos*, cùm ſit prima ſingularis, quod verbum non ad Corinthias mulieres referendum eſt, ſed ad Medeam ipſam, quae cum Corinthijs mulieribus, ex quibus conſtitutus eſt chorus, loquens, quarum nomine à nutrice rogata fuerat, vt foras prodiret, ait, *Corinthiae mulieres, egreſſa ſum ex aedibus* & caet. An verò haec Ennius, & Cicero, qui eum ſequutus eſt, rectè de patria, & non de priuatis aedibus intellexerint, in aliud tempus differemus. SVAM REM BENE GESSERE, ET POPLICAM PATRIA PROCVL] Rem benè geſſiſſe frequentiùs de his dictum eſt, qui longè à patria aliquid aut praeclarè, aut vtiliter egiſſent. Plautus Sticho,

Cùm benè re geſta ſaluus conuertor domum.

Idem ibid. *Vt mihi volupe 'ſt Pamphilippe, quia vos in patriam domum*

Rediſſe video bene geſta re, ambos; te, & fratrem tuum

NAM TER ARMEIS] Eiuſdem Medeae verba ſunt, quae cum Corinthiarum mulierum choro adhuc loquens ab incoepto querelarum non deſiſtit, ſed multis nominibus miſeram mulierum conditionem deplorans addit, minimè verum eos dicere, qui aiunt, mulieres

domi ſeſe continentes, ſine vllo vitae diſcrimine tranſigere aetatem: dum viri belli pericula ſubirent foris: malle enim ſe ter in acie dimicantem ſtare, quàm ſemel parere. Refert Nonius in Cernere hũc locũ ex Medea Exſule. Varro Satyra γέροντος διδασκάλου, *Non vides apud Ennium eſſe ſcriptum?* —— *ter ſub armeis malim vitam cernere,*

Quàm ſemel modò parere ——

Quem locum Idem repetit libro V. De lingua Latina. ANIMADVERTE, ET DICTO PARE] M. Cicero pro Rabirio Poſtumo haec verba refert, non expreſſo Auctore, nec fabulae nomine: quae quoniam ex Euripidis Medea cõuerſa ſunt, iure conijci poſſunt ex Ennio Ciceronem retuliſſe: cuius verba ſunt, *Nemo noſtrûm ignorat, etiam ſi experti non ſumus, conſuetudinem regiam. Regum autem ſunt haec imperia, Animaduerte; & dicto pare; &, Praeter rogitatum ſi querare: & illae minae, Si te ſecundo lumine hîc offendero, Moriere. Quae non vt delectemur ſolùm, legere, & ſpectare debemus, ſed vt cauere etiam, & effugere diſcamus.* Sunt ea Creontis verba ad Medeam, quamcelerrimè iubentis, vt ex ipſius ditione excedat, neq. precibus diſceſſum differat, cùm id firmiter ſancitum ſit. Summis tandem precibus ea conditione vnius diei moram impetrauit, ne poſterum diei iubar ipſam, nec filios intra regni fines aſpiceret, alioquin moreretur. Hanc ſententiã rurſus extulit Cicero epiſtola extrema lib. VII. ad Atticum; *Caeſaris interdicta, Si te ſecundo lumine hîc offendero, reſpuuntur.* Idem ferè apud

In Medea. Senecam expreſſit Creon,

Iubete ſileat, regium imperium pati

Aliquando diſcat ——

Et illud, *Et ipſa propera, capite ſupplicium lues;*

Clarus priuſquàm Phoebus attollat diem,

Niſi cedis Iſthmo —— ANIMADVERTE] κόλαζε.

Lib. 2. Aen. —DICTO PARE] Imperio obtempera. Virg.

Iamq. ibat dicto parens ——

PRAETER ROGITATVM] Praeter id quod rogaris. —SI QVERARE] Si murmures. Lambinus legit, *ſi loquare*, vt magis Graecis verbis μὴ λόγους λέγε, reſpondeat. SI TE SECVNDO LVMINE] Secunda die, cras. Virg.

Lib. 6. —— *vix lumine quarto Proſpexi Italiam* ——

Lib. 4. Idẽ alibi quantà venuſtate, ac maieſtate Ennianã extulit ſententiam,

Iam mare turbari trabibus, ſaeuasq. videbis

Collucere faces, iam feruere littora flammis,

Si te his attigerit terris Aurora morantem.

Eodem modo Cic. pro Milone lucem pro die poſuit, *Centeſima lux haec eſt ab interitu Clodij.* TENEOR CONSIPTA VNDIQ. VENOR]

VENOR.] Cùm Medeae mala vndiq. imminerent, hinc Iaſonis, & pellicis odium, vlciſcendiq. cupiditas, illinc liberorum amor, minae, & exſilium, Euripides de ea dixit, malè actum vndiq. eſſe. Sed multò Noſter magnificentiùs à feris ſumpta tranſlatione, quibus hinc canibus, illinc laqueis, & retibus circumcluſis, nullum patet effugium, dixit, *Teneor conſipta, vndiq. venor.*

Alluſit fortaſſe ad prouerbium, quod ſic Flaccus protulit, Lib. 2. Satyr. 2.

—— hàc vrget lupus, hàc canis angit.

Idem alibi aliò ſanè modo eandem expreſſit ſententiam,

Hic foſſa eſt ingens, hic rupes maxima —— Lib. 2. Ser. Satyr. 3.

Graeci eadem ſignificatione dicunt, Ἔμπροσθεν κρημνὸς, ὄπισθεν λύκοι. Nō diſcedit ab hoc Maronis illud; apud quem Pallas vt ſuos à pugnandi Lib. 10. neceſſitate hortaretur, ait,

Ecce maris magna claudit nos obice pontus,
Deeſt iam terra fugae ——

Seneca apertis verbis remiſſo tragico ſpiritu de Medea dixit,

Expulſa, ſupplex, ſola, deſerta, vndiq. Afflicta ——

In vulgatis Nonij codicibus refertur hic locus ex Ennij Nemea, ſed malè opinor, cùm *Medea* ibi legendum ſit, tum antiqui codicis fide, tum ob ſenſus cum Graeca Euripidis congruentiam. Feſtus fortaſſe hunc locum ſignificauit, cùm dixit, Conſiptum apud Ennium pro, In Conſiptum. conſeptum reperiri. Pergens rurſus Medea cum choro colloqui ſui conſilij aperit rationem: proptereaq. ſe tam blandè Creontem affatā ait, vt faciliùs eum fallere poſſet, & exitium, quod illi, Iaſoni, nouaeq. nuptae moliebatur, ad finem perduceret. Quod quidem ſcelus cùm ſecum animo volutaret, haec innominati apud Ciceronem Tragici Lib. 3. de Nat. verba ab ea prolata ſunt; quae hoc loco maximè quadrant; loquitur autem de Creonte, à quo, vt paullò ſuperiùs diximus, vnius diei prorogationem ſupplicibus verbis obtinuit,

Ille tranſuerſa mente mihi hodie tradidit repagula,
Quibus ego iram omnem recludam, atq. illi perniciem dabo.
Mihi moerores, illi luctum, exitium illi, exſilium mihi.

Qui verſus ſi non ſunt ex Accij Medea petiti: profectò ex hac Ennij ſunt: nam non modò cū huius Medeae Exſulis hypotheſi congruūt: à qua longè videtur, vt ex reliquijs conijci poteſt, Accij fabula abeſſe: verùm etiā horū ſenſus valde cū his Euripideis cōſentit, quāuis diuerſo ſanè modo explicatus ſit: nec quidē mirū, ſi pleraq. ſuo Marte addidit Ennius, ea, quā ſaepè libertate vſus. Ita igitur Euripidis Medea,

Πικροὺς δ' ἐγώ σφιν καὶ λυγροὺς θήσω γάμους
Πικρὸν δὲ κῆδος, καὶ φυγὰς ἐμὰς χθονός.

QVO NVNC ME VORTAM?] Interrupta ac conciſa Me-

deae oratio magnam praeſefert animi perturbationem, ac cōſilij inopiam. Exorditur ab addubitatione, vt maiorem excitaret commiſerationem. Similis conqueſtionis locus eſt apud eundem Graecum Tragicum, vbi Polymeſtor vtroque oculo à Troadibus confoſſo, ait,

In Hecuba.

Ὤμοι ἐγώ, πᾷ βῶ; πᾷ στῶ; πᾷ κέλσω
Τετράποδος βάσιν θηρὸς ὀρεστέρου
Τιθέμενος ἐπὶ χεῖρα κατ' ἴχνος; ποίαν;
Ἢ ταύταν, ἢ τάνδ' ἐξαλλάξω;

Et paullò poſt,

Πᾷ στῶ; πᾷ κάμψω; πᾷ βῶ;

Et, *Ποῖ τράπωμαι; ποῖ πορευθῶ;*

Admetus apud eundem in Alceſtide,

Ποῖ βῶ; πᾷ στῶ; τί λέγω; τί δὲ μή;
Πῶς ἂν ὀλοίμαν; ——

Teucer apud Sophoclem in Aiace,

Ποῖ γὰρ μολεῖν μοι δυνατόν, εἰς ποίους βροτούς,
Τοῖς σοῖς ἀρήξαντ' ἐν πόνοισι μηδαμοῦ;
Ἦ που Τελαμὼν σὸς πατήρ, ἐμός θ' ἅμα,
Δέξαιτ' ἂν εὐπρόσωπος, ἵλεώς τ' ἴσως
Χωροῦντ' ἄνευ σοῦ; πῶς γάρ; ——

In Med.

Seneca Ennij imitatione eodem dicendi genere, quod Graeci *διαλογισμὸν κατ' ὑποφορὰν* vocant, ſuam Medeam facit, ita ſecum per ironiā quaſi cum altero colloquentem,

At quò remittis? Phaſin, & Colchos petam?
Patriumq. regnum? quaeq. fraternus cruor
Perfudit arua? quas peti terras iubes?
Quae maria monſtras? Pontici fauces freti?
Per quas reuexi nobiles regum manus,
Adulterum ſequuta per Symplegadas?
Paruám ne Iolcon, Theſſala an Tempe petam?
Quaſcunque aperui tibi vias, clauſi mihi.
Quò me remittis? ——

De Nupt. Pelei.

Oſtendit etiam Catullus quantùm huiuſmodi percontationes ad miſericordiam concitandam ſint idoneae,

Nam quò me referam? quali ſpe perdita nitar?
Idaeós ne petam monteis? at gurgite lato
Diſcernens patriam truculentum diuidit aequor.
An patris auxilium ſperem? quēm ne ipſa reliqui
Reſperſum iuuenem fraterna caede ſecuta?
Coniugis an fido conſoler memet amore?
Qui ne fugit lentos incuruans gurgite remos?

Non

Non diſſimilis & illa etiam Atrei conqueſtio apud Accium,

Egó ne Argiuûm imperium attingam, aut Pelopis
Digner domo? quo me oſtendam, quod templum adeam?
Quo more funeſto colloquar? ——

Huiuſmodi eſt illa Didonis διαπόρησις apud Maronem,

En quid agam? rurſús ne procos irriſa priores Experiar? —

Et quae ſequuntur. Nec ſolùm Poëtae, ſed etiã Oratores huiuſmodi orationis genere vſi ſunt. Ita enim Gracchus in Oratione quadam, *Quo me miſer deferam? in Capitolium ne? at fratris ſanguine redundat: an domum? matrém ne vt miſeram, lamentantemq. videam, & abiectam?* Duos autem eos verſus, quos modò explicamus, refert Cicero ſine Auctoris indice: ipſa tamen oratio, & verba ex Euripide expreſſa faciunt, vt Ennianae Medeae eſſe exiſtimemus. DOMVM PATERNAM] *Natale ſolum* ſub eiuſdem Medeae perſona dixit Ouidius, Lib. 7.

Ergo ego germanam, fratremq., patremq., Deoſq.,
Et natale ſolum ventis ablata relinquam? Lib. 8.

Valerius Flaccus, *patrias domos,*

Linquo domos patrias te propter, opeſq. meorum. Lib. 7.

Et alibi, *Nempe ego ſi patrijs timuiſſem excedere tecteis.*

AD PELIAE FILIAS] Miſeriam ſuam amplificat Medea, cùm Iaſonis cauſſa neque ad paternam domum, neque ad mariti propinquos tutus pateat aditus. Inuiſa enim Peliae filiabus erat ob caedem, quam, vt à Samio Polycrate proditum eſt, earum patri dolo molita eſt: vt Iaſonis propinquorum caedem vlciſceretur, & Iaſoni ipſi viam ad regnum ſubſtrueret. Perſuaſit enim Aſteropeae, & Antinoae Peliae natabus, ſe ſuis medicamentis ipſarum patrem ſenio iam confectum in priſtinum aetatis robur reſtituere poſſe: & quò magis eius promiſſis fides adhiberetur, inquit, — *qui veſtras maximus aeuo eſt* Ouid. lib. 7.

Dux gregis inter oues, agnus medicamine fiet.

Caetera ex Ouidio, Apollodoro, alijſq. quamplurimis nota ſunt. TV ME AMORIS] Exprobrãte Medea Iaſoni ingratitudinem, quòd poſt tot, tantaq. à ſe accepta beneficia, dimiſſa ſit, purgat ſe Iaſon, potiuſq. ait, ſe à Medea amoris impatientia ex periculis fuiſſe ereptum, quàm honoris ergô. Sunt haec ex Euripidis Graeca conuerſa, ſed à quo, Cicero non meminit. Inquit enim, *Quid ait ex Tragoedia princeps ille Argonautarum? Tu me amoris magis, quàm honoris,* & caet. Haec quidem ipſe Cicero non vertit: ſic enim illicò addit, *Atque ea tamen apud alium Poëtam patri dicere audet, ſe coniugem habuiſſe,* & caet. Ennij igitur eſſe opinor. NEQVE TVVM VNQVAM] Refertur ſimiliter hic locus à Cicerone ſine Auctoris nomine. Quoniam verò idem prorſus in Euripidis Medea extat, audacter Ennio adſcripſimus. Lib. 1. Bibliotb. Lib. 4. Tuſ.

Euripi-

Euripidis autem verba ſic poſſunt Latinè exprimi, Non enim poſthac liberos, quos ex me habuit, viuentes vnquam aſpiciet: in quibus nihil poëticum ineſſe videtur. Quantò verò praeclariùs tandem ſententiam Latinus Poëta expreſſerit ex collatione apparet. SALVETE OPTVMA CORPORA] Venuſtiùs, *pignora*, vel *viſcera*, Ouidius de eadem, *Cùm dolor armauit contra ſua viſcera matrem*.

Verba ſunt Medeae ad filios, quae quáuis impiè in eos ſaeuire decreuerat, nihilominus maternis affectibus non omnino exuta, optat illis, quam mox adeptura erat, ſalutem, humaniterq. alloquitur. Expreſſit hoc diſticho Antipater Macedo huiuſmodi Medeae animi aeſtû: qui optimè in illius imagine vtrunq. agnoſcens affectum, iram ſcilicet, & commiſerationem, ait,

Μηδείης τύπος οὗτος ἴδ᾽ ὡς τὸ μὲν εἰς χόλον αἴρει
Ὄμμα, τὸ δ᾽ εἰς παίδων ἔκλασε συμπαθίην.

Verbum *ſaluete*, in Graeco non eſt. Laudat Nonius hunc locum ex Ennij Medea: quem ita aemulatus eſt Seneca in eiuſdem nominis fabula,

Hûc chara proles vnicum afflictae domus
Solamen, hûc vos ferte, & infuſos mihi
Coniungite artus ——

CETTE MANVS VESTRAS] Nonius, *Cette ſignificat dicite, vel date, ab eo, quòd cedo*, Plautus Mercatore,

—— *cette dextras nunc iam*

— MEASQ. ACCIPITE] In Graeco haec non habentur, & in Latino verbum *ἀσπάσασθε* deficit. IVPPITER, TVQ. ADEO SVMME SOL, QVI RES OMNEIS INSPICIS] Chori verba ſunt, qui cognitis nefarijs Medeae cōſilijs videns nihil ampliùs eſſe praeſidij ad eam à truculenta natorum caede amouendam, Tragicis querimonijs ad Iouem, vtpotè Deorum ſummum, & ad Solem, à quo illa ſuum ducebat genus, ſermonem conuertit, eosq. obteſtatur, vt tam tetrum facinus à pueris nihil tale merentibus arceat, atq. auertat. Videri hîc quoque poteſt Ennius Iouis, & Solis vnum idem feciſſe numen aliorum Graecorum imitatione, apud quos,

Ὦ Ζεῦ πανόπτα καὶ Ἥλιος, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς.

Perſuaſit ſibi credula vetuſtas, Ioui omnia perſpicua eſſe, nihilq. eum latere, & omnia audire. De quo intelligens Sophocles in Antigona ait,

—— *ὃ πάντ᾽ ὁρῶν ἀεί.*

Aſſeruit quoque Heſiodus, Iouis oculum cuncta videre, atq. audire,

Iliad. γ. *Πάντα ἰδὼν Διὸς ὀφθαλμὸς, καὶ πάντα νοήσας.*

Agamemnon apud Homerū Iouē, & Solem tāquā vnicū numen implorauit,

Ζεῦ πάτερ Ἴδηθεν μεδέων κύδιστε, μέγιστε
Ἠέλιός θ᾽, ὃς πάντ᾽ ἐφορᾷς, καὶ πάντ᾽ ἐπακούεις.

Quod

Quod quidem de Iouis oculo Arati vitae Auctor intelligendum eſſe ait. Apparet etiam Orpheus ex priſca eorum Theologia Iouem, & Solem idē fuiſſe numen exiſtimaſſe: quandoquidē ab eo Sol in eius hymno appellatur ardens, impollutus, temporis praecurſor, immortalis Iuppiter. *Αἰθαλὶς, ἀμίαντε, χρόνου πάτερ ἀθάνατε Ζεῦ.*

In eadem opinione videtur fuiſſe Plato, qui in Phaedro ait, Magnum in caelo ducem Iouem eſſe, qui primus incedit alatum impellens currum, omnia exornans, & prouidentia ſua gubernans, quem ſequitur Deorum, Daemonumq́ exercitus per vndecim partes diſtributus. Veſta autem in Deorum aede permanet ſola. Aliorum autem Deorum, quicunque in XII. numero cenſentur, ſuo quiſq muneri praeeſt, prout illi ſinguli ſunt conſtituti. Graeca diuini Philoſophi verba ſunt, *Ὁ μὲν δὴ μέγας ἡγεμὼν ἐν οὐρανῷ Ζεὺς, πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνων, πρῶτος πορεύεται διακοσμῶν πάντα. καὶ ἐπιμελούμενος, τῷ δ' ἕπεται στρατιὰ θεῶν τε, καὶ δαιμόνων, κατὰ ἕνδεκα μέρη κεκοσμημένη. μένει γὰρ Ἑστία ἐν θεῶν οἴκῳ μόνη. Τῶν δὲ ἄλλων ὅσοι ἐν τῷ τῶν δώδεκα ἀριθμῷ τεταγμένοι θεοὶ ἄρχοντες, ἡγοῦνται κατὰ τάξιν ἣν ἕκαστος ἐτάχθη.* Ex quibus apertè liquet Platonem pro magno duce Ioue, Solem intellexiſſe; qui velociſsimum agitat currum, eumq́. innumerabilis ſequitur ſtellarum exercitus. Veſtam denique quis neget hîc terram intelligi, quae ſola in mundi centro ſuis librata ponderibus, ac quaſi in aëre pendens, conſiſtit immobilis? vnde Euripides,

Καὶ γαῖα μῆτερ, Ἑστίαν δέ σ' οἱ σοφοὶ
Βροτῶν καλοῦσιν, ἡμένην ἐν αἰθέρι.

Homerus Iouis appellatione Solem intellexit, cùm ait in I. Iliad.

Ζεὺς γὰρ ἐπ' ὠκεανὸν μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας
Χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα, θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο,
Δωδεκάτῃ δέ τοι αὖθις ἐλεύσεται Οὔλυμπόνδε.

Hinc aliqui exiſtimarũt Oceani vndam Soli quaſi dapes vapores miniſtrare, & phyſicae rationi eſſe conſentaneum, calorem humore nutriri. Quod verò ait, Iouem Deos omnes ſimul eſſe ſequutos, ſidera intelligit, quae Solem tanquam ducem ſequi videntur, & eodem vapore ali creduntur. Refert Probus hunc Ennij locum ex Medea Exſule. INSPICE HOC FACINVS PRIVSQVAM FIAT] Attius Athamante, *Priusquàm infans facinus oculi veſcuntur tui.*

Q. ENNII FRAGMENTA EX ALTERA MEDEA.

—— quei ipſus ſibei
Sapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit. Cic. Lib. 7 Epiſt.

Adſta,

Non. Contempla. Var. lib. 6. De Ling. Lat.

Adſta, atque Athenas antiquũ opulentum oppidũ
Contempla: & templum Cereris ad laeuam adſpice.

Non. efferre.

Vtinam ne vnquam me de cordis cupido
Corde pedem extuliſſes —

Var. lib. 5. De ling. Lat. Diomed. lib. 1 Non. Sublimare.

Quis tu es mulier, quei me inſueto nuncupaſti nomine?

Sol, quei candentem † caelo ſublimat facem. † in caelo ſublimas.

EXPLICATIO.

QVEI IPSVS SIBEI SAPIENS PRODESSE NEQVIT] Quoniam praeclariſſima haec ſententia non modò in ea, quae nunc extat Euripidis Medea integra non inuenitur, ſed nec veſtigium quidem apparet vllum, nos non ab re ex altera eiuſdem, Euripidis Medea ab Ennio conuerſam fuiſſe diximus. Quòd verò ea ex Medeae fabula petita ſit, ex Cicerone facilè cognoſci poteſt: qui ad Trebatium ait, *Et, quando Medeam agere coepi, illud ſemper memento, — qui ipſe ſibi ſapiens, & caet.* Quòd Ennius eius auctor fuerit, ex eodẽ Cicerone liquet: cuius haec verba ſunt in III. de Officijs, *Haec eſt illa pernicies, quòd alios bonos, alios ſapientes exiſtimant: ex quo Ennius, Nequidquam ſapere ſapiẽtem, qui ſibi ipſi prodeſſe nequiret.* In quo loco Poëtae more ſuo verba ſine carminis ſtructura poſuit. Quòd deniq. eam ſententiam ex Euripide Ennius expreſſerit, quamuis liberiori licentia, vt eam grandiorem redderet: ex quo etiam totam fabulam expreſſiſſe arbitramur, Ciceronis quoque teſtimonio comprobatur. Ita enim ad Caeſarem in Praecilij commẽdationem ſcribit, *Itaque ab Homeri magniloquentia confero me ad vera praecepta* Εὐριπίδου, Μισῶ σοφιστὴν ὅς τις οὐχ αὑτῷ σοφός. Qui verſus etiam inter Menandreos recenſetur: & à Luciano repetitur in Apologia pro mercede conductis, & à Plutarcho in Alexandro, & in libello qui Εἰ καλῶς εἴρηται τὸ λάθε βιώσας, inſcriptus eſt. Nec ſolùm ex hoc verſu qui ex Euripidis Medea affertur, apparet Euripidem alteram Medeam ſcripſiſſe, cùm in ea, quam habemus non extet, ſed ex his etiam ex eodem Auctore, & eadem fabula à Stobaeo relatis: qui in ea quae in manibus eſt nullibi reperiuntur,

Lib. 7. Epiſt. — Lib. 13. Epiſt. — Ser. 20.

Μεγαλόσπλαγχνος δυσκατάπαυστος ψυχὴ δηχθεῖσα κακοῖσι.

Ser. 76. Et alibi, Τὸ θρέψαι δ' ἐν βροτοῖσι πολλάκις
Πλείω πορίζει φίλτρα τοῦ φῦσαι τέκνα.

Non

Non eſt Euripideae ſententiae abſimilis locus ille Iſocratis ad Nicoclem de regno, Ὁ μηδὲν ἂν αὑτῷ χρήσιμος, οὐδ' ἂν ἄλλον φρόνιμον ποιήσειεν. Alluſit ad eandem ſententiam apertiùs Plato in Hippia maiore, Τὸν σοφὸν, αὐτὸν αὑτῷ μάλιστα δεῖ σοφὸν εἶναι. Multi ſanè hunc Ennij locum vnico trochaico legunt,

Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe nequit, nequidquam ſapit.

Aliqui pro, *nequit, non quit* ſcribendùm exiſtimant antiqui codicis auctoritate, ſicut etiam apud Lucretium, Lib. 5.

—— ſed vix adducor, vt antè
Non quierint animo praeſentire, atq. videre.

ADSTA ATQ. ATHENAS] Videntur haec alicuius digito monſtrantis verba eſſe. Refertur prior hic verſus à Nonio cum prima conſequentis verſus dictione ex Medea Ennij, & à Varrone ſimiliter ex eadem fabula integer poſterior: qui quamuis apud duos auctores diuulſi legerentur, nihilominus ob verbum *Contempla*, quod apud Nonium eſt alterius verſus initium, facile fuit ex Varrone reliquum ſupplere, praeſertim ita ſentẽtia ſuadente. Poſui hos verſus in hac Medeae fabula, cùm alteri Euripideae nuſquam quidquam reſpondeant. Sed fortaſſe meliùs pro, *Adſta, Aſtu* legendum eſt; vt habetur in peruetuſto Nonij codice: quam vocem cùm inſcij Amanuenſes minimè intelligerent, mendoſam reputarunt: vnde pro, *Aſtu, Adſta* irrepſit. Eſt autem Aſtu, vt Philochorus in lib. I. Attidos teſtatur, Athenienſium ciuitas, eo nomine κατ' ἐξοχὴν appellata. Vnde Donatus enarrans illud Terentianae Eunuchi, — *an in Aſtu venit? In Aſtu*, inquit, *in vrbem de Piraeeo. Sic Athenienſes vocabant vrbem ſuam: vnde ipſi incolae ἀστοὶ vocantur.* Quẽ Terẽtij locũ adducit etiã Aſconius, vt probaret aſtuta, ab ἄστυ vrbana dici. Vnde huiuſmodi nomẽ omnibus deinde ciuitatibus cõmune fuiſſe apparet: & Ἄστυ dici παρὰ τὸ ἵστασθαι. Nam vt Eumolpus tradit, ἐπὶ μετεώρου κεῖνται αἱ πόλεις. Antonius verò Gouuanus exiſtimat eo modo Athenae Aſtu dici, ſicut vrbs Roma propriè dicitur. Sed fortaſſe hoc loco ideo coniunctim Aſtu, atq. Athenae nominantur, vt per haec verba totius ciuitatis ambitus ſignificaretur: quae bifariam diuiſa erat. Nam, vt tradit Halicarnaſſeus in I. Antiquitatum, Athenienſes alij ὑπεράκριοι, hoc eſt Montani, alij πάραλοι, hoc eſt Maritimi appellabantur. Ex quo conijci poteſt, hos alteram Vrbis partem, quae Athenae dicebãtur, ad Piraeeum vergentem, illos verò alteram ab eminentia Ἄστυ, & Arcem appellatam incoluiſſe. Diuidit ſimiliter Plutarchus in τῷ ἀρετικῷ Athenienſes in Maritimorum, & Mõtanorum factiones, ſed tertiam eorum addidit, qui in planis locis morabantur, Hos Suidas πεδιακοὺς quaſi Campeſtres vocat, Montanos verò διακρίους, & παράλους, vt Dionyſius, Maritimos. Accius in Oeno-

In 2. in Verr.

In Vatinium.

mao, quamuis ſuſpicer ibi non de Athenis agi,

> *Vos ite actutum, atq. opere magno edicite*
> *Per Vrbem, vt omnes, qui Arcem, Aſteumq. accolunt*
> *Ciueis, omnibus fauſtis auguſtam adhibeant*
> *Fauentiam: ore obſcoena dicta ſegregent.*

— ANTIQVVM OPVLENTVM OPPIDVM] De Athenarum antiquitate non pauca à Platone in Atlantico, & in Timaeo attinguntur. Ioſephus in I. libro κατ' Ἀπίωνος refert, Athenienſes ſe terrigenas eſſe gloriari, & inde αὐτόχθονας dici. Auctor ſelectarum Agriculturae praeceptionum, quae Conſtantini Caeſaris nomine circunferuntur, ait, Terram totam per orbis initia aquis obrutam fuiſſe, quibus paulatim deficientibus Atticam terram primùm emerſiſſe. Iuſtinus ex Trogi Pompeij hiſtorijs, vbi de Athenienſium origine agit, *Soli enim*, inquit, *praeter quàm incremento, etiam origine gloriantur. Quippe non aduenae, neque paſſim collecta populi colluuies originem vrbi dedit: ſed in eodem nati ſolo, quod incolunt: & quae illis ſedes, eadem origo eſt.* Quae ſanè verba ad verbum paenè ex Iſocratis Panegyrico videntur expreſſa. Quò verò aliquod ſuarum antiquitatum ſignum Athenieſes praeſeferrent, cincinnos comae, vt ait Thucydides, aurearum cicadarum nexu redimire conſueuerunt. Cicadas enim ferunt, non aliunde com migrare, ſed vbi naſcũtur, ibi viuere: quamobrem τεττιγοφόροι appellati ſunt. Meminit & huius moris, & Thucydidis loci Ariſtophanis Scholiaſtes in Equitibus, ἐν τοῖς Ἀθηναίοις τὸ πάλαι τέττιξι χρυσοῖς ἀναδεῖσθαι τὴν κόμην ὡς Θουκυδίδης. οὕτω οἱ ἀγεννεῖς ἐφόρουν παῖδες, καὶ ἄνδρες ἀνέχοντες τὴν κεφαλήν. Quem morem ità Virgilius in Ceiri explicauit,

Lib 9. capite 1.

Lib. 2.

Lib. 1.

> *Ergo omnis charo reſidebat cura capillo,*
> *Aurea ſolenni comptum quem fibula ritu*
> *Mopſopio tereti nectebat dente cicadae.*

Nonnus in libro XIII. Διονυσιακῶν,

> χρύσεος ἀπλεκτοῖσι κόμαις ἐσφίγγετο τέττιξ.

Quem morem deridens M. Varro Menippaeam Satyram ſcripſit, cui Atticus Tettix nomen fecit, vt doctè conijcit Turnebus: pro quo paſſim in vulgatis Nonij exemplaribus in dictione *Rabere*, perperam legebatur, ſed non à vera lectione nimis remotè, *Antiquoteti*, & *Antiquotetti*: & modò lõgè remotiùs in excuſis à Plãtino, *Idem Attij quod Titij*. Caeterùm ſuper huiuſmodi generis antiquitate nõ parua inter Athenienſes, & Arcades fuit contentio. Iactabant enim ſe hi, ante Lunam fuiſſe genitos, vnde προσέληνοι appellari voluerunt. — TEMPLVM CERERIS AD LAEVAM ADSPICE] Templa Cereris, & Proſerpinae, vt in Atticis tradit Pauſanias, Athenis conſtructa erant ſupra fontem, qui Enneacrunos vocabatur, quoniam aquam

per

per nouem ſalientes effunderet. Suidas verò ait, hunc fontem, quem Thucydides à numero nouenario Enneacrunon dixit, Dodecacrunō à XII. Siphonibus appellari: & olim Calirrhoën eſſe dictum. VTINAM NE VNQVAM] Optat Medea, ne eam vnquam Iaſon ex ſuo amouiſſet animo. Quibus verbis beneuoli quaſi adhuc animi oſtendit affectum. — ME DE CORDIS CVPIDO CORDE PEDEM EXTVLISSES] Ex animi penetralibus. Reſpexit fortaſſe ad illud Homeri τότης ψυχῆς κέαρ. Sed Lipſij lectio magis Lib. 4. Epiſt. quaeſt.
placet, *Vtinam ne vnquam Medea Colchis cupido*
Corde pedem extuliſſes —

Satis quidem impropriè de corde pedem efferre dictum eſſet. Lucretius Ennij adiunctum ita expreſſit, Lib. 4.

Quod cupido affixum cordi viueſcit, vt ignis.

QVIS TV ES MVLIER] Varrò vbi de ſignificatione verbi *Nuncupare*, agit: non expreſſo Auctoris nomine inquit, *Item in Medea, Quis tu es mulier?* & caet. Ex quo loco certum fabulae indicem habemus. Auctorem verò ex Diomede apertè cognouimus. Ita enim vbi de Soloeciſmo loquitur, ait, *ſecundus modus fit per immutationem generis pronominum, vt Quis mulier, cùm debeat dici, Quae mulier, vt apud Ennium,* Lib. 5. de Ling Lat. Lib. 1.

Quis tu es mulier, quae me inſueto nuncupaſti nomine?

pro, quae foeminino, maſculinum quis poſuit. Ex quibus locis manifeſtè & Auctor, & fabulae nomen liquet. Scaliger Nonij auctoritatem ſequutus in dictione *Quiſquis*, Pacuuij hunc verſum eſſe dicit, & hoc modo cum alijs ex Medo Pacuuij connectit,

MEDEA, *Atque eccum ipſum in tempore*
Oſtentum ſenem. Tueór ne te ſenex? proh Iuppiter.

SENEX, *Quis tu es mulier, quae me inſueto nūcupaſti nomine?* & caet.

SOL QVI CANDENTEM] Colchis praecipuè mos fuit, vt Apollonij Scholiaſtes innuit, Solem, ac Iouem in accepta iniuria inuocare, tāquam eorum, quae geſta ſunt, arbitri, & ſpectatores. — IN CAELO SVBLIMAT FACEM] Eorum ſequitur opinionē, qui Solem ignem eſſe voluerunt. In qua ſententia Euripides videtur fuiſſe, qui in Phoeniſsis ait, Lib. 4.

Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα.

Et in Phaëthonte,

Θερμὴ δ' ἄνακτος φλὸξ ὑπερτελοῦσα γῆς.

Ennius alibi, —*interea fax Occidit* — Hinc Maro, Lib. 4.
Sol, qui terrarum flammis opera omnia luſtras. Aen.

ΑΤΑ. ΤΙ'Σ ποτ' ἄρ' ἀστὴρ ὅδε πορθμεύει;
ΠΡΕ. Σείριος, ἐγγὺς τῆς ἑπταπόρου
Πλειάδος ᾄσσων ἔτι μεσσήρης.

ΑΤΑ. Ἀλλ' ἴθ' ἐρέσσων σὸν πόδα, γήρᾳ
Μηδὲν ὑπείκων.

ΑΤΑ. Ἡ δυσγένεια δ' ὡς ἔχει τι χρήσιμον,
Καὶ γὰρ δακρῦσαι ῥᾳδίως αὐτοῖς ἔχει,
Ἄνολβά τ' εἰπεῖν. τῷ δὲ γενναίῳ φύσιν,
Ἅπαντα ταῦτα. προστάτην γε τοῦ βίου
Τὸν ὄγκον ἔχομεν, τῷ δ' ὄχλῳ, δουλεύομεν.

ΙΦΙ. Θανοῦσα δ' οὐκ ἀναίνομαι.

*

AGA. QVID nocti' videtur? SEN. In altiſono
Caeli clupeo temo ſuperat
Stellas, cogens ſublime etiam
Atq. etiam noctis itiner.

Var.lib. 6. De ling. Lat.

*

AGA. Procede: gradum proferre pedum
Nitere. ceſſas?

Feſt.Pedū.

*

Menelaus me obiurgat: id meis rebus regimen
reſtat.

Rufinian. de Figuris

*

Ego proiector, quòd tu peccas:
Tu delinquis, ego arguor pro maleſacteis:
Helena redeat, virgo pereat innocens:
Tua reconcilietur vxor, mea necetur filia.

Idē Ibid.

*

AGA. Plebs in hoc Regi anteſtat loco: licet
Lacrumare plebei, regei honeſtè non licet.

D. Hier. in Epith. Nepotiani.

*

IPHI. Acheruntem obibo, vbi mortis theſauri obiacent.

Feſt in Ob.

*

CHO. Otio qui neſcit vti, plus negotij habet,
Quàm cùm eſt † negotium in negotio:
Nam quoi, † quod agat, † inſtitum eſt, in illo negotio
Id agit: ſtudet ibei, mentem, atq. animum delectat ſuum.
Otioſo in otio animus neſcit † quid ſibi velit.
Hoc † idem eſt, neq. domi nunc nos, nec militiae ſumus
Imus huc, hinc illuc: cùm illuc ventum eſt, ire illinc lubet.
Incertè errat animus: praeter propter vitam viuitur.

Agel. lib. 19. cap. 10

† negocij.
† quid.
† inſtitutum eſt, nullo negocio.
† quid velit.
† enim.

IN Q.

IN Q. ENNII FRAGMENTA EXPLICATIO.

DVas, vt iam diximus, Euripides Iphigeniae fabulas conſcripſit: alteram, quae in Aulide, alteram, quae in Tauris cognominatur. Priorem verò Poëta noſter Latinam fecit, ſed ea, qua ſolitus eſt licentia, & libertate. Seruile enim admodum eſſe putauerat in vertendis fabulis ſeipſum ſemper inter anguſtos interpretis limites coërcere, ac aliena perſequi veſtigia. Quod quidem in hac praecipuè feciſſe apparet: in qua aliqua transferendo omiſit, quaedam commutauit, & quaedam prorſus ſuo ingenio addidit. Nam quae hîc praeter alia praecipuè à Choro dicuntur, nuſquam in alterutra Euripidea ſunt. Ea verò, quae cum Latinis aliqua ex parte conueniunt, è regione adſcripſimus. Fabulae verò argumentum nihil eſt, quòd conſcribamus, cùm ex illâ Euripidis peti poſsit, tum etiam ex Hygino, & vberiùs ex libro I. Dictys Cretēſis. De Iphigeniae verò immolatione multi quidem, & praecipuè Merillus in I. Boeoticorum tradiderunt, Ceruam pro Iphigenia immolatam fuiſſe: alij verò eam in ceruam mutatam fuiſſe, alij in anum, Nicander in Taurum, Phanodemus hiſtoricus in Vrſam. Dedit etiam Naeuius huius nominis fabulam, cuius vnicum apud Nonium ſupereſt fragmentum. QVID NOCTI' VIDETVR?) Euripides in ipſo fabulae ingreſſu Agamemnonem noctu inducit ſenem conſulentem: quod ſanè eſt totius fabulae παρασκευή. Refert hunc locum Varro nulla facta Auctoris mentione hoc modo, *Quid noctis videtur? in altiſſimo caeli clypeo temo ſuperat ſtellas, ſublime cogens etiam, atq. etiam noctis iter.* Quae verba Scaliger cum Euripideis comparans, Enniana eſſe animaduertit, & anapaeſticam hanc coronidem, vt ſcripſimus, diſtinxit, & emendauit. — IN ALTISONO] Varronis exemplaria habent *In altiſſimo*: quem locum Scaliger ex eodemmet Varrone correxit, qui lib. IV. ad Ciceronē ait, *Et Agamemnon, In altiſono caeli clypeo*. In quo loco μνημονικῷ ἁμαρτήματι lapſus eſt Varro, cùm id non ab Agamemnone dictum ſit, ſed à Sene Agamemnoni reſpondente. CAELI CLVPEO] Tranſlatio ſumpta à clypei cauo: quam multis modis Ennius enunciauit: modò enim *Ingenteis caelei fornices, caelei palatum, cauam caelei cortinam* dixit: modò, *caua caerula, & tecta bipatentia*. In qua ſignificatione alij Veteres dixerunt, *Caeli concaua, caerulam concham, aurea caeli tecta, caeli cauernas, aetherias cauernas,* & ſimilia — TEMO SVPERAT STELLAS] Septem ſtellas ad Arcticum polum notat, quibus plauſtrum, quod à Boote agitur, figurari dicitur. Homerus ἅμαξαν appellauit.

Statius

Statius, —— *& iam temone ſupino* Lib. 1.

Languet Hyperboreae glacialis portitor Vrſae. Theb.

Hîc autẽ, vt Varro tradit, Poëta noſter à temonis motu multam noctem oſtẽdere voluit. Vnde patet priſcis illis temporibus Veteres noctis partes ex apparentibus ſignis notare ſolitos. Manilius lib. I. Lib. 6. De Ling. Lat.

Temporaq. obſcurae noctis deprendere ſignis

Iam poterant, caelumq. ſuas diſtinxerat horas.

Huiuſmodi autem noctis excubias primus Palamedes fertur in obſidione Troiana obſeruaſſe. Feſtus dictione *Septentriones* videtur hunc Ennij locum referre, ſed quidem luxatum. — COGENS SVBLIME] Turnebo videtur, vt verſus conſtet, ſcribendũ eſſe, *ſublimis agens.* In Var.

NOCTIS ITINER] Virgilius, Lib. 10.

—— iam quaerit ſidera opacae Noctis iter ——

Val. Flac. *Noxq. ſuum peragebat iter ——* Lib. 7.

PROCEDE GRADVM PROFERRE PEDVM NITERE CESSAS?] Pedum Feſtus ait, incuruum eſſe baculum, quo paſtores vtuntur ad comprehendendas oues, aut capras, à pedibus: carpitq. Verrium, qui putauerit Pedum iaculum ſignificare, cùm Ennij verborum ordo ſit talis, & per eum aperta ſignificatio, *Gradũ prôferre pedum ceſſas? nitere.* Agamemnon mutato conſilio de immolanda filia, ſeni iubet his verbis, vt ad Argos quamcelerrimè redeat, ac Clytemneſtrae renunciet, ne ampliùs cum Iphigenia in Aulidem veniat: quandoquidem nuptiae in aliud tempus magis idoneum dilatae ſunt. MENELAVS ME OBIVRGAT] Iulius Rufinianus in libello de Figuris refert hunc ex Ennij Iphigenia locum: qui quamuis in Graeca Euripidea non ſit hoc modo expreſſus, nihilominus facilè colligi poteſt, haec verba ab Agamemnone prolata fuiſſe: qui cùm ſenem, vt diximus, ad Clytemneſtram miſiſſet, iubens ei, ne cum filia in Aulidem ſe conferret, Menelaus ſuſpicans, ne Agamemnon poenitentia ductus, nollet, ſicut pollicitus erat, filiam in victimã offerre, ſenem comprehendit, vi literas extorquet: quod cùm Agamemnon reſciuiſſet, maxima inter fratres contentio orta eſt. Cumq. Menelaus Agamemnoni inconſtantiam, mutatosq. mores ob imperij honores exprobraret, haec facit Ennius Agamemnonem Menelao reſpondentem. EGO PROIECTO R] Idem Rufinianus vt Syncriſeos figurae exemplum proferret, totum hunc locum prodit ſuppreſſo Auctoris nomine. Sed quoniã paullò ſuperiùs expreſsè ex Enniana Iphigenia verſum adduxit, & hic locus cum eadem fabula prorſus conuenire videtur: ſuſpicatus ſum, nec quidem ineptè, eiuſdem Auctoris eſſe. Nam cùm Menelaus multis verbis, atq. rationibus vrgeret, vt Agamemnon pro vniuerſa Graecorum ſalute Iphigeniã Dianae im-

nac immolaret, hoc modo eum ſe expurgantẽ inducit. Quorum quidem verborum ſententia in Euripidis fabula, licet verbis longè diuerſis, integra ferè extat. Quae cùm non omnino Graecis reſpondeant, ideo minimè è regione collocauimus. Ita igitur Agamemnon apud Euripidem,

Τίς ἀδικεῖ σε; τοῦ κέχρησαι; λέκτρ'
—— ἐρᾷς γε χρυσᾶ λαβεῖν;
Οὐκ ἔχοιμ' ἄν σοι παρασχεῖν. ὧν γὰρ ἐκτήσω κακῶς,
Ἦρχες. εἶτ' ἐγὼ δίκην δώσω κακῶν, ὁ μὴ σφαλείς;
Ἢ δάκνει σε τὸ φιλότιμον τοὐμόν; ἀλλ' ἐν ἀγκάλαις
Εὐπρεπῆ γυναῖκα χρῄζεις, τὸ λελογισμένον παρείς,
Καὶ τὸ καλὸν, ἔχειν; ——

PLEBS IN HOC REGI] Cùm Clytemneſtra inuito Agamemnone in Aulidem vnà cum filia, vniuerſo adſtante Graecorum exercitu, perueniſſet, Rex nimio dolore affectus, quoniam ea, quae animo volutabat, conſilia fracta iam eſſe cognouerat, peiorem inquit Regis eſſe conditionem, quam plebis: quem in moerore, luctuq. doloris acerbitatem lacrymis mollire non decet. Cùm enim lacrymae perfracti, conſternatiq. animi ſigna ſint, indecorum Regi prorſus eſſe videtur, ſe Regem eſſe obliuiſci: quamuis ſapientiſſimus Imperator Antoninus Pius dicere ſolitus eſſet, Nec philoſophiam, nec Imperium animi affectiones tollere. Hinc Vlyſſis animi fortitudo extollitur, qui cùm plurimùm vxorem diligeret, eamq. ſui ipſius cauſſa plorantem conſpiceret, non modò ſe à lacrymis cohibuit, verùm etiam, vt ait Homerus, illius oculi haud ſecus conſtiterunt, ac cornei, aut ferrei fuiſſent,

Ὀδυσ. τ. *Ὀφθαλμοὶ δ' ὡσεὶ κέρα ἕστασαν, ἠὲ σίδηρος.*

Ouidius de Polyxena, quae dum mactanda eſſet, Regij non immemor decoris à lacrymis ſe temperabat,

Lib. 13. *—— at populus lacrymas, quas illa tenebat*
Non tenet ——

Lib. 4. Faſt. Idem de Romulo,

Haec vbi Rex didicit, lacrymas introrſus obortas
Deuorat, & clauſum pectore vulnus habet.
Flere palàm non vult, exemplaq. fortia ſeruat.

Refert ex Ennio D. Hieronymus hos verſiculos loco non indicato: ſed ex Graecae Euripidis collatione clarè liquet, ex hac fabula eſſe petitos. *Plebes* autem, non *Plebs* antiquo more legendum eſt, ſicut *trabes* pro *trabs*, vt in Medea docuimus. Lucilius,

Lib. 4. Satyr. *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.*

ANTESTAT] Praecellit. Sed meliùs *antiſtat*, vt nobiles antiqui

Scripto-

Scriptores loquuti ſunt. Catullus ad Veranium, vt in manuſcripto,

Antiſtas mihi millibus trecentis.

Quadrigarius lib. I. Annal. *Simulq. virtute caeteris antiſtabant*. Symmachus in Epiſt. *Quippe facundia ita antiſtas, vt ſit formido reſcribere.* Criſpinus in Heraclea, *Diuinis virtutibus antiſtas Alcides*. Lucretius, Lib. 5.

Herculis antiſtare autem ſi facta putabis.

ACHERVNTEM OBIBO] Iphigeniae verba mortem pro totius Graeciae ſalute non recuſantis. Quàm verò Noſter magis poëticè, quantoq. pleniùs hanc ſententiam expreſſerit, collatis vtriuſq. verſibus facilè iudicari poteſt. OTIO QVI NESCIT VTI,] Chorus, cuius, vt ex Agellio accepimus, haec oratio eſt, non de mulieribus Chalcidenſibus, vt ab Euripide conſtitutus eſt, ſed de Graecis militibus eſſe videtur: quod ſatis verba illa indicant,

—— *neq. domi nunc nos, nec militiae ſumus.*

Nam cùm tanta maris malacia, ac tranquillitas, dum in Aulide Graecorum exercitus moraretur, ſubſequuta eſſet, vt nec leui quidem flante aura inde ſoluere poſſent, milites tandiu ſeipſos otio, deſidiaq. torpeſcere conquerentes, grauiſſimis his verſibus oſtendunt, otium ipſo negotio longè eſſe moleſtius. Eodem modo apud Euripidem cõqueritur Achilles,

Τὴν γὰρ λιπὼν Φάρσαλον, ἠδὲ Πηλέα,
Μένω 'πὶ λεπταῖς ταῖσδέ γ' Εὐρίπου πνοαῖς,
Μυρμιδόνας ἴσχων, οἵ μ' ἀεὶ προσκείμενοι
Λέγουσ'. Ἀχιλλεῦ, τί μένομεν; ποῖον χρόνον
Ἔτ' ἐκμετρῆσαι χρὴ πρὸς Ἴλιον στόλον;
Δρᾶγ', εἴτι δράσεις, ἢ 'παγ' οἴκαδε στρατόν,
Τὰ τῶν Ἀτρειδῶν μὴ μένων μελλήματα.

PLVS NEGOTII HABET] Ludit in vocum ſimilitudine. Negotium autem Grammatici dictum volunt quaſi negans otium. Extat Graecorum Adagium Πράγματ' ἐξ ἀπραξίας: quod feſtiuiùs Latinè ſonat, Ex otio negotium. Non enim dubium eſt ex otio pernicioſa plerunq. negotia oriri, vt turbas, ſeditiones, bella, & huiuſmodi. Nam vt ait Catullus,

Otium & Reges priùs, & beatas Perdidit vrbes.

Quod videtur quaſi de Romana repub. vaticinatus: cui niſi ab externis hoſtibus feriari licuiſſet, nunquam Romani in ſeipſos conuertiſſent arma: de quibus olim dictum eſt, Meliùs ipſis negotium, quàm otium committi. Quoniam verò facilè per otium ad plurima delabimur vitia, prudẽter Cato in I. Originum admonuit, Non minus otij, quàm negotij rationem eſſe reddẽdam. QVAM CVM EST NEGOTIVM IN NEGOTIO] Sunt qui malint legere. *Quàm qui*

eſt negotioſo in negotio. Infra enim eſt *otioſo in otio*. — MENTEM ATQ. ANIMVM DELECTAT SVVM] Quam quiſque ad rem animum appulerit, in ea oblectatur, nec vllo deterretur labore, vt ab incoepto opere mentem auertat. OTIOSO IN OTIO]
Lib. 5 Antiq. lect. cap. 4. Ita habet vetus codex, & Lipſius legit. Vulgati verò, *otioſo initio*. IMVS HVC, HINC ILLVC] Mirificus verſus, quo animi inconſtātia, & aeſtus egregiè exprimitur. — CVM ILLVC VENTVM
Lib. 3. EST, IRE ILLINC LVBET.] Lucretius,

Exit ſaepe foras magnis ex aedibus ille,
Eſſe domi quem pertaeſum eſt: ſubitoq. reuertit:
Quippe foris nihilo meliùs qui ſentiat eſſe.
Currit agens mannos ad villam praecipitanter,
Auxilium tectis quaſi ferre ardentibus inſtans:
Oſcitat extemplo, tetigit cùm limina villae:
Aut abit in ſomnum grauis, atq. obliuia quaerit:
Aut etiam properans vrbem petit, atq. reuiſit.

Non diſſimilis eſt illa Plautini Charini in Mercatore animi inconſtātia,

Súm ne ego homo miſer, qui nuſquam benè queo quieſcere?
Si domi ſum, foris eſt animus: ſin foris ſum, animus domi eſt.

INCERTE ERRAT ANIMVS] Neſcio an hic locus ſit, an
Lib. 3. Tuſ. alius, quem ita ex Ennio adducit Cicero, *At & morbi pernicioſiores, pluresq. ſunt animi, quàm corporis: hi enim ipſi odioſi ſunt, quòd ad animum pertinent, eumq. ſolicitant; animuſq. aeger, vt ait Ennius, ſemper errat: neque pati, neque perpeti poteſt, cupere nunquam deſinit*. Accedit
Lib. 4 & 8. ad Ennianam ſententiam illud Maronis.

— animum nunc hùc celerem, nunc diuidit illuc,
In parteiſq. rapit varias —

Lib. 4. Item alibi, ſed preſsiùs,

— & parteis animum verſabat in omneis.

In Andr. Terentius, *Dum in dubio eſt animus paullo momento huc illuc impellitur.* Lactātius, *Vbi animus in multa diſperſus eſt, huc, atq. illuc diuagatur.* — PRAETER PROPTER VITAM VIVITVR] Qui enim mentis otio, ac tranquillitate vti ſciunt, intima animi iucunditate perfruuntur. Qui verò eo vti neſciunt, animo languent, cùm nulla in re, qua delectari poſſit, ſit intentus. Secus autem euenit corpori; quod minimè ignaui, & deſidiaq. langueſcit, cùm modò huc, modò illuc palans, abſque vlla animi delectatione ſe ipſum decipiens, tempus conterit: & hoc modo *praeter propter vitam viuere* intelligitur: hoc eſt, non cauſſa vitae vitalis, vt Ennius alibi dixit; ſed ſecus quàm vitae ratio poſtulat: quaſi dicat *praeter* ſcilicet rationem viuimus, *propter*, hoc eſt vitae cauſſa. Eſt huiuſmodi dictio ex duabus

 praepo-

praepoſitionibus compoſita, qua M. Cato, M. Varro, alijq́ ſuperioris ſaeculi Auctores vſi ſunt. Caeſius Baſſus praeter propter, vltra modum interpretatur: Turnebus lib. XIV. Aduerſar. explicans quid ſit *praeter propter vitam viuere*, ait, *Nimirum eſt non ſoli inſeruire vitae, ſed multa conquirere, quae non deſiderat vita, ſed ſupernacanea ſunt, & voluptuaria, minimeq. neceſſaria: quibus tamen occupati, impeditiq. tenemur, cùm eis plus temporis, & ſtudij, quàm rebus ſerijs, & neceſſarijs plerunq. impendamus.* Cap. 18.

Q. ENNII FRAGMENTA EX ACHILLE.

*

ITA mortaleis inter ſe pugnant, praeliant. Non. Praeliant.

*

Prolato aere adſtitit. Feſt. Prolato.

*

Serua ceiueis, defende hoſteis, cùm potes defendere. Non. Defendere.

*

Quò nunc incerta re, atq. inorata gradum
Regredere conare? — Idem Regredere.

*

— nam conſilijs obuarant, quibus
Tamen concedit hic ordo — Idem Obuarare.

*

† ergo. Nubes † per ego Deûm ſubijces humidas, Idẽ Subijces.
† inde † Vnde oritur imber † ſonitus † aërio ſpiritu. Feſt. Subices.
† ſonitu.
† ſaeuo. * Ea Thetis illi mater — Agel. lib. 4. cap. 17. Var. lib. 6. De ling. Lat.

*

EXPLICATIO.

PRaeclarae Achillis res geſtae magno Homeri praeconio decãtatę tã graues ſunt, tãq. Tragico cothurno dignae, vt Iliadis opus, in quo magni eius viri Graecorũ fortiſſimi facta praecipuè celebrantur, exiſtiment eruditi, non modò quaſi Tragoediarum ſeminarium eſſe, cùm inde veluti ex perpetuo quodam aquarum defluxu omnes ferè Tragoediae initium habuerint: ſed verè eſſe Tragoediam, ſicut Vlyſſeam aliqui Comoediam eſſe iudicarunt. Id autem an verum ſit

in praeſens tempus omittimus: illud tamen non eſt praetereundum, Homeri Iliadem ob nimium effuſum cruorem, caedeſq. innumerabiles, Antiquos rubris veſtibus repraeſentare conſueuiſſe: Vlyſſeam verò caeruleis, ob maritimos Vlyſſis errores. Dedit primus Ariſtarchus Tegeates Achillis Tragoediam, quae iam temporum iniuria funditus intercidit. De qua Plautus in Poenuli prologo,

Achillem Ariſtarchi mihi commentari lubet:
Inde mihi principium capiam ex Tragoedia.
Sileteq. & tacete, atque animum aduertite.

Quem verſum, ſi pace eorum liceret, qui Plautum Ennio aetate anteceſſiſſe volunt, aſſererem Ennianae Tragoediae eſſe initium. Cuius quidem pauca haec admodum reliqua ſunt. Quorũ aliqua ita à Grãmaticis abſolutè referuntur: *Ennius in Achille*: aliqua verò, *Ennius in Achille Ariſtarchi.* Dedêre eiuſdem nominis fabulam Carcinus, Dionyſius ſiue Oenomaus, Iophon Sophoclis germanus, Cleophon, Philataerus. Ex Latinis Liuius, Attius, Auguſtus. Ex hoc nihil ſupereſt, ex duobus illis minuta quaedam fruſtula. Propriam autẽ huius fabulae hypotheſin difficile quidem eſt ex tam fractis, conciſiſq. reliquijs inueſtigare. Quapropter nihil de argumento laborantes, ad reliqua progrediemur: & primùm quae de Achillis nomine prodita sũt, explicabimus. Tradit Auctor ille, qui Graecarum vocũ rationes perſcrutatur, Achillem eſſe appellatũ ſiue παρά τὸ ἄχος λύειν, hoc eſt à dolore tollendo. Medicinae enim, quam à Chirone didicerat, non ignarum fuiſſe proditum eſt: vel διὰ τὸ ἄχος, id eſt ob dolorem, triſtitiámue, qua matrem, & mulieres Ilienſes afficiebat: vel ὅτι τὰ χείλη μαστοῖς οὐ προσήνεγκε, quòd ſcilicet nũquam ſuis labris vbera attigerit. Prorſus enim nihil lactis exuxit, ſed ceruorum, aprorum, vrſorumq. medullis, & leonum viſceribus à Chirone altus fuit. Euphorion autem teſtatur his verſibus eum Myrmidones Achillem appellaſſe, quod labra mammis minimè admouiſſet,

Ἐς Φθίην χιλοῖο κατήϊε πάμπαν ἄπαστος,
Τοὔνεκα Μυρμιδόνες μιν Ἀχιλλέα φημίξαντο.

Aliam verò nominis rationem affert Agameſtor Pharſalius in Thetidis Epithalamio, qui Achillem ait primum Pyriſſoum quaſi ignitum fuiſſe appellatum, deinde verò à labro Achillem: Nam cùm Thetis eũ ardenti igne purgaret, vt quicquid in eo paternae mortalitatis reliquũ erat, abſumeretur, alterum eius labellum exuſtum eſt,

Παιδὶ δ' οὔνομα θῆκε Πυρίσσοον, ἀλλ' Ἀχιλῆα
Πηλεὺς κίκλησκε, χείλεος εἵνεκά μιν.
Κείμενον εἰνὶ κόνει σποδιῇ ἐπὶ πῦρ ἀπάμερσε,
Χείλεος αἰθομένου ἐκπροφάτοις ἑτέρου.

ITA MORTALES INTER SE PVGNANT, PRAELIANT] Nonius refert hunc Ennij locum ex Achille Ariſtarchi, vt oſtenderet, Veteres *praeliant*, dixiſſe pro, *praeliantur*. PROLATO AERE ADSTITIT] Producuntur haec verba à Feſto ex eodem Auctore, & fabula; eaq. ſignificare ait, clypeo ante ſe protento. SERVA CEIVEIS] Refert Nonius hunc locum, & tres alios ſequentes ex Ennij Achille abſq. Ariſtarchi additione. Sũt haec fortaſſe Chori Troianarum mulierum verba, Priamum rogantium, vt Polyxenam filiam Achilli in matrimonium daret, quo facto tum ciues, tum hoſtes, qui mox obſidionem ſoluiſſent, conſeruaſſet. An verò *defende* hîc idem eſt, quod arce, repelle? Q. Claudigarius,

Defendebat hoſteis à pinnis facillimè.

Virg. *Solſtitium pecori defendite, iam venit aeſtas Torrida* —— Eclog. 7.

Ad quem locum reſpexit Horatius, —— *& igneam* Lib. 1. Car. Ode 17.

Defendit aeſtatem capellis Vſq. meis, pluuioſq. ventos.

QVO NVNC INCERTA RE] Meliùs, *infecta re*. Fortaſſe hîc tale quid Achilles loquebatur, quale Vlyſſes apud Homerum, Turpe eſſe diu manſiſſe, & re infecta reuerti, Iliad. β.

Αἰσχρόν τοι δηρόν τε μένειν, κενεόν τε νέεσθαι.

Simile eſt illud Diomedis in Euripidis Rheſo,

Αἰσχρόν γε μέν τοι ναῦς ἐπ' Ἀργείων μολεῖν,

Δράσαντε μηδὲν πολεμίους νεώτερον.

ATQ. INORATA] Cic. pro Roſ. Amer. loquens de legatis ad Syllam miſſis, nec ab eo auditis, *Ameriam*, inquit, *re inorata, reuerterunt*. GRADVM REGREDERE] Nonius, *reuocare* exponit. NAM CONSILIIS OBVARANT,] Idem Grammaticus à varis deducit hoc verbum, quod peruertere, deprauare, ſignificat. NVBES PER EGO] Feſtus ex Achille Ennij profert hunc locum, & ſubices pro ſubiectis ait poſitum. Nonius verò ait hîc nouè ſubijces poſitum eſſe, non à ſubijciendo, ſed altitudine; refertq. eadem verba, ſed diuerſo ſanè modo,

Per ego Deûm ſublimes ſubijces humidas,

Vnde oritur imber ——

Agellius his verbis eundem refert locum, *Congruens igitur eſt, vt ſubijces etiam, quod perinde vt obijces compoſitum eſt, v litera breui dici oporteat. Ennius in Tragoedia, quae Achilles inſcribitur, ſubijces pro aëre alto ponit; qui caelo ſubiectus eſt, in his verſibus,* Lib. 4. capite 17.

Ergo Deûm ſublimas ſubijces, humidas

Vnde oritur imber ſonitu ſaeuo, & ſtrepitu. Lib. 4.

AERIO SPIRITV] Lucretius aërias auras dixit. EA THETIS ILLI MATER] Varronis locus, vbi haec abſque operis in- Lib. 6. De Ling. Lat.

dice

dice referuntur ita ſe habet, *Dicitur à lympha Nympha, vt apud Graecos Thetis. Apud Ennium, Ea Thetis illi mater*. Quoniam verò nemo ambiget, Thetim Achillis matrem fuiſſe, viſum eſt hoc fragmentũ huic fabulae congruere: & ſi his verbis, *Ea Thetis illi mater*, ſuppleatur, narrabat, vel vaticinabatur: conijcere inde licebit, Thetidos verba praeceſſiſſe, quibus fortaſſe filio praedixerat, ſi ad Troianam expeditionem proficiſceretur, maturum illi, ſed glorioſum impendere exitium. Sin verò ad patriam reuerteretur, diu, ſed inglorium eſſe victurum. Caeterùm, ſi antiquum ſcribendi morem obſeruare voluerimus, pro, *Thetis, Thelis*, reponẽdum eſt. Ait enim M. Varro lib. extremo de Re ruſt. de gallinis loquens, *Nec continuò his, quas Melitas appellant falsò: quòd Antiqui vt Thetin Thelim dicebant, ſic Medicam Melicam vocabant.*

Q. ENNII FRAGMENTA EX AIACE.

Varro lib. 5. de Lin. Lat. bis. & lib. 6. Non. Statim. Feſt. Tullij.

† Aliquod lumen, iubarue in caelo cerno. † V. E. Quod.

Qui res cum Achiueis geſſerunt ſtatim.

Aiax miſſo ſanguine tepido † tullij † tulli.
Efflanteis volant —

EXPLICATIO.

Sophocles, vt aliàs retulimus, duos ſcripſit Aiaces, Flagelliferum, & Locrenſem: priorem vertiſſe Ennium, ex vno tantùm fragmento conijcimus: quod cum Sophoclis loco, vbi de Aiacis morte agit, maximè conuenit: quem, quia vnicus eſt, minimè viſum eſt è regione conſtituere, ſed inter explicandum conferemus. Huius igitur Tragoediae hoc eſt argumentum. Achille mortuo certamẽ exortum eſt inter Aiacem, & Vlyſſem de illius armis, & exercitus ſuffragijs. Vlyſſes cauſam obtinuit. Aiax verò repulſã tã iniquo tulit animo, vt furore quidem corriperetur, rueretq. in greges, putans eo ſanè modo Graecos ipſos confodere, ac trucidare. Tum magna perpetrata ſtrage, oues multas viuas ad tentorium duxit: inter quas arietem corpore maiorẽ, Vlyſſem ratus, vinxit, flagriſq. coepit caedere: vnde nomen fabulae datum. Cùm autem poſtea reſipuiſſet, prae pudore inſaniae ſimulãs, iras ſe iam depoſuiſſe, ſuo ipſius gladio incubuit. Cuius necem Di-

caearchus

(D)icaearchus literis prodidit. De Aiace furente eſt illud Varronis in Eudaemonibus,

> *Maximnum caedit ferro; ſed caedere Vlyſſem,*
> *Cùm bacca ſiluam caedit, porcosq́. trucidat.*

Itemque illud Horatij, Lib. 2. Satyr. 3.

> *Mille ouium inſanus letho dedit, inclytum Vlyſſem,*
> *Et Menelaum vnà mecum ſe occidere clamans.*

Et Iuuenalis,

> *Hic boue percuſſo mugire Agamemnona credit,*
> *Aut Ithacum* ——

Praecedebat autem fortaſſe hanc alia Ennij Tragoedia inſcripta, *Armorum iudicium*, qua comprehendebatur contentio de Achillis armis, & vtriuſq. cauſſae dictio, & à militibus lata ſuffragia. Sic enim conijcio ex Feſti fragmētis, qui in dictione, *ſcrupi Ennius*, inquit, *in A* . . . . Aeſchylus Graecè ſcripſit Aiacem Locrenſem. Latinè Andronicus, & Varro Aiacem ſine cognomine. Armorum iudicium item Aeſchylus ex Graecis: ex Latinis autem Attius, Pacuuius, Varro. Mirum ſanè illud eſt, quod in Atticis refert Pauſanias ex Aeolenſium ſermone, qui Ilium poſt eius euerſionem tenuerunt, huiuſmodi ſcilicet arma, de quibus certamen fuerat, poſt Vlyſſis naufragia ad Aiacis ſepulchrum tempeſtate delata fuiſſe. Ea enim, quae iure viuus habere non potuit, fortuitò mortuus adeptus eſt. De qua re perlepidum extat epigramma incerti Auctoris,

> Ἀσπὶδ' Ἀχιλλῆος τὴν Ἕκτορος αἷμα πιοῦσαν,
> Λαέρτιάδης Δαναῶν εἷλε κακοκρισίῃ.
> Ναυηγοῦ δὲ θάλασσα κατέσπασε καὶ παρὰ τύμβον
> Αἴαντος νεκρὴν ὥρμισεν, οὐκ Ἰθάκῃ.

ALIQVOD LVMEN, IVBARVE.] Varro ter hunc locum profert: primo, *Ennius, Aiax lumen, iubarúe in caelo cerno?* Vbi proculdubio pro, *Aiax*, *Aiace* reponendum eſt. Altero eadem verba reperiuntur ſine operis inſcriptione. Tertio verò eodem modo, quo ſcripſimus. Vbi *Iubar*, inquit, *dicitur ſtella Lucifer, quae in ſumma habet diffuſum lumen, vt Leo in capite iubam*. Verba autem haec vel ſunt Chori laetitia exultantis, Aiacem iam ab ira deſtitiſſe: vel Aiacis ipſius, qui extremis verbis Solem alloquitur. Quae Graecis fortaſſe illis reſpondebant, Lib. 5. & 6. de ling. Lat.

> Νῦν δ' ὦ Ζεῦ, πάρα λευκὸν δὴ —
> Ἀμέραν πελάσαι φάος. Vel,
> Σὲ δ' ὦ φαεννῆς ἡμέρας τὸ νῦν σέλας,
> Καὶ τὸν διφρευτὴν ἥλιον προσεννέπω.

QVI RES CVM ACHIVEIS GESSERVNT.] Vulgati

Nonij

Nonij libri habent, *Quis eſt*. Forſan meliùs geſſerat, quàm geſſerunt, vt de Aiace intelligatur, qui dum furore percitus fortè incideret in Graecos praeliantes, vixque hoſtium impetum ſuſtinentes, cum illis ſeſe immiſcuit, manum conſerens fortiſſimè. Vnde pugnam ſtatim reſtituit, vt ait incertus Poëta apud Ciceronem,

Lib. 4. Tuſc.

Semper Aiax fortis, fortiſſimus tamen in furore:
Nam facinus fecit maximum, cùm, Danais inclinantibus,
Summam rem perfecit manu, praelium cùm reſtituit inſaniens.

In Graeca Sophoclis nihil reperi, quod huic fragmento videretur cōgruere. STATIM] Plautus,

In Amphit.

Nec recedit loco, quin ſtatim rem gerat.

AIAX MISSO SANGVINE] Scaliger legit, *Miſſo ſanguine tepido tullij efflantes volant*. *Tullios*, Feſtus interpretatur, Silanos: *Silanos* reponerem: alij (vt eſt apud eundem) riuos: alij vehementes ſanguinis proiectiones arcuatim fluentes, quales ſunt Tibure in Aniene. Verba ſanè haec videntur Teucri, qui in extrema fabula apud Sophoclem loquens cum paruulo Aiacis filio, hortatur, vt pio affectu, quantùm poteſt, ſe patri admoueat: quod officium facere in mortuos propinqui ſolent. Satis autem apparet, dum ea dicebantur, calidum adhuc exanimi corpus fuiſſe à recenti caede. Vulnere confoſſi obitus ſimilis quaedam extat apud Silium deſcriptio,

Lib. 10.

— *ſuperuomit ille calentem*
Sanguinis effundens per hiantia viſcera riuum.

Videtur Sophocles intellexiſſe σύριγγας, grandiores corporis venas, quae vberiùs ſanguinē effundunt, ducta tranſlatione ἀπὸ τῶν συρίγγων, quae Siphones aliquando ſunt Graecè, eadem ratione ſimilitudinis, qua Latinè canales, à canna dicti ſunt. Fabulantur autem Poëtae de Aiacis ſanguine enatos flores, refertq. in Atticis Pauſanias Salaminas incolas referre, poſt Aiacis interitum apud ſe primum florem enatum candidum, rubentem modicè, lilio cùm caeteris partibus, tum folijs minorem: inſcriptum verò ijſdem, quibus Hyacinthus eſt, literis. De ea quidem re ſic Ouidius,

Lib. 13. Met.

Dixit, & in pectus tum demum vulnera paſſum
Quà potuit ferro lethalem condidit enſem:
Nec valuēre manus infixum educere telum,
Expulit ipſe cruor, rubefactaq. ſanguine tellus
Purpureum viridi genuit de ceſpite florem.

Auſonius ita eum loquentem inducit,

Iam dabo purpureum claro de ſanguine florem,
Teſtantem gemitu crimina iudicij.

Huiuſmodi autem flores inſcriptos tradunt nota, αι, quae prior eſt

ſyllaba vocis, αἴας, id quod ſignificat Virgilianum aenigma,

Dic quibus in terris inſcripti nomina regum
Naſcantur flores ——

Sophocles deducit Aiacis nomen ab αἶ αἶ dolentis interiectionibus, vbi ait, Αἴ αἶ. τίς ἄν ποτ᾽ ᾤεθ᾽ ὧδ᾽ ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς;

Affirmat Praxiphanes has interiectiones αἶ αἶ, & φεῦ, pro ſuſpirijs, & gemitibus aſſumi: quem eundẽ eſſe arbitror, cuius teſtimonium affert Marcellinus in vita Thucydidis ἐν τῷ περὶ ἱστορίας. Aiacis autem ſepulchrum, templum, & ſtatuam in eo litore, quod proximum eſt Rhoetio, proditum eſt, fuiſſe: ſtatuam verò ab Antonio ablatam, vt Cleopatrae gratificaretur, in Aegyptũ aſportatam eſſe: eandem demum Auguſtum Caeſarem Rhoetienſibus reſtituiſſe. Omnia quidem haec ſatis luculentè attulit Leopardus. Alij verò tradunt, Myconen vnam è Cycladibus fuiſſe Aiacis ſepulchro nobilitatam: alij in Delo ſepulchrum fuiſſe volunt.

Q. ENNII FRAGMENTA EX TELAMONE.

HICCINE Telamon ille eſt, modò quem gloria ad caelum extulit: Cic. lib. 3. Tuſc.
† vultus. Quem adſpectabant, cuius ob os Graij † ora obuertebant ſua? ὑπερβολή.

Pol mi fortuna magis nunc deſit, quàm genus: Idẽ ibid.
Nanq. regnũ ſuppetebat mihi, vt ſcias quãto è loco, πάθος.
† occidat. Quantis opibus, quibus de rebus lapſa fortuna † accidat.

† cõtra. ſiorum. Audibo, neq; aureis tibi † contra vtendas dabo. Non. Audibo.

Deũm me ſentit facere pietas, ciuium porcet pudor. Idem Porcet.

† Tandẽ † Eandem me in ſuſpicionem ſceleris partiuit pater. Idem Partiuit.

Ex eo futurum abnueant —— Diom. lib. 1.

Nam ita mihi Telamonis patris, Non. Claret.

Atq; facies proaui Iouis gratia ea eſt,
Atq; hoc lumen candidum claret mihei.

*

Feſt. Obſidio.
Scibas natum ingenuum Aiacem, cui tu obſidionem paras.

*

Cic. lib. 3. Tuſc. τὸ αἴτιον.
Ego quom genui, tũ moriturũ ſciui, & ei rei ſuſtuli.
Praeterea ad Troiam quom miſi ad defendendam Graeciam,
Scibam me in mortiferũ bellũ, nõ in epulas mittere.

*

Non. Lauit.
Strata † terra, lauere lacrymis veſtem † ſqualã, & sordidam. († terrae † ſqualidam.)

*

Cic lib. 1. De Diuinat. Idẽ lib 3. De Nat. Deor.
Ego Deũm genus eſſe ſemper dixi, & dicam caelitũ:
Sed eos nõ curare opinor quid agat humanũ genus.
Nam ſi curent benè boneis ſit, malè maleis quod nũc abeſt.

*

Idẽ lib. 1. De diuin.
Non habeo deniq; nauci Marſum augurem,
Non vicanos haruſpices, non de circo aſtrologos,
Non Iſiacos coniectores, non interpretes ſomniũm:
Non enim ſunt ij, aut ſcientia, aut arte diuinei:
Sed ſuperſtitioſi vates, impudentesq; hariolei,
Aut inertes, aut inſanei, aut quibus egeſtas imperat:
Qui ſibei ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viã:
Quib⁹ diuitias pollicẽtur, ab ijs drachmã ipſei petũt:
De his diuitijs ſibi deducãt drachmã, reddãt caetera.
Idẽ ibidẽ.
* Qui ſui quaeſtus cauſſa fictas ſuſcitant ſententias.

*

EXPLICATIO.

AEacus Aeginẽſiũ rex, quem, quoniam aequi ſeruãtiſſimus fuit, apud inferos ſummo in honore habitum fabulantur, tres habuit filios Phocum ex Pſammathe Nerei filia, Telamonem, & Peleum ex Paeneide Ceptionis, vt in fabulis ab Hygino proditum eſt, vel vt Apollodorus, & Iſacius teſtantur, ex Endeide filia Chironis: quamuis Phe-

uis Pherecydes Syrus Telamonem dicat non fratrem, ſed amicum Pelei fuiſſe. At Phocus, quoniam in certaminibus Peleo & Telamoni corporis robore, atq. aptitudine praeſtare videbatur, eis vehementer fuerat inuiſus. Quamobrem, paratis inſidijs, diſci ictu Phocũ è medio ſuſtulerunt. Dorotheus verò in primo Metamorphoſeωn aſſerit, quòd Telamon ſecum venatum Phocum eduxit, cumq́. aprum ſimul inſequerentur, Telamon cõtorto venabulo Phocum confodit. Quod aegrè admodum ferens Aeacus filios ex regno expulit. Peleus Phthiã aufugit, Telamon verò Salaminam. Cui Cychreus Neptuni filius, nulla relicta prole, regnum conceſſit. Is poſtea Periboeam Alcathoi filiam, vt ait Pauſanias, vxorem duxit: ex qua ortus eſt Aiax. Quamuis Aretades Gnidius in II. Inſulanorum aliter ſentiat. Deinde Telamon cum Hercule in expeditionem Troianae vrbis profectus, primus muros aſcendit, vrbemq́. vi ingreſſus eſt. Quocirca Hercules eũ Heſione Laomedontis regis filia praemij loco honeſtauit: ex qua Teucrum ſuſcepit. Quod ipſemet Teucer in Sophoclis Aiace teſtatur. Sed Telamon vergente iam ſenio, vt & in filijs paterna virtus, ac fortitudo eluceſceret, vtrumq. ad extremum bellum Troianum miſerat: in quo Aiax ob ſibi Achillis arma negata furore correptus, ſibimet necẽ intulit, & Teucer in exilium miſſus eſt. Itaq. cùm Telamoni renuntiatum eſſet huius exilium, alteriuſq́. obitus, conſtantiſsimè fertur aduerſae fortunae telum ſuſtinuiſſe. HICCINE TELAMON ILLE] Cùm Telamonis miſerias ſibi Ennius deſcribendas hac Tragoedia propoſuiſſet, arbitror ab ouo (vt aiunt) orſum eſſe, ab exilio ſcilicet: in quo cùm patria pulſus egeret (vt ait Cicero) haec de eo fiebat admiratio, *Hiccine*, & caet. Quae verba quamuis ex Ennio non citentur: tamen eius eſſe inde ſuſpicati ſumus, quòd Telamonem neminẽ hactenus praeter vnum Ennium ſcripſiſſe comperimus. Similis huic eſt locus ille Pacuuij in Duloreſte, non abſq. quadam animi commiſeratione pronunciandus, & δεικτικῶς, ideſt demonſtratiuè, Lib. 2.

Hiccine is eſt, quem famae gratia ante omnes nobilitat viros?

Ad vtrũq. reſpiciens Cicero parodia alluſit ad Coelium Rufum ſcribens, *Hiccine eſt ille, qui vrbem? quem ſenatus? noſti caetera*. Ita etiam de Demoſthene dicebatur, οὗτός ἐστιν ἐκεῖνος. Vetuſtus quidem liber, *Telamo*, habet, qua terminatione crebriùs Veteres vſi ſunt, vt, *Agamemno*. Sunt autẽ hi duo verſus Trochaici catalectici. QVEM ADSPECTABANT] Cicero ad Paetum ita hunc verſum inſeruit, *In eo igitur conuiuio Cicero ille quem adſpectabant, cuius ob os Graij ora obuertebant ſua?* OB OS] pro, ad os: vt alibi diximus. Plaut. Mil. Lib. 2. Ep. 10. Lib. 9 Ep. 16.

Experior ob os caliginem priùs mihi obtigiſſe.

POL MI] Hos praeterea verſus Telamonem protuliſſe, ex Cicerone

ibidem apparet, qui paullò antè dixerat, *Ad hanccine igitur vitam Telamonem illum reuocabis, vt leues aegritudinem?* Subdit mox, *Quaerendum igitur, quemadmodum aegritudine priuemus eum, qui ita dicat, Pol mi*, &c. Sed ex Ennio eſſe, idem planè confirmare videtur, cùm addit, *Ecce tibi ex altera parte ab eodem Poëta*,

Ex opibus ſummis opis egens Hector tuae.

Quae verba Ennij eſſe ſuo loco oſtendimus. QVANTIS OPIBVS]
Lib. 4. Strom. Videtur Ennius expreſſiſſe verſum illum Empedoclis apud Clementē

Ἐξ οἵης τιμῆς, καὶ οἵου μήκεος ὄλβου.

AVDIBO NEQ. AVREIS] Legendum, *atq. aureis*. DEVM
Lib. 4. Ep. quaeſt. ME SENTIT FACERE PIETAS,] Rectè admonet Lipſius, legendum eſſe hunc verſum, *Deum me incendit facere pietas, ciuium porcet pudor*. Sed non rectè putat verba haec Oreſtis eſſe, cùm nihil commune cum Oreſte haec habeat fabula. PORCET PVDOR] *Porcet*, prohibet. Pacuuius Atalanta,

Magnus, vt verear eloqui, porcet pudor.

EANDEM ME IN SVSP.] Fortaſſe Phoci necem intelligit. — PARTIVIT] Pro, partitus eſt. — PROAVI IOVIS] Aeacus Telamonis pater Iouis filius dicitur ex Aegina Aſopi filia, quam
Metamor. 6. ignis forma ſumpta compreſſerat. Vnde Ouidius,

Aureus vt Danaën Aſopida luſerat ignis.

EGO QVOM GENVI,] Sub Telamonis perſona affert hunc locū Cicero. Quem repetit D. Hieronymus in Nepotiani Epitaphio, *Vbi Anaxagorae, & Telamonis ſemper laudata ſententia? Sciebam me ge-*
Lib. 5. *nuiſſe mortalem.* Quam Anaxagorae ſententiam refert ibidem Cicero, & Valerius Max. Conſolatus erat autem Oïleus ille Telamonem de Aiacis morte, qui tamen cùm de ſuo Aiace idem audiſſet, fractus animo eſt. De cuius commutata mente haec à Sophocle apud Ciceronē,

Nec verò tanta praeditus ſapientia
Quiſquam eſt, qui aliorum aerumnam dictis alleuans,
Non idem cum fortuna mutata impetum
Conuertat, clade vt ſubita frangatur ſua,
Vt illa ad alios dicta, & praecepta excidant.

Sūt verò Enniani verſus Trochaici catalectici. SCIBAM] Antiquè. Terent. in Eun. *Neq. ſcibat, neq. per aetatem etiam potuerat.*
Idem Heauton. — *At ego nihil eſſe ſcibam Clinia.*

EGO DEVM GENVS] Plato initio libri X. De legibus, eum in Deos, ait, impiè, ſcelerateq. facere, atq. loqui, qui è tribus his vna laborat inſania. Quarum prima eſt, vt quis Deos eſſe neget: altera, ſi illos eſſe arbitretur, minimè tamen rerum humanarum curam gerere, vt hic quiſquis is eſt, qui haec tam petulanter effudit: tertia verò eos

facilè

facilè placari, & ſacrificijs, precibusq́ conciliari. Verba autem ſunt haec, Ἀλλὰ ἓν δῆτι τῶν τριῶν πάχων, ἢ τοῦτο ὅπερ εἶπον, οὐχ ἡγούμενος, ἢ τὸ δεύτερον ὄντας, οὐ φροντίζειν ἀνθρώπων, ἢ τρίτον, ἀπαραμυθήτους εἶναι θυσίαις τε καὶ εὐχαῖς παραγομένους. Refert hos duos verſus Cicero ex Ennio in II. de Diuinat. hoc modo, *Primùm enim hoc ſumitis: ſi ſunt Dij benefici, in homines ſunt. Quis hoc vobis dabit? Epicurúsne, qui negat quicquam Deos nec alieni curare, nec ſui? An noſter Ennius? qui magno plauſu loquitur aſſentiente populo, Ego Deûm genus &c.* Ex quibus verbis proculdubio videntur ex Tragoedia quapiam hi verſus eſſe petiti. Demũ ſubdit Cicero, *Et quidem cur ſic opinetur, rationem ſubijcit.* Quae verba in mentẽ reuocarunt locum illum Ciceronis, vbi ait, *Telamon autem vno curſu locum totum conficit, cur Dij homines negligant. Nam ſi curent benè bonis &c. debebant illi quidem omnes bonos efficere; ſiquidem hominum generi conſulebant: ſin id minus, bonis quidem certè conſulere debebant.* Quare omnino vnà tres hos verſus connectendos eſſe opinor. Ex duobus enim ſuperioribus apertè nouimus Auctorem, ex poſtremo fabulam. Cuius etiam nouem ſequentes verſus fuiſſe videntur: nam poſtquam Cicero eos attulit in calce primi libri De Diuinat. addidit, *Atq. haec quidem Ennius, qui paucis antè verſibus eſſe Deos cenſet, ſed eos non curare opinatur, quid agat hominum genus.* Addidimus & decimum, quem ex Ennio citat Cicero, & nos, quoniam ſententiae ſuperiorũ congruit, cum his coniunximus. SED EOS NON CVRARE] Impiam eandem opinionem videtur in Antigona ſequutus Attius, Lib. 3. De Nat. deor.

— *Iam iam neq. Dij regunt,*

Neq. profectò Deûm ſummus rex omnibus curat.

Virg. Buc. *Nec curare Deûm credis mortalia quemquam?* Eclog. 8.

NON HABEO DENIQ. NAVCI] Attius inducit hunc, qui haec verba profert, Epicuri ſententiam aſſeuerantem, qui omnẽ funditus ſuſtulit diuinationem, inuehiturq́. in vatum ſuperſtitionẽ, aruſpicumq́. & augurum ineptias. Acteus Philologus aſſerit *nauci*, pro nugis poni. Cincius verò, quòd in oleae nucis eſſe vult, quod intus ſit. At Aelius Stilo omnium rerum putamen eſſe dicit. Nonnulli tamen volunt ex Graeco ναὶ καὶ οὐχὶ, leuem hominem, atq. inconſtantem ſignificari † Galbius Baſſus Satyra, Al. Gaius

Veruina confodiende non te nauci facio.

— MARSVM AVGVREM,] Cicero lib. II. de Diuinat. *Difficilis auguri locus ad contradicendum, Marſo fortaſſe: ſed Romano facillimus.* Marſi verò Italiae ſunt populi inter Pelignos, Veſtinos, Sabinos, & Aequos, qui occulta quadam naturae vi, quemadmodum de Pſyllis proditum eſt, impunè ſerpentes contrectarunt. Quorum ſacerdotes Heliogabali iuſſu (vt ab Aelio Lampridio traditur) ſerpentum

copiam

Digitized by Google

copiam collegerunt, eoſq. ſubitò ante lucem, vt ſolet populus ad ludos celebres conuenire, effuderunt, multoſq. afflictos morſu fugarunt. Valuit haec gens plurimùm maleficis carminibus. Vnde in Epodo Horatius, vbi queritur, ſe ſuis tandem malis adduci, vt credat, cófiteaturq., quod antè negarat, carmina Canidiae Sabellicae plurimũ valere ad animorum concitationem, promotionemq.,

Od. 17.

Ergo negatum vincor vt credam miſer,
Sabella pectus increpare carmina,
Caputq. Marſa diſſilire naenia.

Od. 5. Idem Epod. facit eandem Canidiam ei minantem adeò nouis, inſolitiſq. maleficijs ſe eius mentem eſſe deturbaturam, vt nunquam recipiat ſe, etiã ſi Marſos adhibeat. Auctor elegiae de medicamine faciei,

Et mediae Marſis findantur cantibus angues.

Lib. 7. Aen. Virgilius, — *neq. eum iuuère in vulnera cantus*
Somniferi, & Marſis quaeſitae in montibus herbae.

Ex hoc Ennij loco liquet etiam augurali diſciplina fuiſſe praeditos. NON VICANOS HARVSPICES,] Vicani ſunt, qui quaeſtus cauſſa vagantur per vicos: deridetq. huiuſmodi circunforaneos, tanquam infimum hominum genus, omnibus ferè inuiſum. Quamobrem M. Cato in praeceptis De re ruſt. poſtquam iuſſit, paraſitum ne quis habeat, addit, *Augurem, haruſpicem, Chaldaeum ne quem conſuluiſſe velit*. Carpitq. huiuſmodi hominum portenta Phyſicus quidã apud Pacuuium in Chryſe,

Nam iſtis, qui linguam auium intelligunt,
Pluſq. ex alieno iecore ſapiunt, quàm ex ſuo,
Magis audiendum, quàm auſcultandum cenſeo.

Graeci haruſpices vocant ἱεροσκόπους. — NON DE CIRCO ASTROLOGOS] Qui hominum corona ſeſe venditant, & in compitis, foriſq; ſumma iactantia ſe oſtentant. Circus autem praeter alias ſignificationes apud vtriuſq. linguae auctores pro hominũ multitudine in orbem collecta accipitur. Vel eum locum propriè intelligit, qui Circus Romae dicebatur: quem locum huiuſmodi hominum genus frequentaſſe ex hoc Iuuenalis loco etiam intelligi poteſt,

Plebeium in circo poſitum, vel in aggere fatum.

Lib. 39. Liuius, *Quoties hoc patrum, auorumq. aetate negotium eſt magiſtratibus datum, vt ſacra externa fieri vetarent? ſacrificulos, vateſq. foro, circo, vrbe prohiberent?* At ſiue à loco, ſiue à multitudine in orbem collecta huiuſmodi nugatores, qui inani clamore, verborumq. ſtrepitu adſtantium aures obtundunt, indeq quaeſtum faciunt, circulatores appellantur. NON ISIACOS CONIECTORES] Aegyptios intelligit, ab Iſide, quae ab Aegyptijs colebatur, quorum Dea, & regi-

na fuit,

na fuit, vt apud Diodorum Lib. I. eosq. literas docuit, vt teſtatur Auguſtinus. AEgyptios autem tradit Laërtius Diogenes, & Theodoritus in primo lib. τῆς θεραπευτικῆς τῶν ἑλληνικῶν παθημάτων, fuiſſe Geometriae, & Aſtronomiae primos inuentores. NON INTERPRETES SOMNIVM:] ὀνειροκρίτας hos Graeci vocant. De interpretatione autem ſomniorũ multi ſcripsêre, & praecipuè Artemon Mileſius, Phoebus Antiochenus, Nicoſtratus Epheſius, Panyaſis Halicarnaſſeus, Artemidorus. — AVT QVIBVS EGESTAS IMPERAT:] Paupertas impulit perſaepe non tantùm homines de faece ad turpem quaeſtum, verùm etiã interdum ingenuos, vt ait Demoſthenes, πολλὰ δ' οὖν κακὰ πράγματα τοὺς ἐλευθέρους ἡ πενία βιάζεται ποιεῖν. QVI SIBI SEMITAM NON SAPIVNT,] Videtur reſpexiſſe ad Thaletis illud, qui cùm Aſtrologiae peritiſſimus eſſet, fertur, domo egreſſum ad ſtellas inſpiciendas, in foueam, quae ante pedes erat, incidiſſe. Quamobrem petulanter anus quaedam domeſtica haec in eum protulit, *Cur ô Thales cùm ea, quae in caelo extant, comprehendere tibi perſuadeas: ea quae ob oculos ſunt, videre nequis?* Ad quod etiam videtur reſpexiſſe antiquus Poëta apud Ciceronem lib. II. de Diuinat.

Quod eſt ante pedes nemo ſpectat, caeli ſcrutatur plagas.

Vnde Bion admodùm ridiculum hominum genus eſſe Aſtronomos dicebat, qui cùm non viderent piſces iuxta ſe in litoribus natantes, illos qui in caelo ſunt videre ſe aſſerant. QVIBVS DIVITIAS POLLICENTVR,] Sic etiam Attius Aſtyanacte,

Nihil credo auguribus, qui aures verbis diuitant
Alienas, ſuas vt auro locupletent domos.

AB HIS DRACHMAM IPSEI PETVNT:] Vile admodùm mercedis praemium. Drachma centeſima pars minae.

Q. ENNII FRAGMENTA
EX HECTORIS LVSTRIS.

MELIVS eſt virtute ius: nã ſaepe virtute malei
Nanciſcuntur ius, atq; aequom, ſe à malis ſper
nit procul. Non. Spernere.

At ego omnipotens te expoſco, vt hoc conſilium
Achiueis auxilij fuat — ἀντονομασία. Idẽ Fuat.

Quid hoc hîc clamoris? quid tumulti eſt? nomen
Qui Idem Tumulti & ſtrepiti.

Qui vſurpat meum? quid in caſtris ſtrepiti eſt?

I lem Occupatus. Hector re ſumma armatos educit foras,
Caſtriſq. caſtra vltro iam ferè occupat.

Idē Obſidione. Hector quidem haud ceſſat obſidionem obducere:

— & ſonit,
Non. ſonere. Franguntur haſtae, terra ſudat ſanguine.

Idē Cuncto. Qui cupiant dare arma Achillei, vt ipſei cunctent.

Idem Derepentè. Ecce caligo oborta eſt, omnem proſpectum abſtulit,
Derepentè contulit ſe ſe in pedes.

Idē Commiſereſco Seruos, & † noſtrum imperium, & fidē Myrmidonū † veſtrū.
Vigiles commiſereſcite —

Idem Specus † Inferûm vaſtos ſpecus — † Inferū

Idē. Vagas Conſtitit, credo, Scamander: arbores vento vagant.

Idē Seueriter. Seueriter fortuna ferri cernunt de victoria.

Feſt. Redhoſtire. † Quae mea cominus machaera, atq. haſta † hoſtiris manu. † Quem † Hoſtit, u t.

Diom. lib. 1. Nos quieſcere aequom eſt, nouimus ambo Vlyſſem.

Idē Ibidē. Sublime iter quadrupedanteis, flammam halitāteis.

Non. Tenacia. Ducet quaprupedum iugo inuitum,
Domabit infraenum, & iunget validè
Quoius tenacia infraenari nimis nequit.

EXPLICATIO.

INſcriptio huius Tragoediae in impreſſis Feſti, & Nonij codicibus, quos quidem viderim, citatur ſanè, *Ennius in Hectoris Lytris*: & apud

& apud Hyginum, vbi huius fabulae refertur argumentum, *Hectoris Lytra* quoq. legitur. At ſemel apud Nonium in voce occupo, *in Hectoris Luſtris*. Apud Diomedem, *Ennius in Luſtris*: & iterum *illuſtris* aliquantulum deprauate. Latinum vero titulum puto fuiſſe, *Hectoris Luſtra*. Luſtrum enim, vt eſt apud M. Varronem, tempus quinquennale dictum eſt, à luendo, hoc eſt, ſoluendo, quod quinto quoq. anno vectigalia, & vltro tributa per cenſores perſoluebantur. Itaq. Luſtra apud Ennium idem erat, quod apud Graecos *Λύτρα*. *Λύτρον* autem pretium eſt, quae pro redemptione ſoluitur. Inſcriptio igitur ipſa ſatis indicat, actum eſſe in ea Tragoedia, quo pacto Priamus ſupplex Hectoris cadauer magno auri pondere ab Achille redemiſſet. Cuius rei hiſtoriam prolixe recenſet Homerus Iliad. vltimo: reſcribitq. Dares Phrygius, & Dictys Cretenſis, quanquam paullo ſecus. Quis autẽ Graecorum fecerit *Ἕκτορος λύτρα* adhuc non comperi. Lucanum adoleſcentem idem tractaſſe argumentum, ſic teſtatur Statius in Syluis, Lib 5. De Ling. Lat.

Ac primum teneris adhuc in annis
Ludes Hectora, Theſſalosq. currus,
Et ſupplex Priami potentis aurum.

Sed huius fabulae inſcriptionem videtur quodammodo innuiſſe Virgilius, cum in pictura Carthaginienſi ſic inquit, Lib. 1. Aen.

Exanimumq. auro corpus vendebat Achilles.

MELIVS EST VIRTVTE IVS.] Hi verſus valde illis antiqui cuiuſdã Tragici reſpondent, vt pene auſim affirmare ex eis ſuos Ennium trãſtuliſſe, *Οὐκ ἔστιν οὐδὲν κρεῖσσον ἢ δίκαιος νόμος*.

Πρὸς τοὺς πολεμίους δ᾽ ἐστὶν ἀνδρείας χρίσις.

Verum oratio illa apud noſtrum videtur perſonae haud ſatis intelligentis. Nam & qui iuſtum ſe, atq; aequum vna in re praeſtat, in alijs eſſe iniquus poteſt. Et qui aliquo in genere praeclare agit, malus poteſt eſſe in caeteris: vt ea quidem ratione immerito virtus aequo poſtponatur. *Spernere* autem hic, *ſegregare* interpretatur Nonius. Aliqui legunt, *ſperni*, & pro virtute, *virtutẽ*. AT EGO OMNIPOTENS] Sunt haec verba Agamemnonis fortaſſe, vel Achillis Ioui libantis, ab eoq., vt inceptũ conſilium bene vertat, implorantis. ACHIVEIS AVXILII FVAT.] *Fuat*, & *ſiet*, pro, *ſiat*, & *ſit*, dixerunt Veteres: vt in emendatis Catonis, Plauti, & aliorum antiquorum libris legitur. QVID HOC HIC CLAMORIS?] Achillis opinor verba, qui ſe quaeri, ac vocari exaudiebat in tentorio. Nonius haec affert, vt oſtendat, antiquos Scriptores dixiſſe *tumulti*, pro *tumultus*: extra acroteleution ſecundi verſus, quod ſeorſum commemorat, vbi *ſtrepiti*, pro, *ſtrepitus*, dictum quondam aſſerit: Nos vero in vnum coniunximus. His autem verſibus non videtur diſſimilis duodenarius ille, quem ci-

tat Cenſorinus ex innominato antiquo Poëta.

Quis meum nominans nomen excitet, quamuis tumultu inuocans incolarum fidem?

HECTOR RE SVMMA] Recenſebat hic aliquis Hectoris res geſtas, dum fortiter obiret praelia; aut verò à viuo illo incipiebat fabula. Quod ſi fuit, praeceſſiſſe hos verſus oportet. *Re* autem *ſumma*, interpretor, *omnibus copijs*, quibus per id tempus Troiana res conſiſtebat. CASTREISQ. CASTRA] Hanc horum verſuum lectionem veram eſſe arbitror. In quibuſdam codicibus perperam legitur, *Hectorei ſumma*, & pro *educit foras*, *educit vi foras*, & pro, *ferè*, *ſerre*. FRANGVNTVR HASTAE,] Pugna hoc loco quaepiam Troianorum, duce Hectore, & Graecorum deſcribebatur. TERRA SVDAT SANGVINE.] Virgilius,

Lib. 2. Aen.

Dardanium toties ſudarit ſanguine littus?

— VT IPSI CVNCTENT.] pro *cunctentur*. CONSTITIT CREDO SCAMANDER] Adducit Nonius hunc verſum, vt oſtenderet, Veteres *vagant* vſurpaſſe, pro, *vagātur*. Sed deceptus, opinor, eſt, vt aliàs aliquando. Non enim congruere videtur, vt cum arboribus vento agitatis commemoretur requies fluminis. Itaq. aut legerem cum Nicolao Fabro *conſluit*, aut, *vacant*, vt etiam rerum inanimatarum ſignificetur attentio ad auditionem, conſpectúmue rei alicuius admirabilis: vt alibi in re ſimili iiſdem verbis Poëta eſt vſus,

Conſtitêre amneis perenneis, arbores vento vacant.

Scamander Troiae fluuius eſt, quem Dij, vt ſcribit Homerus, Xanthum appellant. Adducit hunc Homeri locum Plato in Cratylo, apud quem ait Socrates multis in locis Homerum diſtinxiſſe, quae nomina homines, quaeq. Dij proferant. Qua de re nos alibi copiosè diſſeremus. SEVERITER FORTVNA] In antiquo legitur, *ſeueriter ferro cernunt de victoria*. ATQ. HASTA HOSTIVIT E MANV.] E manu pro, *eminus* videtur dictum: vt denotet cominus machaera pugnatū eſſe, & eminus haſta. NOS QVIESCERE] Vulgati Diomedis codices habent, *Ita Ennius: in Luſtris nos quieſceret & caet.* cùm ſit legendum, *Ita Ennius in Luſtris, Nos quieſcere*. Itaq. legitur in aliquibus olim excuſis. SVBLIME ITER] Hoc etiam loco deprauata ſunt Diomedis exemplaria, in quibus, vt diximus, legitur, *Ennius, Illuſtris ſublime iter*, cùm legendum ſit, *Ennius in Luſtris, ſublime iter:* &c. Huius autem ſimile eſt Euripidis illud,

Ἥλιε θοαῖς ἵπποισιν εἱλίσσων φλόγα,

Ἢ ὅτε συνελιξέντος πολλοῦ πυρὸς [illegible].

Solis verò equos ſic deſcribit Naſo,

Lib. 2. Met.

Nec tibi quadrupedes animoſos ignibus illis,

Quos in pectore habent, quos ore, & naribus efflant,
In promptu regere eſt ——

Magnum quidem eſt equorum animoſitatis indicium, cùm calidum anhelitum ignis inſtar emittunt. Hinc Lucretius, vt maximam Diomedis equorum ferociam deſcriberet, ait, Lib. 5.

Et Diomedis equi ſpirantes naribus ignem.

Cuius acroteleution Virgilius ita mutuatus eſt, Lib. 7.

Abſenti Aeneae currum, geminosq. iugales
Semine ab aetherio ſpirantes naribus ignem.

Idem, *Collectumq. premens voluit ſub naribus ignem.* Lib 3. Georg.

Nemeſianus in Cynegeticõn libello equos illos maximè probat, qui

Fumant humentes calida de nare vapores.

Hinc prouerbij loco dicitur, cùm aliquem ira efferueſcentem oſtendere volumus, πυρὸς ἀποπνεῖν. Solis equos quatuor eſſe Poëtae finxerunt, quibus ab aurora, igne, ſplendore, ardore nomina indiderunt. Sunt autem Eous, Pyrois, Aethon, Phlegon. HALITANTES] Anhelantes, quaſi curſu fatigati. Quidam Nonij emẽdator ita hos verſus diſtinxit, quàm verò bene, affirmare non auſim. Certum enim eſt, hunc Nonij locum miſerè eſſe deprauatum. Alij codices habent, *Ducet quadrupedũ iugo inuitum doma infraena, & iugo validã, quorũ tenacia infraenari nimis.* Alij, *Ducet quadrupedum iugo inuita, indoma infraenis*, & pro, nimis, *minis*. Alij, *Inuitam, indomitam, & iugo validam: cuius tenacia infraenari nequit.* In Aldino, *Inuitam doma in fraena, & iugo valida, quorũ tenacia infraenari nimis.* In alijs habetur, pro, *nimis*, *minus poteſt.* Lipſius Vaticani codicis auxilio emẽdat, *Duce quadrupedem iugo inuitum, doma infrenum, & iugo validè: equorum tenacia infrenari nimis nequit.* Codex Fuluij Vrſini habet, *Ducet quadrupedem iugo inuitam, indomitam freno: valida quoius tenacia infrenari nimis.* Sed cùm haec Delio natatore indigeant, arbitror tamen eſſe Caſſandrae vaticinium, quo praedicebat, Hectorem ab Achille eſſe interimendum, raptandumq. circum Pergama bigis miſerabiliter. Li 5. Ant. Lect. c. 14

Q. ENNII FRAGMENTA EX ALEXANDRO.

Tal quia laſciui ſtolidi. VOLANS de caelo cum corona, & taenijs, Hominem adpellat: † quid laſciuis ſtolide? non intelligit. Feſt. Taenias. & Stolidus.

O lux Troiae germane Hector, Microb. Saturn. Lib. 6. c. 2.

Quid ita cum tuo lacerato corpore miſer? παῦδος.
Aut qui te ſic reſpectantibus tractauêre † nobis? † modis.

Varr. lib. 5 de Ling. Lat.
Iamdudum ab Iudeis animus, atq. aureis auent
Auidè exſpectanteis nuntium —

Macr. lib. 6. cap. 2.
Nam maximo ſaltu ſuperauit
Grauidus armateis equus,
Qui ſuo partu ardua perdat Pergama.

Idē lib. 6. cap. 1.
Multei alij aduentant, paupertas quorum obſcurat nomina.

Agell. lib. 6. cap. 5.
Purum putum —

Varr. lib 6 De Ling. Lat.
Quapropter Parim paſtores, nunc Alexandrū vocāt.

EXPLICATIO.

IN hac fabula (quantùm ex his reliquijs licet intelligere) de Troiano agebatur excidio: cuius quidem origo Alexander fuit. Quae res, vulgata nimis facit, vt argumentum praetermittamus. VOLANS DE CAELO] dubium non eſt, de aliquo Deo Poëtam loqui, qui è caelo delapſus Paridem admonebat, quanto dedecore, rapta aliena coniuge, turpi libidini indulgeret: quemadmodum inducit Virgilius Mercurium ab Ioue miſſum, Aeneam nouae coniugis amore detentum, rerumq. magnarum oblitum obiurgantem. CVM CORONA, ET TAENIIS] Antiquitus quidem, vt ait Plinius, nulla corona, niſi Deo dabatur. Ob id Homerus caelo tantùm eas, & praelio vniuerſo tribuit. Viritim verò ne in certamine quidem vlli. Sed demum vt in generoſis virtus creſceret, & ignauis torpor excuteretur, diuerſa excogitauerunt Veteres coronarum genera, prout cuiuſq. virtus non abſq. quadā conuenientia exigere videbatur. Aliae enim erāt ex apio, aliae gramineae, aliae quernae, ſiue iligneae, aliae oleagineae, aliae myrteae, aliae laureae. De quibus librū ſcripſit Claudius Saturnius, in quo earum origines, cauſſas, ſpecies, & ſolennitates latè cōplexus eſt. Et quoniam in iis eſt aliqua valetudinis portio, priuatim de coronis, quae capiti nocerent, Mneſtheus, & Callimachus medici volumina ediderunt. De coronis, quae in conuiuijs exhibebantur, vt earum fragrantia foetidos axillarum, ſudoriſque odores, acidorūq.

Lib. 16. cap. 4.

ex crapula ructuum occuparent, vel vt ſomnum conciliarent, vel vt crapulam vitarent, alibi commodiùs dicemus. Taeniam ait Verrius, eſſe ornamentú laneū capitis honorati. Seruius verò ea Virgilij verba Lib. 5.
declarans, *Puniceis ibant euincti tempora taenis,*
ait, *vittis roſeis*: & ſignificat lemniſcatas coronas, quae ſunt ex frondibus, & diſcoloribus faſcijs, & ſicut Varro dicit, magni honoris ſunt. NON INTELLIGIT] Nam qui amoris laqueis irretiti ſunt, tāquā ſurdae aſpides rectas reſpuūt admonitiones. O LVX TROIAE] Pindarus Ἀιακιδᾶν φέγγος. Macrobius haec verba cum illis Maronis Nem. Od. 3.
confert, *O lux Dardaniae, ſpes ò fidiſſima Teucrûm,*
Quae tantae tenuêre morae?
Et paullò poſt, —— *quae cauſa ſerenos* Lib. 2. Aen.
Foedauit vultus? aut cur haec vulnera cerno?
IAMDVDVM AB LVDIS ANIMVS] Chori videntur verba. Varro hoc modo locum affert, *Ab auribus videntur dicta verba, audio, & auſculto, audio ab aueo, quòd auribus auemus diſcere ſemper. Quod etymon videtur Ennius oſtendere velle in Alexandro, cùm ait, Iamdudum ab ludis &c.* AVIDE EXSPECTANTEIS NVNTIVM.] Cicero auidè exſpectare literas, nō ſemel. NAM MAXIMO SALTV SVPERAVIT] Sunt fortaſſe Hectoris ad fratrem verba, nō reſpondētis tamen ad ea, quae ille quaeſiuerat, ſed nuntiantis, actum iam eſſe de ciuitate: quandoquidem introductus equus plenus eſſet armatis hoſtibus. Sic apud Maronem ad Aeneam Hector, Lib. 2. Aen.
Heu fuge nate Dea, teq. his, ait, eripe flammis:
Hoſtis habet muros, ruit alto à culmine Troia.
Sed Ennianae orationi ſimilis eſt illa, Idē ibidē.
Arduus armatos medijs in moenibus aſtans
Fundit equus —— Eaq. ſimillima,
Cùm fatalis equus ſaltu ſuper ardua venit Lib. 6. Aen.
Pergama, & armatum peditem grauis attulit aluo.
Notandum verò eſt in dictione *ſaltu* apud Ennium, & Virgilium loco ſupra memorato ineſſe alluſionem, cùm id quod equo conuenit, ligneae machinae tribuerunt. GRAVIDVS ARMATEIS EQVVS] Metaphora ab animali ad non animal.
—— *ſcandit fatalis machina muros.*
Foeta armis ——
Permanſit in elegantiſſima tranſlatione Maro, nam ſuperiùs quidem dixerat, —— *vterumq. armato milite complent.* Lib. 2. Aen.
Eadem tranſlatione dixit in expugnatione Ilij Tryphiodorus, ἐγκύμον ἵππος. SVO PARTV ARDVA PERDAT PERGAMA.] Perſiſtit Poëta noſter in Metaphora equi armati, grauidi, & iam parientis.

Lib. 1. Lucretius, *Nec clam durateus Troianis Pergama partu*
Inflammaſſet equus nocturno Graiugenarum.

Lib. 5. MVLTEI ALII ADVENTANT,] Virgilius,
Multi praeterea, quos fama obſcura recondit.

Lib. 9. Et, —— *multam in medio ſine nomine plebem.*

Lib. 2. Met. Ouidius, *Nomina, longa mora eſt, media de plebe virorum*
Dicere ——

Lib. 8. Et Silius, *Caetera in obſcuro famae, & ſine nomine vulgi.*

Fortaſſe cõmemoratis Heroibus, qui è foeta equi aluo deſilierant, dicebat Poëta, alios praeterea aduentaſſe, quorũ nomina paupertas obſcurabat: quae quidem atrae inſtar nebulae virtutis lumẽ obtenebrat. Ante Ennium Euripides expreſſit in paupertate obſcuritatem,

Ἐν τῷ πένεσθαι δ' ἐστιν, ἥτ' ἀδοξία. Eiuſdem eſt ſententiae illud Menãdri, *Πενία δ' ἄτιμον καὶ τὸν εὐγενῆ ποιεῖ.*

PVRVM PVTVM.] Alphenus Iuriſconſ. Lib. XXXIV. Digeſtorum loquens de foedere Romanorum cum Carthaginienſibus, inquit, *Quod inter populum Romanum, & Carthaginienſes factum, & ſcriptum inuenitur, vt Carthaginienſes quotquot annis populo Romano darent certum pondus argenti puri puti: quaeſitumq. eſt, quid eſſet argentum purum putum, reſpondi ego, eſſe putum, valdè purum.* Aſſeritq. Agellius non ſolùm ſcriptum eſſe purum putum in Carthaginienſi foedere, ſed cùm in multis alijs Veterum libris, tum etiam in Q. Ennij Tragoedia, quae inſcribitur Alexander. Eum locum exiſtimo in Feſti fragmẽtis adduci in verbo *Putum*: vbi ita Auctor mancus, mutilatusq́ habetur . . . . . *in Alexandr* . . . . . *amidio purus p.* : Itaq., *Ennius* Lib. 2. De *in Alexandro, dimidio purus putus*: & in ea re conſulendus eſt Varro, Lin. Lat. & Nonius. Plautus Pſeudulo,

Purus putus hic ſycophanta eſt ——

QVAPROPTER PARIM] Reiecimus hunc verſum in extremum, cùm potiùs inter primos eſſet collocandus: quoniam non ſatis nobis conſtat eſſe ex hac fabula. Varro quidem, poſtquam Enniũ reprehendit, dum Euripidem imitari voluit, in Andromaches, & Alexandri etymis, ait, *Aut Alexandrum ab eo appellatum in Graecia, qui Paris fuiſſet? à quo Herculem quoq. cognominatum Ἀλεξίκακον, ab eo quod* Od. 9. *defenſor eſſet hominum.* Ita apud Pindarum in Pythijs quidam ex Teleſicratis Cyrenaci progenitoribus Ἀλεξίδαμος appellatur. Hyginus ait in fabulis, *Poſtquam Hecuba peperit Alexandrum, datur interficiendus, quem ſatellites miſericordia expoſuerunt: eum paſtores pro ſuo filio repertum expoſitum educarunt, eumq. Parim nominauerunt.* Fuit autem Paris appellatus, vt Etymologici Auctori videtur, *παρὰ τὸ παρεῖναι τὸν μόρον*, quaſi dicat, quia mortem vitârit, vel *παρὰ τὴν πήραν*, à pera ſcilicet,

quòd

quòd in pera paſtorali ſit nutritus. Cur autẽ interficiendus datus fuerat puer, ex Poëta peruetuſto liquet, cuius verba apud Ciceronẽ ita habentur, *Quia mater grauida párere ſe ardentem facem,* Lib. 1. de Diuinat.

Viſa eſt in ſomneis Hecuba: quo facto pater
Rex ipſe Priamus, ſomnio mentis metu
Perculſus, cureis ſumpteis ſuſpirantibus
Exſacrificabat hoſtijs balantibus.
Tum coniectorem poſtulat pacem petens,
Vt ſe edoceret obſecrans Apollinem,
Quò ſe ſe vertant tantae ſortes ſomniũm.
Ibei ex oraclo voce diuina edidit
Apollo, puerum, primus Priamo qui foret
Poſt illa natus tempora, hunc ſi ſolleret,
Eum eſſe exitium Troiae, peſtem Pergamo.

Sed ſi liberum licet iudicium in medium afferre, arbitror librariorũ oſcitantiã (Alexandri enim notius erat nomen) *Alexander*, pro, *Alexandra*, malè ſcriptum eſſe. Dedit Euripides vnoq. modo fabulam Alexander, & Alexandra inſcriptam, vt ex Clemente Alexandrino, & Stobaeo liquet. Eius autem, quae ſupereſt Lycophronis, Alexandra, ſiue Caſſandra nomen eſt. At ſatis conſtat Priami filiam, quae vaticinandi peritiam tenuit, Caſſandram, & Alexandram appellatam eſſe: quam Apollo praedicendi artem edocuit. Sed quoniam ei pactam mercedem Caſſandra negauit (promiſerat enim, poſtquam conſecuta eſſet vaticinandi ſcientiam, ſe Deo ſui copiam facturam) factum eſt, vt quamuis ea vera praediceret, pro delira, inſanaq. haberetur. Vnde Virgilius, Lib. 6. Stromat. Lib. 2. Aen.

—— *Dei iuſſu non vnquam credita Teucris.*

Graecus Poëta apud Plutarchum ἐν πολιτικοῖς παραγγέλμασι Caſſandrã loquentem inducit,

Ἄκραντον αὖ μ' ἔθηκε θεσπίζειν θεὸς,
Καὶ πρὸς παθόντων, κᾆν κακοῖσι κειμένων,
Σοφὴ κέκλημαι ——

Eam (niſi fallor) Ennius induxit, ſicut Bacchylides, & Lycophron, vaticinantẽ Troianae vrbis excidium. Ac verba illa, *Volans de caelo*, &c. non tanquã geſta res ſit, ſed tanquã gerenda, à Caſſandra relata opinor. Sicut & illa, *O lux Troiae germane Hector*, ab eadem foriè prolata ſunt, miſeram fratris caedem equis raptati praeuidente. Deinde illis verbis; *Nam maximo ſaltu*, & caet. excidij initiũ proſequitur. Caeterùm in tanta, qua modò verſamur, obſcuritate, ſatis quidem fore arbitramur, ſi non facem, at ſaltem faculam praetuliſſe. Sed eam ob rem & Ennij eſſe, quae ſubſcribam, carmina, & ex hac fabula puto. Ita

enim in 1. de Diuinat. apud Ciceronem Caſſandra ἐνθουσιῶσα, hoc eſt diuino concitata furore vaticinatur,

Mater optuma, tum multò mulier melior, ἐνθουσιασμοί.
Miſſa ſum ſuperſtitioſis hariolationibus,
Neq. me Apollo fatis fandis dementem inuitam ciet.
Virgines verò aequales, patris mei, meum factum pudet
Optumei virei: mea mater tui me miſeret, mei piget,
Optumā progeniē Priamo reperiſti extra me: hoc dolet
Me obeſſe: illos prodeſſe: me obſtare, illos obſequi.

Idē ibid.

Adeſt, adeſt fax obuoluta ſanguine, atq. incendio,
Multos annos latuit:
Ciueis ferte opem, & reſtinguite.

Idē lib. 8. Epiſt. ad Att. & 1. de Diuin.

Iamq. marei magno claſſis cita
Texitur, exitium examen † rapit: † capiti.
Aduenit, & fera veliuolantibus
Nauibu' compleuit manu' littora.

Idē lib. 1. & 2. de Diuinat.

Eheu videte, iudicauit inclutum iudicium ἐνθουσιασμός.
Inter Deas treis aliquis: quo iudicio Lacedaemonia
Mulier furiarum vna aduenict.

De Caſſandrae vaticinio multa ſcripſit Anticlides: paullò verò diuerſus refert hiſtoriam Iſacius Tzetzes.

Q. ENNII FRAGMENTA
EX ANDROMACHA.

Varr. lib 6 de Ling. Lat. Cic. 3. Tuſc.

EXTEMPLO acceptum me necato, & filium.

Ex opibus ſummeis opis egens, Hector, tuae.

Idē ibidē.

— quid petam
Praeſidi? quid exſequar? quò nunc aut † exilio, aut fuga † auxilio
Freta ſim? arce, & vrbe ſum orba, quò accedam? quò applicem?
Quoi nec patriae arae domi ſtant: fractae, & diſiectae iacent:

Fana

Fana flamma deflagrata, toſti alti ſtant parietes
Deformati, atq. abiete criſpa — Idē ibidē, & 1. de Orat. bis, & 3. in fine
O pater, ò patria, ò Priami domus,
Septum altiſono cardine templum:
Vidi ego te, adſtante ope barbarica,
Tectis caelatis, laqueatis, Idem 1. Tuſc.
Auro, ebore, inſtructum regificè.
Haec omnia vidi inflammari,
Priamo vi vitam euitari, Idem 1. & 3. Tuſc.
Iouis aram ſanguine turpari.
Heu relliquias ſemiaſſi regis, denudatis oſſibus Idem. 1. Tuſc.
Per terram ſanie delibutam foedè diuexarier.
Vidi, videreq. paſſa ſum aegerrimè, Idē ibidē.
Curru Hectorem quadrijugo raptarier.
Hectoris natum de moero iactarier. Varr. lib. 9 de Ling. Lat.

*

Acheruſia templa alta Orci ſaluete infera. Idē lib. 6.

*

Andromachae nomen qui indidit, rectè indidit. Idē ibidē.

*

Malo torquetis cum aerumnis illum exanclari diē. Non.

*

Haec † malos annos, multoſq. longinquè ab domo Idē ſūmū.
Bellum gerentes ſummum, ſumma induſtria.

† malè annos.

*

Quid fit ſeditio? tabes ne an numeros augificat ſuos? Idem.

*

Nam neq. iratei, neq. blandei quicquam ſyncerè ſonunt. Idem.

*

Nam vbei introducta eſt, puerumq. vt lauerunt, collocant in clupeo. Idem.

*

Rapit ex alto naueis veliuolas.

*

— ſed quaſi Macr. lib. 6. cap. 5.
Ferrum, aut lapis dura, rarenter gemitum Non.
Conatur trahere —

Feſt. Sum. muſſi.

— di . . . . . . m eſt. nam muſſare ſi . . . . .

Cicero Lib. I. De Diuinat.

Sus roſtro ſi humi A literam impreſſerit, num propterea ſuſpicari poteris, Andromachã Ennij ab ea poſſe deſcribi?

EXPLICATIO.

HAEC ſanè Tragoedia, quantùm ex fragmentis apparet, ex Euripidea Andromacha minimè conuerſa videtur. Quandoquidem Euripideae argumentum, quod in promptu quidem eſt, ab Enniana longè diuerſum fuiſſe indicant reliquiae. Quod tale fuiſſe exiſtimo: Troia euerſa, Ilioq. funditus diruto, cùm Graeci rerum potiti captiuas mulieres ſorte inter ſe diuiderent, Andromacha Neoptolemo obtigit. Quae dum ad naues cum alijs captiuis ducitur, Aſtyanax, qui vnicus ex Hectoris prole ſupererat, de complexu eius vi ablatus, oraculorum monitis de ſublimi turri praeceps datur. Cuius immane fatum non modò in hac fabula deflet Andromacha: ſed tanta rei atrocitate rurſus ſuos ante oculos verſari coeperunt, atq. animum memoria refricare chariſſimi coniugis caedes crudeliter quadriiugo curru raptati, Priami nex, regia incenſa, ſupremuſq. florentiſſimae vrbis caſus. Sed animaduertere licet, in hanc Tragoediam nonnulla ex Euripidis Hecuba, & Troadibus; prout ei cõmodum viſum eſt, Poëtam tranſtuliſſe, vt mox enarrando demonſtrabimus. EXTEMPLO ACCEPTVM ME NECATO,] Hunc verſum quamuis abſq. Auctoris nomine proferat Varro, quoniam cum argumento conuenit, Ennij profectò eſſe ſuſpicamur. Varronis autẽ locus ſic ſe habet, *Etiam inde idem illud enim, extemplo acceptum me negato, & filium.* Vbi quàm malè *negato*, pro, *necato* ſcriptum ſit, liquidò patebit ex Euripidis loco, quem conuertit Poëta. Sin autem vera ſit Scaligeri opinio, Ennium planè verum, & certum huius verſus auctorem aſſeuerabimus. Legit enim hoc modo Varronis verba, *Etiam indidem illud Ennij, Extemplo*, & cae t Ait enim etiam tum aetate Varronis, duplices non multùm in vſu fuiſſe. Itaq. quod ille ſcripſerat, *Eni*, pro, Ennij putarunt *enim* eſſe. Fieri praeterea poteſt, vt his verbis Andromacha Vlyſſem, vel Talthybium alloquatur, qui cùm ab ea Aſtyanacta puerum auferre vellet, vt de turri deijceret, eum rogat, vt ſe cum puero ſtatim interficiat. Idque eò magis verum eſſe confirmamus, quòd Ennius ex Euripidis Hecuba (inde enim tranſtulit) hunc locum ad verbum

ferè imitatus videtur. Vbi cum Polyxena in Achillis tumulo immolãda eſſet, vt illius manes eo ſacrificio placarentur, Hecuba vbi obtuliſſet ſeſe, rogat Vlyſſem, ſe ad aram mactent pro filia: neq; impetrat quidem, vt cum ea vnà interficeretur, quò terra, & expoſcens Heros mortuus duplicem ſanguinis ſumeret hauſtum,

> Υ'μεῖς δὲ μ' ἀλλὰ θυγατρὶ συμφονεύσατε,
> Καὶ δὶς τόσον πῶμ' αἵματος γενήσεται,
> Γαίᾳ, νεκρῷ τε τῷ τάδ' ἐξαιτουμένῳ.

Quemadmodum Euripides ibi Hecubam induxit omnia tentantem, omnibusq. viribus conantem, ne Polyxena immoletur: ita Ennius hîc Andromachen fecit omnia rogantem, ne Aſtyanax praecipitetur. Videturq. tota hac fabula Ennio placuiſſe, pleraq., quae Euripides Hecubae tribuit, tam in eius nominis fabula, quàm in Troadibus, Andromachae adſcribere. EX OPIBVS SVMMEIS] Cicero neq. huius verſus, neq. ſequentium nominat Auctorem, nec fabulae indicem. Nos tamen ex Ennij Andromache eſſe ſuſpicamur: & haec verba ab ipſa Andromache pronunciari quaſi cum mortuo colloquẽte, eiq. ſuam infelicitatem, & aerumnas narrante: quomodo ſcilicet ex ſummis opibus ad ſummam miſeriam, captiuitatemq. redacta ſit, ex quibus Hectoris tantummodo ope ſi viueret, eripi poſſet. — OPIS EGENS HECTOR TVAE] Ε'μφατικῶς quaſi fortiſſimum virum innuit: aliqua verò exemplaria *Hecuba*, pro, *Hector* habent. Salluſtius. *Cùm egens alienae opis plura mala exſpectarem.* Eandem Andromachae in Hectoris robore confidentiam expreſſit in Troadibus Euripides, cùm illa ploranti filio, qui in eius ſinum confugerat, inquit, Non venit Hector è pugna victor haſtam quatiens victricem tibi ſalutem afferens, 3. Tuſc. Lib. 2 Hiſt.

> Οὐκ εἶσιν Ἕκτωρ κλεινὸν ἁρπάσας δόρυ,
> Γῆς ἐξανελθών, σοὶ φέρων σωτηρίαν.

Horatius, — *nec Priami domus* Li 3. Car. Od. 3.
> *Periura pugnaces Achiuos*
> *Hectoreis opibus refringit.*

QVID PETAM PRAESIDII?] Pathetica oratio: breues enim continet ſententias, & crebras interrogationes. Hunc verò locum à ſuperiore vel paruo ferè interuallo diſtare, vel mox eum conſequi, inde patet, quòd Cicero poſtquam eum retulit, addit, *Huic ſubuenire debemus, quaerit enim auxilium.* Vnde nemo ibit infitias ab eadem perſona haec, & illa eſſe prolata. Idem Cicero vltimo de Orat. eundem verſum non expreſſo Auctore huiuſmodi refert,

> *Quid petam praeſidij?* —

Quae quidem oratio verè pathetica eſt, perplexam animi, conſilijq.

rationem indicans. Huic ſimilis illa Medeae,

Quò nunc me vortam? quod iter incipiam ingredi?

Plautus Caſina, —— *neſcio vnde auxilij, praeſidij,*

Perfugij mihi, aut opum copiam comparem, aut expetam.

Idem Ciſtellaria, —— *neq. vnde auxilium expetam, habeo.*

Et illa Hecubae apud Euripidem,

—— ὤ μοί μοι
Τίς ἀμυνεῖ μοι; ποία γέννα;
Ποία δὲ πόλις;
Φροῦδος πρέσβυς, φροῦδοι παῖδες
Ποίαν ἢ ταύταν ἢ κείναν
Στείχω; ποῖ δ' ἥσω; ποῦ τις θεῶν
Ἢ δαιμόνων ἐπαρωγός;

Viſi ſunt Scaligero hi verſus, tam apertè Ennianis reſpondere, vt crediderit verba haec, *Quid petam*, &c. ab Hecuba dicta, & ex ijs Euripideis Ennium conuertiſſe: quod miror ex ore tam docti viri excidiſſe. Quandoquidem, vt infra clariùs demonſtrabimus, haec ab Andromache proculdubio dicta ſunt. Nam (vt antè monuimus) placuit Ennio in hac fabula inducere Andromachen plura dicentem, quae ſub Hecubae perſona ab Euripide ſcripta ſunt. — ARCE, ET VRBE SVM ORBA,] Proſonomaſia, quam maximè affectabant Veteres. Plautus Sticho,

Tantum à portu apporto bonum ——

Ex hoc autem loco dubitatio ſublata eſt, Ennium germanum horum quinque verſuum auctorẽ fuiſſe. Cicero enim in Oratore, vbi de mutatis verbis loquitur, *Mutata*, inquit, *in quibus prò verbo proprio ſubijcitur aliud, quod idem ſignificet, ſumptum ex re aliqua conſequenti. Quod quanquam transferendo fit, tamen alio modo tranſtulit, cùm dixit Ennius, Arce, & vrbe orba ſum.* QVOI NEC PATRIAE ARAE] Hoſtium amplificat immanitatem, qui nec aris, nec ſacris Deorum locis pepercerint. — ARAE DOMI STANT,] Huic voci *iacent*, oppoſuit. — TOSTEI ALTEI STANT PARIETES,] Toſtei, cremati à torreo. DEFORMATEI] Vberiùs Euripidis chorus in Hecuba, Ἀπὸ δὲ στεφάναν κέκαρσαι

Πύργων, κατὰ δ' αἰθάλου
Καττοῦ κηλῖδ' οἰκτροτάτα κέχρωσαι.

ABIETE CRISPA] Laquearia, quorum infra mentio fit, demonſtrat abiegnis trabibus fuiſſe contexta. Eſt enim eius arboris materies trabibus praecipua, vt tradit Plinius. O PATER, O PA-
Lib. 16. cap. 10. TRIA,] Ab eadem perſona haec, & quae ſuperiùs recenſuimus, dicta eſſe certum eſt, non modò ex III. Tuſc. vbi ſequitur Cicero, *ſcis*

quae ſequantur, *& illud in primis, ò pater, ò patria, & caet.* Sed etiam ex extremo de Orat. vbi cùm Cicero ſuperiora memoraſſet, *Quid petam praeſidij, &c.* addit, *Quàm leniter, quàm remiſsè, quàm non actuosè? inſtat enim, O pater, ò patria, &c.* Andromachen autem haec loquentē ſatis reor vocem illam *Pater* indicare: quam omnino indecentem, ac incongruam eſſe in ore Hecubae, quis non videt? Rectè tamen Andromache Priamum patrem vocat: quia, vt Pomponius ait lib. XVI. ad Sabinum, parentis locum ſocer obtinet. Hecuba autem in conqueſtione apud Euripidem in Troadibus praetermiſſa vt abſurda patris voce, tantùm inquit, ò patria, ò miſera te deſertam lugeo,

> *Ὦ πατρίς, ὦ μελέα,*
> *Καταλειπομέναν σε δακρύω.*

Sunt autem Ennij verſus anapaeſtici dimetri acatalectici. Ad hunc verò locum videtur reſpicere illud Cornelij Taciti lib. XIII. Annal. *Ille conſtanter exorſus eſt carmen, quo euolutum eum ſede, patria, rebusq. ſummis ſignificabatur.* SEPTVM ALTISONO CARDINE TEMPLVM: Templum hîc intelligitur vel pro loco in arce conſecrato, in quo erat ara, de qua mox dicemus: vel pro ipſa Priami regia vndique conſpicua: Septum autem eſt additum, quia, vt Varro docet, omne templum debet eſſe circumſeptū, nec plus quàm vnum introitum habere. Ea voce *Altiſono* in Iphigenia eſt vſus. VIDI EGO TE,] Pathos à viſu, acerbiùs enim quae intuemur, animum afficiunt, quam quae facta audimus. Hinc Virgilianus Aeneas, Aen. 2.

> — *quaeq. ipſe miſerrima vidi.*

Et Priamus apud eundem Polyte in conſpectu occiſo, Ibidem.

> — *qui nati coram me cernere lethum*
> *Feciſti* —

Optat Turnus, vt Pallantis morti, quem mox ſuis manibus occubiturum animo praeceperat, pater Euander ſpectator adeſſet. Moſchus in Megara, *Τοὺς μὲν ἐγὼ δύστηνος ἐμοῖς ἴδον ὀφθαλμοῖσι* Lib. 10.

> *Βαλλομένους ὑπὸ πατρὶ* —

Cicero, *Oculi augent dolorem, qui ea quae caeteri audiunt intueri coguntur, nec auertere à miſerijs cogitationem ſinunt.* Et eod. lib. *Equidem nos quòd Romae ſumus, miſerrimum eſſe duco: non ſolùm quòd in omnibus malis acerbius eſt videre, quàm audire: ſed etiam, &c.* Et lib. IV. *Nec audio ſolùm quòd ipſum eſſet miſerum, ſed etiam video, quo nihil eſt acerbius, eorum fortunas diſſipari.* Lib. etiam VII. *Quanquam enim haec etiam auditu acerba ſunt, tamē audire tolerabilius eſt, quàm videre.* — AD STANTE OPE BARBARICA,] Virgilius, Li. 6 epiſt. fam. epiſt. Epiſt 4. Epiſt. 13. Epiſt. 24. Lib. 8.

> *Hinc ope Barbarica, varijsq. Antonius armis*
> *Victor* —

Eſt

Eſt autem apud Ennium collatio à ſumma felicitate ad ſummam miſeriam, quaſi dicat, Vidi te incolumi regno, regijs, ſummisq. diuitijs affuentem, nunc autem vaſtatam aſpicio. Auget enim vehementer affectum rei, quae non eſt, repraeſentatio, & ſumma quondã fuit. Barbaricas opes intelligit maximas, nimiumq. prolixas: fuerũt enim Barbari opulentiſſimi. Sulpitius Lupercus,

Barbaricae ingenijs anteferantur opes.

Euripides Iphigenia,

Χρυσῷ τε λαμπρὸς, βαρβάρῳ χλιδήματι.

Lib. 2. Aen. Virgilius haec omnia videtur adumbraſſe, cùm ait,

Vidi Hecubam, centumq. nurus, Priamumq. per aras
Sanguine foedantem, quos ipſe ſacrauerat, ignes.
Quinquaginta illi thalami, ſpes alta nepotum,
Barbarico poſtes auro, ſpolijsq. ſuperbi
Procubuere ——

Vbi Seruius aurum Barbaricum interpretatur, aut multum, aut verè Barbaricum, quia πλησμονὴ τῶν βαρβάρων. Barbari praeter Graecos omnes dicebantur: & praecipuè Phryges, quod & Euſtathij auctoritate comprobatur, qui ait Βρίγας, καὶ φρύγας ab Antiquis βαρβάρους appellari. Vnde de ſeipſo Hector apud Euripidem ſic ad Rheſum ſerò ferentem ſuppetias,

Σὺ δ' ἐγγενὴς ὤν, βάρβαρός τε, βαρβάρους
Ἕλλησιν ἡμᾶς προὔπιες, τὸ σὸν μέρος.

TECTEIS CAELATIS, LAQVEATIS AVRO, EBORE,] Hoc eſt laquearibus auro, eboreq. ornatis. Horatius,

Lib. 2. Car. Od. 18.

Non ebur, neq. aureum
Mea renidet in domo lacunar.

Lib. 2. Lucretius, *Nec domus argento fulget, auroq. renidet,*
Nec citharis reboant laqueata, aurataq. templa.

Lib. 1. Aen. Virgilius, —— *dependent lychni laquearibus aureis.*

Sed illa Hecubae exclamatio apud Euripidem videtur aſſimilis: ô decora tecta, ô quondã felices domus, ô opibus, liberisq. florentiſſime Priame,

Ὦ σχήματ' οἴκων, ὦ ποτ' εὐτυχεῖς δόμοι,
Ὦ πλεῖστ' ἔχων κάλλιστά τ' εὐτεκνότατε
Πρίαμε ——

HAEC OMNIA VIDI INFLAMMARI,] Haec etiam cũ ſuperioribus coniungenda eſſe dubiũ non eſt. Ait enim Cicero poſtquam ea retulit, *Ex aggregatis igitur Regis opibus, quae videbantur ſempiternae fore, quid adiungis? Haec omnia vidi &c.* Quod patet etiam ex III. de Orat. vbi commemorato eo verſu, *ô pater, ô patria,* ait, *& quae ſequuntur, Haec omnia &c.* Quod ſi pauci verſus interiecti deſint, ex conti-

continuatione tamen orationis eandem perſonam locutam apparet. Andromachen autem locutã, vnus Cicero idoneus eſſe teſtis poteſt, qui ſic inquit, *Hi poterant omnes eadem illa de Andromacha deplorare, Haec omnia vidi &c.* Quamobrem ab Andromacha haec dicta ſunt, Scaligeri pace, qui partem horum Hecubae eſſe exiſtimauit. Nec de Auctore eſt dubitandum: ſi enim in parte eum cognouimus, in toto iam cognitus idem eſt. — VEI VITAM EVITARI.] Vetuſtè, ac quidem venuſtè dictum eſt pro, interſici, vitaq. priuari. IOVIS ARAM SANGVINE TVRPARI.] Priami nimirũ ſanguine, qui cùm funditus dirutam, proſtratamq. iacere patriam videret, nec humana ope, victoribus omnia diripientibus, vaſtantibusq. obſiſti amplius poſſe, ad aram extremum victorum perfugium confugit: vbi eum tamen Pyrrhus interemit. Eiuſdem arae, quae ſub dio erat in impluuio meminit Virgilius exponens & ipſe Priami fatũ; Lib. 2. Aen.

Aedibus in mediis, nudoq. ſub aetheris axe
Ingens ara fuit: iuxtaq. veterrima laurus
Incumbens arae ——

Ouidius, *Exiguamq. ſenis Priami Iouis ara cruorem* Lib. 13. Met.
Combiberat ——

Ad haec totum hunc locum Ennius ab Euripide mutuatus eſt, apud quem in Troadibus flens Hecuba inſolabiliter dolet, non ex aliorum ſermone Priami caedem cognouiſſe, ſed ſuis ipſius oculis vidiſſe trucidatum ad Hercei Iouis aram, & vrbem incendio pereuntem,

Καὶ τὸν φυτουργὸν Πρίαμον, οὐκ ἄλλων πάρα
Κλύουσ' ἔκλαυσα, τοῖσδε δ' εἶδον ὄμμασιν
Αὐτὴ κατασφαγέντ' ἐφ' ἑρκίῳ πυρᾷ
Πόλιν ϑανοῦσαν ——

Harpocration explicans locum quendam Dinarchi oratoris ex oratione aduerſus Moſchionem, in qua Iouis Hercei arae fit mentio, ait, Ἑρκεῖος Ζεὺς dictus, quòd arae eius intus in ſepto aedium praeſertim optimatum erigerentur. ἕρκος enim ſeptum, clauſtrumq. ſignificat. Euſtathius autem putat aram hanc fuiſſe extra αὐλὴν ſub dio. Quod χ. ὀδυσ. verum eſſe, Maronis loco ſupra citato cõfirmatur. Ducitq. ἑρκεῖος etymon ab ἑρκίειος ſynaereſi facta. Meminit & huius arae Hyginus in Fab. & Pauſanias in Meſſenicis. Ouidius in Ibin de Priamo,

Nec tibi ſubſidiò praeſens ſit numen, vt illi
Cui nihil Hercei profuit ara Iouis.

Tradit Arrianus, qui Alexandri magni res geſtas accuratè proſecutus Lib. 1. eſt, magnum illum Ducem, vt Priami manes placaret, ei ad Iouis Hercei aram parentaſſe. Cuius etiam meminit Lucanus, vbi Caeſarem Lib. 9. facit per Troadem tranſeuntem,

Herceas,

Hæc verò quod mox ſequitur, de Graeca Andromache Noſter ſumpſiſſe videtur, vbi ea ſic queritur,

> *Ἥτις σφαγὰς μὲν Ἕκτορος τροχηλάτους*
> *Κατεῖδον, οἰκτρῶς τ' Ἴλιον πυρούμενον;*

Virgilius de ea re, Lib. 1. Aen.

> *Ter circum Iliacos raptauerat Hectora muros.*

Et rurſus, *Raptatus bigis, vt quondam, aterq. cruento* Lib. 2.
> *Puluere* ——

Homerus eam rem longiori proſequitur oratione antepenultimo, & extremo Iliados. HECTORIS NATVM DE MOERO IACTARIER:] In Varrone legitur, *Hectoris natum de muro Troiano iactari*. Scaliger putat, epitheton illud, *Troiano*, reijciendum, vt otioſum, & eſſe alicuius ſtudioſi interpretationem: ipſeque primus hunc ſenarium coniunxit cum praecedente: ac nos eò libentiùs eius factum probamus, quòd Euripides in principijs Andromaches illam ſimul facit plorantem Hectoris necem, & Aſtyanactis caſum, ad hũc modum,

> *Ἥτις πόσιν μὲν Ἕκτορ' ἐξ Ἀχιλλέως*
> *Θανόντ' ἐσεῖδον, παῖδ' ἁθ', ὃν τίκτω πόσει,*
> *Ῥιφθέντα πύργων Ἀστυάνακτ' ἀπ' ὀρθίων.*

Quod autem *περιφραστικῶς*, Noſter Hectoris natum, Seneca Hectoreũ Priami nepotem dixit: ſic enim in Troade,

> *Turre de ſumma cadat Priami nepos Hectoreus.*

Ferunt eum Aſtyanacta vocatum *ἀπὸ τοῦ ἄστυ, καὶ ἀνάσσω*. Homerus eũ Scamandrium dictum ſcribit, ſed ab alijs Aſtyanactem appellatum, quòd vnus Hector Ilium ſeruaret,

> *Τόν ῥ' Ἕκτωρ καλέεσκε Σκαμάνδριον, αὐτὰρ οἱ ἄλλοι*
> *Ἀστυάνακτ', οἶος γὰρ ἐρύετο Ἴλιον Ἕκτωρ.*

Cauſam verò cur tam immaniter in puerum ſaeuitum ſit referunt, vt nemo ex Priami ſtirpe ſuperſtes remaneret, ne aliquando vlciſcendi occaſio praeberetur. Ex tota autem Euripidea Andromache duos hos ſupra memoratos locos videtur Ennius potius imitatus, quàm conuertiſſe. Sed Tragoediam Aſtyanactis nomine, vt illud etiam non omittamus, apud noſtros Actius, & Rutilius Geminus dederunt. ACHERVSIA TEMPLA] Varro ex Andromache adducit hũc verſum: non autem addit ex quo Poëta. Quia verò apud Latinos nemo adhuc legitur, hanc eandem ſcripſiſſe fabulam, non dubitanter Ennio adſcripſimus: Cicero tamen affert longè diuerſiùs,

> *Acheruſia templa, alta orci, pallida*
> *Leti, obnubila, obſita tenebris loca.*

Lib. 1. Lucretius ſiue alium Ennij verſum referens, ſiue hunc locum imitatus, ait, *Etſi praeterea tamen eſſe Acheruſia templa.*

Lib. 4. Et alibi, —— *Acheruſia templa petentes.*

Ibidem. Item rurſus,

At contra nuſquam apparent Acheruſia templa.

— ALTA] Profunda. ANDROMACHAE NOMEN QVI INDIDIT,] Varronis locus ita ſe habet, *Apud Ennium, Andromachae nomen qui indidit, rectè indidit. Item, Quapropter Parim paſtores nunc Alexandrum vocant. Imitari [illegible] ponere etymon, eſt lapſus. Nam Euripides quòd Graeca [illegible] aperta. Ille ait ideo nomen additum Andromachae, quod ἀνδ[illegible] quis poteſt intelligere in verſu ſignificare: Andromac[illegible]dit, rectè indidit? aut Alexandrum ab eo appellatum in Gr[illegible] fuiſſet? à quo Herculem quoq; cognominatum Ἀλεξίκακον, ab [illegible] defenſor eſſet hominum.* Ex quibus apparet, à Varrone Ennium [illegible]di, quòd dum Graeca etyma vult transferre, ea dicit, quae non intelliguntur. Caeterùm cùm ea nominis etymologia nuſquam legatur in Euripidea, quae eſt in manibus, incidit ſuſpicio, alterius eſſe Andromachae. Nec quidem excuſari poteſt Euripides, quin in etymis recẽſendis longior ſit, quàm par eſt. Apud quem in Bacchis Dionyſus loquens cum Pentheo Thebanorũ rege ipſius ſacra contemnente, audito Penthei nomine, illud ei inquit ad infelicitatem congruere,

Ἐνδυστυχῆσαι τοὔνομ' ἐπιτήδειος εἶ.

πένθος enim Graecis luctus eſt. Ad quod etiam etymon alluſit Chaeremon hoc ſenario,

Πενθεὺς ἐσομένης συμφορᾶς ἐπώνυμος.

Euripides de Polynice, quòd ſit νεικέων ἐπώνυμος, & de Thyeſte,

—— ἐπώνυμα δεῖπνα Θυέστου.

Item de Apolline in Phaëthonte,

Ὦ χρυσοφεγγὲς ἥλι', ὥς μ' ἀπώλεσας,
Ὅθεν σ' Ἀπόλλων ἐμφανῶς κλῄζει βροτός.

Sophocles Aiacem facit querentem ſuum nomen ſuis malis reſpondere, quaſi ab αἶ αἶ dolentis interiectionibus deriuetur:

Αἶ, αἶ, τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς.

Caeteros verò Graecos, qui ea in re ſibi plurimùm placuerunt, praetermittimus. Id autem è Latinis inuenuſtè quidem, ac nimis frigidè Plautus eſt imitatus: apud quem Gelaſimus paraſitus Sticho,

Gelaſimo nomen mihi indidit paruo pater,
Propter paupertatem hoc adeò nomen repperi,

Quia

Quia inde iam à pauxillo puero ridiculus fui:
Eo quia paupertas fecit, ridiculus forem.

Is paullò pòſt cùm à Crocotio ancilla compellaretur, negat eo vocari nomine: cumque illa inſtaret, certò hoc nomen illi fuiſſe, reſpondit Gelaſimus,

Fuit diſertim, verùm id vſu perdidi:
Nunc Miccotrogus nomine ex vero vocor.

Et in Capt. Hegio ita Philocratem percontatur,

Quod erat ei nomen? PHI. Theſaurochryſonicochryſides.
HEG. Videlicet propter diuitias inditum id nomen quaſi eſt.

Et apud eundẽ Chryſalus, qui ab auro nomen habet, inquit in Bacch.

Quid mihi refert Chryſalo eſſe nomen, niſi factis probo?

In Mercatore verò ait Lyſimach.

Quid ais tu? quod nomen tibi dicam eſſe? PA. Paſicompſae:
LY. Ex forma nomen inditum eſt. ——

Apud eundem Harpax in Pſeud.

Hoſteis viuos rapere ſoleo ex acie, ex hoc nomen eſt mihi.

Et in Poen.

Voſmet nunc facite coniecturam caeterùm,
Quid id ſit hominis, cui Lyco nomen ſiet?

Quantò verò accõmodatiùs Cicero Chryſogoni nomen explicauit, qui pro Roſc. Amer. ait, *Venio nunc ad illud nomen aureum Chryſogoni.* Sed illud durius in Arato: at quoniam Graeci Poëtae ſententiam exponebat, venia dignus eſt,

Engonaſin vocitant, genibus quia nixa feratur.

Etenim eo nomine, qui ſiderum rationem profitentur, caeleſte illud ſignum appellant à corporis poſitione. Id autem Ouidius lib. VIII. Metamorph. Nixum genu vocauit, Manilius V, Nixam genu ſpeciem, Vitruuius IX. cap. VI. Nixum in genibus, & Iul. Firmicus VI. Ingeniculum. Non malè Auſonius Proteſilai nominis enodationem explicauit in eius epitaphio,

Fatale adſcriptum nomen mihi Proteſilao,
Nam primus Danaûm bello obij Phrygio.

Et, *Proteſilaẽ, tibi nomen ſic fata dederunt,*
Victima quòd Troiae prima futurus eras.

Huc pertinet illa Laodomiae apud Ouidium addubitatio,

Sors quoq; neſcio quem fato deſignat iniquo,
Qui primus Danaûm Troada tanget humum.
Infelix quae prima virum lugebit ademptum.
Dij faciant, ne tu ſtrenuus eſſe velis.

Illud etiam in XII. Metamorph.

— Hectorea primus fataliter haſta
Proteſilaë cadis —

Eiuſdem generis eſt illud Cydippes,

Mirabar quare tibi nomen Acontius eſſet,
Quod faciat longè vulnus, acumen habet.

Graecis enim ἀκόντιον iaculum eſt. MALO TORQVETIS] Vetus codex, *malo torquentis*. — EXANCLARI] Perpeti: in antiquo ſcriptum eſt, *exanclaui*. BELLVM GERENTEIS SVMMVM SVMMA] Παρονομασία ex varietate eiuſdem nominis caſuum. *Summum*, glorioſum, & laudabile interpretatur Nonius. Ab eodem rurſus hi duo verſus adducuntur ex Accij Andromache: quia verò non conſtat aliunde, Accium hanc dediſſe fabulam, ibi pro, *Accius*, *Ennius* eſt reponendū. QVID FIT SEDITIO? & caet.] Lipſius diſtinguit, ac legit,

Quid fit? ſeditio tabêtne, languêtq., deficit?

— AN NVMEROS AVGIFICAT] Augificat idem quod auget, valere ſcribit Marcellus. NAM NEQVE IRATEI, NEQ. BLANDEI] Duplices viros intelligit, qui aliud in corde habent, aliud ore proferunt. — PVERVMQ. VT LAVERVNT, COLLOCANT IN CLVPEO.] Apud Nonium perperam affertur hic locus ex Andromeda pro, *ex Andromacha*: ſicut alius contra apud Varronem lib. IV. de Ling. Lat. ex Andromacha pro, *ex Andromeda*; Quid enim ad Andromedā pertinet puer in clupeo allatus? Quae autem huius loci ſententia ſit, ex Euripidis Troadibus intelligi poteſt. Ibi Talthybius inducitur afferēs Hecubae Aſtyanactis corpus è turri praecipitatum ſuper aereo Hectoris clypeo, in quo Andromachae nomine Hecubam rogat, vt eum ſepeliat. Ex hoc autem loco videtur Ennius induxiſſe, mulieres cadauer lauiſſe. Euripides verò Talthybium facit dicentem, ſe Hecubam lauandi moleſtia leuaſſe, quando, dum per Scamandrum ipſe tranſiret, corpus, & vulnera abluit. Mos autem in clypeo efferendi funus à Spartanis militibus videtur inſtitutus. Notum ſiquidem eſt Lacaenae illius mulieris dictum, quae dum filio ad bellum proficiſcenti clypeum daret, Tu, inquit, fili aut hunc, aut in hoc. Ad quem morem reſpiciens Maro ait, Lib. 10.

— at ſocij multo gemitu, lacrymisq.
Impoſitum ſcuto referunt Pallanta frequentes.

Hinc Philippi epigrammatarij effluxit illud,

Ἀσπὶς τύμβου κόσμος μέγας.

Digitized by Google

Quò etiam reſpexit Statius, Lib. 8.

> —— *dependet languida ceruix*
>
> *Exterior clypeo, crineſq. à fronte ſupini.*

NAVEIS VELIVOLAS] Vide XIV. Annalium. SED QVASI FERRVM, AVT LAPIS DVRA] Eleganti quidem ſimilitudine commiſerationis affectus excitatur. Iis enim, qui ſummo animi moerore affecti ſunt, ſenſus, mèmbraq. omnia obtorpeſcunt, vt immobiles videantur, nec pro tempore aut gemere, aut lacrymas effundere poſſunt. Malè in Nonio pro *dura*, *durat* ſcriptum eſt, & *trabem* pro, *trahere*. Nos autem ex coniectura ſic legimus.

Ἥκω, νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας
Λιπών, ἵν' Ἅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν,
Πολύδωρος, Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως.

*

Ὦ στεροπὰ Διός, ὦ σκοτία νύξ.

*

Τὸ δ' ἀξίωμα κἂν κακῶς λέγῃ τὸ σόν,
Πείσει. λόγος γὰρ ἔκ τ' ἀδοξούντων ἰών,
Κἀκ τῶν δοκούντων αὐτός, οὐ ταὐτὸν σθένει.

*

Ἡμᾶς δ' ἄγοντες πρὸς πυρὰν Ἀχιλλέως,
Κτενεῖτε, μὴ φείδεσθ'. ——

*

Φεῦ, φεῦ. γέρων μέν εἰμ', ὅμως δέ μοι θανεῖν
Εἴη, πρὶν αἰσχρᾷ περιπεσεῖν τύχῃ τινί.

*

—— σιῶ τι γὰρ λέγων κακά,
Τέγξω τόδ' ὄμμα ——

*

—— Οὔκουν δεινόν, εἰ γῆ μὲν κακή,
Τυχοῦσα καιροῦ θεόθεν, εὖ στάχυν φέρει.
Χρηστὴ δ' ἁμαρτοῦσ', ὧν χρεὼν αὐτὴν τυχεῖν,
Κακὸν δίδωσι καρπόν; ——

*

—— Κεῖνος δ' ὀλβιώτατος,
Ὅτῳ κατ' ἦμαρ τυγχάνει μηδὲν κακόν.

*

Ἐν ψαμάθῳ λευρᾷ
Πόντου, νιν ἐξήνεγκε πελάγιος κλύδων.

*

Πρὸς τῇσι πλευραῖς παῖς ἐμὴ κοιμίζεται,
Ἡ φοιβάς, ἣν καλοῦσι Κασάνδραν Φρύγες.
Ποῦ τὰς φίλας δῆτ' εὐφρόνας δείξεις, ἄναξ,
Ἢ τῶν ἐν εὐνῇ φιλτάτων ἀσπασμάτων
Χάριν τίν' ἕξει παῖς ἐμή; κείνης δ' ἐγώ

ADSVM, atq. aduenio Acherunte vix via alta, atq. ardua, *Cic. 1. Tuſc.*
Per ſpeluncas ſaxeis ſtructas aſpereis pendentibus
Maxumeis: vbi rigida cõſtat, & craſſa caligo inferũm.
Vnde animae excitãtur obſcura vmbra, aperto oſtio *Idẽ ibidẽ.*
Alti Acheruntis, falſo ſanguine imagines mortuorũ.

*

* O magna templa caelitum, *Varr. lib 8 de Ling. Lat.*
Commixta ſtelleis ſplendideis.

*

Haec tu, & ſi peruorsè dices, facilè Achiuos flexeris. *Agell. lib. 11. cap. 4.*
Nam quom opulẽtei loquũtur pariter, atq. ignobiles
Eadẽ dicta, eademq́. oratio aequa non aequè valet.

*

† Vulg. manus — Miſerete † anuis, date ferrum quî *Non. Miſerete.*
Me anima priuem —

*

πάθοι. — Senex ſum, vtinam mortem oppetam prius, *Idem Euenat.*
Quàm euenat, quòd in pauperie mea
Senex grauiter gemam —

*

Vide, hinc meae inquam lacrumae guttatim cadunt. *Idẽ Guttatim.*

*

Etſi ſegetem ſunt in deteriorem datae *Cic. 2. Tuſc.*
Fruges, tamen ipſae ſuapte natura enitent.

*

* — nimium bonei eſt, quoi nihil eſt malí. *Cic. 2. de Fin.*

*

Vndantem ſalum — *Non. Salum.*

*

† peruiteret. — Nunquam ſcripſiſtis, quis parentem, aut hoſpitem *Idẽ. Perbiter.*
Necaſſet: quo quis cruciatu † perbiteret.

*

Quae tibi in concubio verecundè, & modicè *Idem Modicum.*
Morem gerit —

Idē Gratulor. Iuppiter tibi ſumme tandem malè re geſta gratulor.

Idem Sanguis, & Lauere. Heu me miſeram interij: pergūt lauere ſanguen ſanguine.

EXPLICATIO.

HANC Euripidis fabulam Ennius more ſuo conuertendi liberè Latinam fecit. Quamobrem ex Euripidea argumentum peti poteſt, ne idem nos recenſendo immoremur. Illud ſciendum, Accium quoq. aliam eiuſdem nominis ſcripſiſſe, ſed argumēto à ſe quidem excogitato, vt conſueuerat. ADSVM, ATQVE ADVENIO] Non modò an ex hac fabula eſſent hi verſus, certum non erat, ſed ne quidem an ex Ennio. Verumenimuerò ex Graecis Euripideis, quibus reſpondere videbantur, ſuſpicati ſumus tum Ennij eſſe, quando nō conſtant ab alio ſcriptam eſſe hanc fabulam: tum eſſe ex Hecuba: quā vterq. Poëta ex *εἰδωλοποιΐα*, ideſt ſimulacſri effictione inchoauit. Sunt enim haec verba vmbrae Polydori indicantis immanem, nefariamq. ſui ipſius caedem à Polymneſtore ob auri potiundi cupiditatē perpetratā, qui ſine vllo ſepulturae honore in mare eum proiecit, cuius corpus queritur hactenus inſepultum fluctibus agitari. Qua in re plurimùm Euripides diſcrepat ab Homero, qui lib. 11. Iliad. ſcribit Polydorum fuiſſe ab Achille interemptum. Virgilius autem conſentit cum Euripide, fuiſſe à Polymneſtore trucidatum: ſed ipſe ſibimet contrarius videtur, nam eum modò dicit fuiſſe telis cōfixum, cùm ait,

Lib. 3. Aen.

—— confixum ferrea texit
Telorum ſeges, & iaculis increuit acutis.

Modò vult obtruncatum fuiſſe, cùm ait,

—— Polydorum obtruncat ——

Quae quidem varietas ex ſcriptorum inter ipſos incōſtantia oriri videtur: ſed illud quod queritur eſſe inſepultum, eſt omnino Virgilio contrarium: apud quem Polydorus Aeneam rogat, vt ſepulto parcat. Inſuper Polydorus prologi partes agens denuntiat Achilleae vmbrae apparitionē, quae vt eius ſoror Polyxena ſibi mactaretur, poſtulabat. Haud diuerſa ſanè ratione Sophocles in Polyxena induxit Achillis animam venientem ab Acheronte, loquentemq. his verbis,

Ω᾿ τὰς ἀπαιῶνάς τε, καὶ μελαμβαθεῖς,
Λιποῦσα λίμνης Ἀχέροντος ὀξυπλῆγας,
Ἤχουσα γόους ἦλθον ἄρσενας χοάς.

— ACHERVNTE] *ἀπὸ τῶν ἀχῶν*, hoc eſt à doloribus, dictus Acheron:

Acheron: indeq. Menalippides in Perſephone,

Καλεῖται δ' ἐν κόλποισι γαίας ἀχαιοῖσι προχέων Ἀχέρων.

Et Lycimnius,

Μυριὰς πάσαις δακρύων ἀχέων τε βρύει.

Rurſus verò,

Ἀχέρων ἄχεα πορθμεύει βροτοῖσι.

Eam verò ob cauſam antiqui vates finxerunt mortuorum animas per Acherontem tranſuehi: quòd ſibi credula, ac ſuperſtitioſa vetuſtas perſuaſerat, cunctos homines poſt mortem, vt Apóllodorus tradit volum. XX. περὶ τῶν θεῶν, omnibus moeroribus, ac doloribus exui. Praeter hunc autem inferorum fluuium plures alios fluuios Acherōtes appellari proditum eſt ab auctoribus, quorum vnus ad Heracleā Ponti eſt, ita appellatus, vt refert Andro Telus ἐν περίπλῳ, ab Acherōte Mariandynorum Rege: per quorum regionem, vt tradit Euphoriō, praeterfluit. Is poſtea Soonautes à nautis quibuſdam Megarenſibus vocatus eſt: quoniam ingentem illuc maris tempeſtatem incolumes euaſerunt, vt in II. Argonauticor. Apollonius ſcriptum reliquit. Meminit & Herodorus de Heraclea, quam Acheruſiam accolae vocant, quò tradit Cerberum ab Hercule ductum eſſe, ibiq. euomuiſſe bilem, ex qua venenum, quod aconitum appellatur, ortum eſt. Iuſtinus ex Trogi hiſtoria mentionem fecit Acherontis, qui eſt in Epiro, Lib. 12. & alterius apud Brutios: apud quem Alexander Epirotarum Rex trucidatus eſt Dodonaei oraculi reſponſo deceptus, iubente, vt Pandoſiam, atq. Acheróntem caueret. Quae vtraque cùm in Epiro eſſent, neſcius & vrbem & fluuium cognomines eſſe in Italia, vt vitaret fatorum minas Italiam petijt Tarentinis contra Brutios ſuppetias ferens. Qui tandem cùm à finitimis auxilia contraxiſſent, Alexandrum iuxta fatalem Pandoſiae vrbem, amnemq. Acheruſium trucidarunt. Cuius rei mentio quoq. eſt apud Strabonem lib. VI, & Liuium lib. VIII. Qui apertè ad fluminis etymon reſpexit, cùm ait, *Feſſus metu, ac labore miles increpans nomen abominandum fluminis, iure Acheros vocaris, inquit.* Oraculi autem verba duobus his hexametris comprehenſa fuiſſe dicuntur,

Αἰακίδη προφύλαξο μολεῖν ἀχερούσιον ὕδωρ,
Πανδοσίαν τε, ὅτι τοὶ θάνατος πεπρωμένος ἐστί.

Vocat in Terpſichore Herodotus Theſprotos hos Epiri populos, qui ſunt ad flumen Acherontem, apud quos aſſerit fuiſſe νεκυομαντήιον, hoc eſt defunctorum vaticinia. Quantò verò Latinus Poëta Greco magnificentiùs, quantoq. cultiore dicendi genere haec extulerit, ex vtriuſq. collatione cognoſci poteſt. Cicero quidem vbi hos verſus memorat, ait, *Frequens conſeſſus theatri, in quo ſunt mulierculae & pueri, mouetur*

audiens tam grande carmen. *Adſum &c.* Eſt quidem operaepretium in his verſibus, animaduertere frequentem a literae repetitionem, quae cum crebra vocalium concurſione vaſtam, ac hiantem reddit orationem, praeſertim cum crebra vocalium colliſione. Et neſcio an verſus alius ſit, in quo decem a inueniantur, & ſex colliſiones. Sunt in eodē ſeptem u, qua litera vmbroſa, tenebriſq. conſepta loca aptiſſimè exprimuntur; ſumpta ab huius literae prolatione ſimilitudine. Cùm enim u, proferimus os comprimimus, occludimuſq. quaſi inde lucē arcentes: cuius ſonus, quoniam occluſo ore profertur, obſcurus ſanè eſt, luporum vlulatum penè referens. Contrà verò cùm o proferimus, os adaperimus, oris rotunditate characteris formam imitando. Vnde maximè haec litera, ad ea quae patent, exprimenda idonea eſt: maximeq. cùm eiuſdem literae ſequitur colliſio, quòd tantò magis aperto ore immorandum eſt. Habes hic exempla vtriuſq. literae u,

— *excitantur obſcura vmbra* —

o — *aperto oſtio*

Alti Acherontis —

Sed neſcio quid occultioris artificij in his lateat, vt cùm Acherontis meminerunt poëtae, ſemper ferè a literam inculcent, crebriſq. vtantur colliſionibus: quod in illis etiam patet verſibus, quos in Andromache retulimus,

Acheruſia templa, alta orci, pallida
Leti, obnubila, obſita tenebris loca.

Lib. 7. Aen. Eodemq. modo concinnatum videtur illud Maronis,

— *atq; imis Acheronta affatur Auernis.*

VIA ALTA, ATQ. ARDVA,] Inacceſſa, & ſalebroſa. PER SPELVNCAS SAXEIS STRVCTAS] Subterraneum ſpecum deſcribit, per quem ad inferos patebat acceſſus: quàm verò idoneis verbis itineris difficultatem, lociq. caliginem, horroremq. expreſſit, quàm aſperis, quàm grauibus, quàm durè ſonantibus vſus ſit, ſine obſeruatione non eſt praetereundum. In hoc enim verſu praeter nouem s, & vnicum x, quod duorum ſſ, vim obtinet, quae aſperum quendam emittunt ſibilum, praeſertim alia conſonante praecedente, vel ſubſequente, aut etiam pluribus, omnes conſonante terminantur, omneſq. praeter vnicam dictionem à conſonantibus incipiunt. Huiuſmodi quoq. obſeruatione digna quidem ſunt illa Maronis,

Lib. 6.

Spelunca alta fuit, vaſtoq. immanis hiatu,
Scrupea, tuta lacu nigro —

In quibus vltimis verbis, vt ſpeluncae denotaret obſcuritatem, tres dictiones vnamquamq. u, habentem, elegit. Ex quorum collatione diſcerni poteſt, quàm exilia, & ieiuna ſint illa Thyeſtae apud Senecā,

Opaca

Opaca linquens Ditis inferni loca
Adſum, profundo Tartari emiſſus ſpecu.

Sed Lucretius admiratus huius verſus maieſtatem ita iiſdem verbis ex trochaico catalectico hexametrum confecit, Lib. 6.

Speluncaſq. velut ſaxis pendentibu' ſtructas.

ASPEREIS PENDENTIBVS] Virgilius, *ſcopulis pendentibus*. VBI RIGIDA CONSTAT.] Quoniam inferos illos, ſubterraneoſq ſpecus vmbris obductos eſſe dixit: ideo phyſicè caligini rigidae epitheton addidit. Nigrorem enim, & frigus eiuſdem ſubſtantiae eſſe voluit Empedocles: ſicut in igne eiuſdem ſubſtantiae ſunt calor, & lux: nam vt lucido ſeſe tenebricoſum opponit, ſic calori frigidum. CRASSA CALIGO] Obductum, ac denſum aëra intelligit omni prorſus luce carentem, in quo nihil diſcerni poteſt: vnde διὰ τὸ ἀειδὲς orcum, ſiue Plutonē Ἅιδην vocauerunt. Eſt & μετάληψις quae à nobis tranſſumptio dicitur, per quam paſſim procedimus ad id, quod oſtēdere volumus, & ex rebus, quae praecedunt, ea quae ſubſequuntur, inſinuamus. Nam hîc craſſa caligo denſum aëra, denſus aër nigrorem, nigror tenebras, tenebrae verò ſpeluncam in praeceps profundam denotant. Lucretius, Lib. 1. Aen. Lib. 6.

Aſſiduè fuluae nubis caligine craſſa.

Et, —— *& craſſa voluit caligine fumum.* Ibid.

VNDE ANIMAE EXCITANTVR] Eſt in hoc verſu binarum, ternarumque conſonantium connexio, quae aſperum ſonum reddunt: ſunt quinque colliſiones, quae grandem faciunt orationem. Refert autem duos hoſce verſus Cicero non longo à tribus ſuperioribus interuallo: qui ſanè ſtyli, & ſententiae ſimilitudine eiuſdem Auctoris eſſe, atque hoc ordine ſcripti meritò poſſunt videri. Loquitur autem Poëta de manium nefaria inuocatione, quam Graeci νεκυομαντείαν vocant, vnde Necromantes ſunt dicti, qui magicis praeſtigijs à ſepulchris eliciebant mortuos. De qua re ſatis abundeq. ab Homero ſcriptū eſt. Heliodōrus in hiſtoria Aethiopica mirificè anus cuiuſdam magicas deſcribit artes, quo modo filij cadauer excitabat, loquiq. cogebat, à quo didicit omnia, quae mox ſibi euentura erant. Fatebatur Simon ille Magus, vt refert Romanus Clemens lib. II. ἀναγνώσεων, pueri incorrupti, violenterq. necati animam cantaminibus ineffabilibus euocatam ſibi adſiſtere, ac praeſto eſſe, ſi quid fieri vellet. Refert Philoſtratus in vita Apollonij Tyanei, eum magicas praeſtigias abominantem ijs precibus Achillem ab inferis reuocaſſe, quas pro placandis Heroibus dicere Indorum Sacerdotes conſueuerunt. Ex Latinis, plura fortaſſe Laberius in fabula, cui nomen Necromantia fecit: & Lucanus qui ſcribit exanimes cadauc- λ. ὀδυσ. Lib. 4. Lib. 6.

ris artus vi carminum erectos ventura aperuiſſe fata —— APERTO OSTIO ALTEI ACHERVNTIS —] Euripides,

Lib. 6. — σκότου πύλας. Lucretius ad hunc fortaſſe locum reſpiciens,

Ianua ne his orci potiùs regionibus eſſe
Credatur poſtea: hinc animas Acheruntis in oras
Ducere fortè deos maneis infernè reamur.

Lib. 6. Virgilius, *Noctes atq. dies patet atri ianua Ditis.*

Ibid. Idem, *Vnum oro (quando hîc inferni ianua Ditis*
Dicitur)

Et in extremo quoq. Georg.

—— alta oſtia Ditis,
Et caligantem nigra formidine lucum.

Oſtium autem, per quod ad orci fauces patebat acceſſus, perſuaſit ſibi vetuſtas fuiſſe propter Baias inter Lucrinum lacum, & Auernum. Vnde orci ianitor à poëtis Cerberus dictus eſt. Sed & in locis peſtilentibus Veteres orci oſtium eſſe crediderunt. Vnde feſtiuè Plautus Trinum.

—— Acheruntis oſtium in noſtro'ſt agro.

Appellarunt quoq. orci oſtium Manalem, vt ex Feſto liquet. ALTEI] Profundi —— FALSO SANGVINE] Apparet, euocationes magicas non ſine ſanguine fieri ſolitas: ſiue, vt refert Augu-

De Ciuit. Dei. ſtinus, quia ſanguinem amare Daemones dicuntur: ſiue quia, vt ait

Lib. 6. Theb. vetus Statij interpres, ſanguis propriè videtur animae eſſe poſſeſſio, vnde exangues mortuos dicimus. Paſſim quidem, vt apud poëtas videre eſt, Veteres ſanguine in caeremonijs euocandorum manium, aut libationibus vtebantur. Vnde Iphigenia apud Euripidem cùm Oreſti fratri ſuo, qui ſibi mortuus in ſomnis apparuit, parentare vellet, ſanguinem montanae vitulae, Bacchiq. liquorem, & mel in terrã

Lib. 5. profudit. Virgilius facit Aeneam iiſdem rebus inferias Anchiſae celebrantem hoc modo,

Hic duo ritè mero libans carcheſia Baccho
Fundit humi, duo lacte nouo, duo ſanguine ſacro.

Lib. 3. Idem rurſus in inſtauratione funeris Polydori praeter vinum, lactis, & ſanguinis meminit,

Inferimus tepido ſpumantia cymbia lacte,
Sanguinis & ſacri pateras, animamq. ſepulchro
Condimus ——

Sed tamen mihi ſuſpectum videtur adiunctum illud, *falſo*: ni fortaſſe innuere voluerit in eiuſmodi ſacris, multas ſimulatas res haberi pro

Lib. 4. veris. Dido apud Maronem in magicis operibus,

Sparſerat & latices ſimulatos fontis Auerni.

Puto

Puto autem meliùs legi, *ſalſo ſanguine*: nam eodem epitheto alibi vſus eſt Ennius, In Creſphonte.

Neq. miſerae lauêre lacrumae ſalſum ſanguinem.

Quod poëticè potiùs, quàm phyſicè dictũ arbitror. Sudor enim certè ſalſus eſt: ſanguis autem ferè ad dulcedinem propiùs accedit, niſi angoribus animi, aut exercitationibus incaluerit. —— IMAGINES MORTVORVM.] Necyomantia, vel Necromantia (nam vtroq. modo dicitur) eſt, cùm ipſa cadauera excitari, & futura praedicere videntur. Cùm verò manes, inferorumq́. vmbrae euocantur, ea Sciomantia propriè appellatur. Sed Necyomantiae nomen omnes magicae artis complectitur ſpecies. Eas imagines mortuorum Lucretius, & deinde Virgilius dixerunt, Lib. 4.

—— *Simulachraq. luce carentum.* Lib. 4. Georg.

Alibi Virgilius,

—— *vmbraeq́. ſilentes,* Lib. 4.

innuens inferorum locum vmbratum plenum eſſe: nam non multò poſt ait, *Vmbrarum hic locus eſt* —— Lib. 6.

Noſter verò totidem verbis expreſſit Homericum illud — εἴδωλα καμόντων. Videntur poſuiſſe animas imaginibus ſpeculorum non diſſimiles, quae quamuis noſtram referant ſpeciem, ac motus, actionesq́. imitentur, corporeae tamen naturae, quae tactui ſubiaceat, expertes omnino ſunt. Vnde Virgilius, Iliad. ψ. Lib. 6.

Et ni docta comes tenues ſine corpore vitas
Admoneat, volitare caua ſub imagine formae.

Sequitur Euripides,

Πολύδωρος Ἑκάβης παῖς γεγὼς τῆς Κισσέως.

Non exſtat huius verſus Ennij traductio: Seruius tamen illud Maronis explicans, Lib. 7.

—— *nec face tantùm*
Ciſſeis praegnans igneis enixa iugales,

ſic memorat, *Regina Hecuba filia fuit ſecundum Euripidem Ciſſei, quem Ennius, & Pacuuius ſequuntur. Nam Homerus Dymantis dicit.* O MAGNA TEMPLA CAELITVM,] Varro affert hunc locum ex Hecuba: ſed non memorat, cuius Poëtae ſit. Nos Ennij eſſe arbitramur. Turnebus aſſerit, Ennium hîc vertiſſe illud Euripidis,

Αἰθέρ᾽ ἀμπτάμενος οὐράνιον,
Τ᾽ ὑψιπετὲς εἰς μέλαθρον, ——

Quod mihi non videtur, nam nihil (vt aiunt) ad rhombum. Sunt enim ea Polymneſtoris ambigentis ſecum, quò ſe verteret, aut quorſum ferretur, num peruolet aethereum plagam ſublime ad atrium,

Porrò his Ennianis meliùs reſpondere arbitramur Graeca, quae è regione adſcripſimus: quamuis nudis Euripidis verbis Ennius addiderit ornamenta. HAEC TV ETSI PERVORSE] Loquitur ad Vlyſſem Hecuba, eumq. rogat, vt à Graecorum exercitu impetret, ne filia vt victima immoletur: quãdoquidem ipſe apud Graecos plurimùm auctoritate polleat, qua facilè id perſuadere poſſit. Quamuis enim quae dicuntur, eadem ſint, tamen plus in ore virorum clarorũ habent energiae, quàm ſi ab obſcuris proferantur. Agellius vbi hunc refert locum, *Hos verſus*, inquit, *Q. Ennius cùm eam Tragoediã verteret, non ſanè incommodè aemulatus eſt*. Sed paullò pòſt oſtendit, non ſatis ſibi facere Enniũ reddentẽ *ἀντὶ ἀδοξούντων* ignobiles, & *ἀντὶ δοκούντων*, opulentos. Nam ait neq. omnes ignobiles *ἀδοξοῦσι*, neq. omnes opulenti *δοξοῦσι*. Sed quoniam opulenti, & ignobiles non è diametro repugnant, cùm etiam & ignobiles paſſim opulenti ſint: ac ratio inſuper trochaici ſeptenarij dictionem *opulenti* non admittat, Alciati ſequens ſententiam exiſtimo pro *opulenti, opinati* reponendum eſſe. Videntur enim Veteres, opinatos pro magnae opinionis, exiſtimationisq. hominibus vſurpaſſe. Vnde apud Agellium opinatiſsimi auctores ſunt, qui maiores omni exceptione habentur. Quare immeritò Poëta noſter reprehenditur, cùm rectè *δοκοῦντας* opinatos, non opulentos interpretatus ſit. MISERETE ANVIS,] *Ἀρχαϊσμός*. Veteres quartae inflexionis gignẽdi caſum, praeter notam in vs terminationem etiam per i, & per is, proferebant, vt Senati, & Senatuis. Siſenna. lib. IV. Hiſt. *Lucius Calpurnius Piſo ex ſenaticonſulto duas nouas tribus. C. Fannius Conſ. contra C. Gracchum Senatuis conſulta*. Sic fructi, & fructuis. Terentius Adelph.

Nunc exacta aetate hoc fructi pro labore fero.

Vbi Helenius Acron, *& huius fructuis, & Senatuis Veteres extulerunt.* Nonij autem exemplaria pro, *annis* habent *manus*, vbi fortaſſe anus erat, & prima litera oſcitanter irrepſit. Ianus Palmerius legit, *mei anus* Conſternatae verò mulieris impetum, praeq. dolore amentis concitata quidem, ac diſſoluta verborum compoſitione deſcribit. DATE FERRVM QVI] Videtur hunc locum adumbraſſe Cicero, vbi ait in Epiſt. *Vbi non ſis, qui eſſe conſueueris, nihil eſt, quòd velis viuere.* Prae dolore ſaepe eò impotentiae deueniunt mortales, vt vltro mortem depoſcant. Hinc Euryali mater apud Virgilium,

Lib. 9.

Figite me, ſi qua eſt pietas, in me omnia tela
Conijcite ò Rutuli: me primam abſumite ferro.

—— ANIMA PRIVEM] Ciceroni, atq. Lucretio *priuare vita* familiaris locutio. SENEX SVM,] *Πάθος* à ſenili aetate. Sunt

haec

haec à Talthybio publico Graecorum exercitus miniſtro, quaſi ſtupore affecto prolata. Cùm enim ei demandatum eſſet, vt Hecubae Polyxenae mortem nunciaret, eamque accerſeret ad filiae corpus ſepeliendum, offendit illam prae dolore in puluere abiectè cubantem: cumque opulentiſſimam quondam Troiae Reginam tam miſerè de gradu deiectam, ac vndique fortunae vulneribus confectam vidiſſet, multa tragicè de fortunae inconſtantia conqueſtus ſubdit, ſe quidem ſenem eſſe, priuſque mortem exoptare, quàm in turpem aliquã fortunam incidere. — EVENAT] Eueniat. VIDE, HINC MEAE] Πάθος à corporis habitu. Ab eodem haec quoque pronunciantur: qui cùm ab Hecuba rogaretur, vt ordine exponeret, quonam pacto Polyxena mactata ſit, duplices ſibi, ait, eius filiae commiſeratione excitari lacrymas, alteras quidem ſpectando, dum ad ſepulchrum caederetur, alteras verò nunc commemorando. LACRVMAE] A Graeco δακρύω, hoc eſt lacrymor, fit δάκρυμα: vnde δ, in λ mutato, lacruma. ETSI IN SEGETEM] Cicero in II. Tuſc. quaeſt. *Nullum verò inquit, id quidem argumentum eſt. Nam vt agri non omnes frugiferi ſunt, qui coluntur, falſumq́ eſt illud, ac improbè, Et ſi in ſegetem &c.* ex Graecorum Euripidis collatione cognouimus hos verſus ex ſua ipſius Hecuba eſſe, & inde Ennianos eſſe ſuſpicati ſumus. Sunt autem haec verba ab Hecuba prolata, poſtquam ei de filia nunciatum eſt, quàm forti animo, atque intrepido mortem occubuit. Quorum ſenſus eſt apud Euripidem, nequaquam admiratione dignum eſſe, ſi mala terra deſuper clementi caelo fota, bonam producit ſegetem. Bona verò deſtituta, quibus ei opus erat, malum edit fructum. Seges hîc pro aruo poſita eſt — NIMIVM BONEI EST.] Ὀξύμωρον. Cic. *Si tacent, ſatis dicunt.* Virg. Lib. II.

— *ſequitur que ſequentem.*

Terentius Eunucho.

— *nil cùm eſt, nil deſit tamen.*

Cicero diſſerens in II. de Finibus contra Epicureorum opinionem, qui ſummam voluptatem in dolorum omnium vacuitate poſitam eſſe volebant, ait, *Non enim ſi malum dolor eſt, carere eo malo ſatis eſt ad benè viuendum: hoc dixerit potiùs Ennius, Nimium bonei eſt, cui nihil eſt mali.* Deinde addit, *Nos beatam vitam non depulſione mali, ſed adeptione boni iudicemus.* Non indicat tamen ex qua Tragoedia hic locus petitus ſit: ſed ex hac fabula eſſe propter Graecae Euripidis ſententiae ſimilitudinem arbitramur. Quod etiam Muretus diligenter obſeruauit in Variarum Lectionum libris. VNDANTEM SALVM —] Lib. 5. cap. 13. Hecuba, cognita Polydori caede, dum ab ancilla quaereret, vtrum illum eiectum à marinis vadis offenderit: an lethali iaculo necatum, reſpon-

reſpondit, in arenam maris aeſtum (quod vndantem ſalum Noſter eſt interpretatus) cadauer proieciſſe. Virgilius,

Lib. 1. Aen.

Per q. vndas ſuperante ſalo ——

Obſeruat Marcellus hic, ab Ennio praeter notam cõſuetudinem maſculino genere ſalum poſitum. Σάλον verò Graeci vndarum iactationem appellant. NVNQVAM SCRIPSISTIS,] Conſtat ex Marcello hos verſus & Ennij eſſe, & ex Hecuba. Apud Graecum tamen nihil tale inuenitur. Vnde patet de ſuo addidiſſe Ennium. Videntur autem Hecubae verba eſſe, quae, viſo Polydori cadauere, per conuerſionem ad legiſlatores rebatur, quòd nullae poenae conſtitutae eſſent, quibus ſingulariter afficeretur, quicunque parentem, aut hoſpitem necaſſet. Quae crimina paria eſſe videntur ex illo Flacci loco,

2. Car. Od. 13.

Illum & parentis crediderim ſui
Fregiſſe ceruicem, & penetralia
Sparſiſſe nocturno cruore
Hoſpitis ——

Solon interrogatus, quare in parricidas nullam legem conſtituiſſet, reſpondit, Διὰ τὸ ἀπελπίσαι. — PERBITERET] Periret, vt exponit Nonius. Vtrunq. enim verbum à praepoſitione, & verbo idem ſignificante compoſitum eſt: nam apud Veteres *betere* ire ſignificat, & hinc *perbetere* pro perire. Plautus Captiuis,

Qui per virtutem perbitat, non interit.

QVAE TIBEI IN CONCVBIO] Hecuba cùm cognouiſſet filium tam crudeliter interemptum, inque vndas proiectum, Agamemnonis implorat opem ad vlciſcendum Polymneſtorem: quod vt exoret, commemorat ei amores, ſuaues noctes, dulciſſimosque Caſſandrae complexus (ea enim Regi in praedae diſtributione contigerat) cuius frater à nefario homine tam inhumaniter necatus eſſet. Hoc multis verbis Euripides: Noſter parciùs, & verecundiùs. Etenim rem parum honeſtam, quae amantium conglutinat animos, vt ſint δύο σώματα καὶ μία ψυχή honeſtis obtegit verbis. MOREM GERIT] Idem ferè apud Terent. Andr.

Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.

Lib. 4. Aen.

Virgilius, —— *fuit aut tibi quicquam*
Dulce meum ——

Olymp. Ode. 1.

Similis eſt illa Pelopis precatio ad Neptunum apud Pindarum,

—— φίλα ——
Δῶρα Κυπρίας ἄγ' εἴ τι
Ποσείδαον ἐς χάριν
Τέλλεται ——

IVPPITER TIBEI] His porrò verbis nihil in Graeco eſt, quod reſpon-

reſpondeat. Arbitror ab Hecuba eſſe pronunciata: quae poſtquam poenas ſumpſit de Polymneſtore (quod auidiſſimè exoptauerat, quáuis in miſerrimo ſtatu eſſent res ſuae, & filijs, ac regno orbata, captiuaq́ eſſet) Ioui gratulatur ob eam vindictam. HEV ME MISERAM.] Haec etiam à Noſtro addita videntur, & ab Hecuba eadem dici – PERGVNT LAVERE SANGVEN SANGVINE.] *Lauere, & ſanguen*, ἀρχαϊσμοί. Accius Amphitryone,

Cum patre paruos patrũ hoſtificè ſanguine ſanguen † biſcere ſuo. viſcere.

Idem Aeneadis, vel Decio,

Patrum hoſtili fuſum ſanguen ſanguine.

Varro Satyra, quae inſcribitur Coſmoterine περὶ φθορᾶς κόσμου,

Africa terribilis contrà concurret Iberis,
Ac gens Aeneae miſcebit ſanguine ſanguen.

Virgilius Ennium ferè imitatus, Georg. 3.

—— *lauit ater corpora ſanguis.*

Apud eundem Nonium in *lauit* hic Ennij verſus deprauatè legitur, qui ex altero eiuſdem Auctoris loco emendari poteſt.

ΕἸΜΗ' ΤΙ τῶνδ' ἔρξαιμι τοὺς ἐναντίους,
Ξύτ' εἰ δικαίως, εἴτε μὴ, κρῖνον δίκην.
Πράξας γὰρ ἐν σοὶ πανταχῆ τάδ' αἰνέσω.

Σιγᾷν ἀρήγει, καὶ μαθεῖν θεσμοὺς ἐμοὺς,
Πόλιν τε πᾶσαν εἰς τὸν αἰανῆ χρόνον,
Καὶ τῶνδ' ὅπως ἂν εὖ καταγνωσθῇ δίκη.

—— ἔνθεν ἔστ' ἐπώνυμος
Πέτρα, πάγος τ' Ἄρειος ——

Νικᾷ δ' Ὀρέστης, κἂν ἰσόψηφος κριθῇ.
Ἐκβάλλεθ' ὡς τάχιστα τευχέων πάλους.

*

NISI patrem materno ſanguine exanclando vlciſcerem. Non. Exãclare.

Id ego aequom aptiùs feciſſe expedibo, atq. eloquar. Idẽ Expedibo.

*

— tacere opino eſſe optumum, Idem Opino.

† noueris. Vt pro viribus ſapere, atq. fabulari tutè † nouerint.

*

Areopagiticam ea de re vocant petram. Varro lib. 6. de Lin. Lat.

*

Al. Dico viciſſe: Dico ego viciſſe Oreſtem, vos ab hoc faceſſite. Non. Faceſſere.

EXPLICATIO.

EX Aeſchylo fabulam hanc vertiſſe Ennium, duo poſtremi loci faciunt, vt mihi certiùs perſuadeam, qui apertiùs quàm duo alij ſuperiores ſunt ex Graecis explicati. Nam potiùs mentẽ, quàm Aeſchyli verba referre videntur. Eius igitur fabulae ὑπόθεσις haec eſt. Oreſtes poſt Agamemnonis patris caedem, vt à Pyrandro relatum eſt in IV. Rerum Peloponneſiacarum, apud Strophium enutritus, poſtquam adoleuit, quò patris mortem vlciſceretur, Aegiſthum, matremq́ Clytemneſtram adulteros, qui illum de medio ſuſtulerunt, interfecit. Vnde Accius in fabula, quam Aegiſthum inſcripſit, de Oreſte ait,

Quòm manus materno ſordet ſparſa ſanguine.

Qui poſt perpetratum parricidium inſania captus eſt, qua, mirisq. modis exagitari coepit, vt ab Hellanico Lesbio proditũ eſt in I. Rer. Aeolicar. Apollinis tandem monitu, Athenas venit: cumq. illico Mineruam adoraſſet Deae conſilio Diris ſe ſe iam exſoluit, Argosq. inde reuerſus eſt. De quo Virgilius, Lib. 4.

Aut Agamemnonius ſcenis agitatus Oreſtes,
Armatam facibus matrem, & ſerpentibus atris
Cùm fugit, vltricesq. ſedent in limine Dirae.

Cicero de eodem Mineruae ſuffragijs abſoluto, *Itaq. hoc, iudices, non ſine cauſſa fictis fabulis doctiſſimi homines memoriae prodiderunt, eum, qui patris vlciſcendi cauſſa matrem necauiſſet, variatis hominum ſententijs, non ſolùm diuina, ſed etiam Deae ſapientiſſimae ſententia liberatum.* Quoniã verò Furias Palladis ope placauit Oreſtes, eas Eumenides à benignitate, & mãſuetudine appellauit. Innuit hoc Sophocles in Oedipo Coloneo, cùm benignas appellat, quòd ſe ſupplicem ſeruauerint, Pro Milone.

Ὡς σφας καλοῦμεν Εὐμενίδας, ἐξ εὐμενῶν

Στέρνων δέχεσθαι τὸν ἱκέτην σωτήριον.

Aut verò Eumenides dictae ſunt *εὐφημισμοῦ ἕνεκα*, quòd bona ominẽtur. Hae praeterea ſiue ab indignatione, & commotione vehementi, ſiue à mentis lite, Erinnyes quoq. dictae ſunt. Latini eas Furias, vel quia ſtimulis mentem feriant, vel quia facinoroſi ſcelerum conſcientia, furoréq. vexentur. Iidemq. Diras quaſi Deorum iras appellarunt. Infernorum iudicum miniſtrae eſſe dicuntur, quae ſontes perpetuò deuexent. Phornutus ait, igne, & flagello eas impios inſequi: earúq. comites eſſe terrorem, pauorem, & inſaniam. Ouidius,

Eumenides tenuêre faces ——

Lib. 6. Aen. Virgilius, *Continuò ſontes vltrix accincta flagello*
Tiſiphone quatit inſultans ——

Quid verò earum nomine Poëtae intelligere voluerint, declarat Cicero in Orat. pro Roſc. Amer. *Nolite*, inquit, *putare, quemadmodum in fabulis ſaepenumero videtis, eos, qui aliquid impiè, ſceleratéq. commiſerint, agitari, & perterreri Furiarum taedis ardentibus. Sua quemq. fraus, & ſuus terror maximè vexat.* Idem non longè pòſt, *Hae ſunt impijs aſſiduae, domeſticaéq. Furiae, quae dies noctésq. parentum poenas à conſceleratiſſimis filijs repetant.* Rurſus I. de Leg. *Agitant, & inſectantur impios Furiae nō ardentibus taedis, ſicut in fabulis: ſed angore conſcientiae. Nullus enim videtur eſſe teſtis inferior, nullus tortor ſaeuior, aut carnifex truculentior, quàm mens ipſa mali conſcia.* Caeterùm Lampridius ait, Oreſtem ſe purificaſſe apud tria flumina circa Hebrum, & Oreſtam vrbẽ condidiſſe, quam ſaepe cruentari hominum ſanguine neceſſe eſſet. Varro Satyram è Menippeis hoc eodem nomine inſcripſit. NISI PATREM] Apud Aeſchylum legitur, quòd Oreſtes, vbi exponit factum Mineruae, ait, Loxiam etiam maternae caedis cauſſam ſuſtinere, qui reſpondẽs ipſius animum affecerat doloribus, quorum ſtimuli nunquam ceſſaſſent: niſi auctores paternae caedis eſſet vltus. Sic igitur Graecus Poëta,

Ἔκτεινα τὴν τεκοῦσαν, οὐκ ἀρνήσομαι,
Ἀντικτόνοις ποιναῖσι φιλτάτου πατρός.
Καὶ τῶνδε κοινῇ Λοξίας ἐπαίτιος,
Ἄλγη προφωνῶν ἀντίκεντρα καρδίᾳ.

Non negauit, ſe occidiſſe matrem, ſed numine auctore feciſſe: nec iniuria, quando illa ipſius patrem dolo necauerat. Quod Electra apud Euripidem his verbis expreſsjt,

Φοίβου δ᾽ ἀδικίαν μὲν τί δεῖ κατηγορεῖν;
Πείθει Ὀρέστην μητέρ᾽, ἥ σφ᾽ ἐγείνατο,
Κτεῖναι, πρὸς οὐχ ἅπαντας εὔκλειαν φέρον,
Ὅμως δ᾽ ἀπέκτειν᾽, οὐκ ἀπειθήσας θεῷ.

Ex

Ex eo loco videtur Demoſthenes in Oratione cõtra Ariſtocratem ea ſumpſiſſe, quae de hominis nece ab Atheniẽſium legum latoribus ſtatuta ſunt, cùm ait, Λογιζόμενοι δ' ὅτι μητέρα Ὀρέστης ἀποκτονὼς, ὁμολογῶν, θεῶν δικαστῶν τυχὼν, ἀποφυγγάνει, νομίσαι δίκαιόν τινα εἶναι φόνον, οὐ γὰρ ἂν τά γε μὴ δίκαια θεοὺς ψηφίσασθαι: hoc eſt, Cùm autem conſideraſſent Oreſtem, ſe matrem occidiſſe confiteri, ac Dijs immortalibus iudicibus crimine abſolutum, ſtatuerunt non omnem caedem eſſe iniuſtam, nõ enim Deos iniuſtè aliquid eſſe pronunciaturos. — EXANCLANDO] Effundendo, vt exponit Marcellus. ID EGO AEQVOM] Coniunxi hunc verſum cum antecedente, Graecorum continuatione monitus. Nam Oreſtes Apollinis perſuaſione Palladis amplexans ſimulachrum, pollicetur, ſeſe, quaecunq. tandem ab ea lata eſſet ſententia, rem vbiq non ſine ſummis eius laudibus praedicaturum. Laudandi enim ſignificatio, & vis in verbis, *Expedibo*, &, *Eloquar*, ineſſe videtur. Aeſchylus fuſiùs extulit ſententiam: Ennius verò vt ſimpliciùs, ſic etiam obſcuriùs. APTIVS FECISSE] Ita lego, quamuis mihi aliquantulum ſuſpectum ſit, hunc verſum non eſſe Ennij integrum: nam in vetuſto Nonij libro habetur hic locus. *Enn. Eumenid, Id ego aequõ. Actius feciſſe*, in alio *Accius*, vt ſit Acci' Fidicinis. — TACERE OPINO] Sunt haec Mineruae verba ad praeconẽ, à quo iubet exercitum conuocari, fieriq. ſilentium, vt eius exaudiantur leges. Ennius, Σιγᾶν ἀρήγει, & vltimum verſum, caeteris omiſſis, expreſſit. Vbi fuerit operaepretium animaduertere, quod Graecè dicebatur, τῶνδ' ſubaudiendo ἐν χρηστήματι, vel quid eiuſmodi, Latinè redditum, tutè. εὖ καταγνωσθῇ δίκῃ, pro viribus ſapere, ac fabulari. Obſcurè ſanè: ſed haud quidem ab re. Nam qui rectè ſapit, ac fabulatur, vt ius eſt, agit, loquiturq. AREOPAGITICAM] Satis quidem feliciter Scaliger hoc modo Varronis locum correxit, qui prodigioſis priùs mendis erat conſperſus. Sed Hieronymus Aquiuiuus Hadrianorum Regulus noſtri ſeculi decus ex eiuſdem Varronis ſcripturae veſtigijs hoc ſenario Aeſchyli ſententiam dilucidè explicauit,

Areopagum inde eam dixère petram.

Vbi rectè quidem pro, *Areopagitae quid*, *Areopagum inde*, fecit explicans Graecam Aeſchyli vocem ἐνθεν, & pro *dedère*, *dixère* repoſuit. Eſt igitur Areopagus, vt ipſe inquit Varro, Athenis locus, vbi Marti ſacrificabatur: à quo petra illa nomen ſortita eſt. Confirmatur id verbis Chori huius ipſius fabulae. Martem verò Ἄρην ab ἀναιρεῖν, hoc eſt à deſtruendo dictum eſſe, exponit Chryſippus. Sed referenda ſunt verba Pauſaniae, quae rei, qua de agimus, aliquid afferant luminis. Ita igitur ille in Atticis, καθὸ καὶ ὁ Ἄρειος πάγος. ἐστὶ δὲ Ἄρειος πάγος καλούμενος, ὅτι πρῶτος Ἄρης ἐνταῦθα ἐκρίθη, καί μοι καὶ ταῦτα δεδήλωκεν ὁ λόγος, ὡς Ἀλιρρόθιον ἀνέλοι.

ἀνεῖλοι. καὶ ἐφ' ὅτῳ κτείνειε. κριθῆναι δὲ καὶ ὕστερον Ὀρέστην λέγουσιν ἐπὶ τῷ φόνῳ τῆς μητρός. καὶ βωμός ἐστιν Ἀθηνᾶς Ἀρείας, ὃν ἀνέθηκεν ἀποφυγὼν τὴν δίκην. Quae ita vertit Romulus Amaſaeus, *Quae verò vrbis regio Areopagus dicitur, inde nomen accepit, quòd eo in loco ab initio Mars capitis cauſſam dixerit. Nam & Halirrhothium ab eo occiſum, & qua de cauſſa, antè expoſuimus. Eodem verò in loco Oreſti de matris caede iudicium eſt conſtitutum. Exſtat adhuc Mineruae Areae (ideſt, deprecatricis) ara: quam Oreſtes iam abſolutus dicitur dedicaſſe.* Ferunt aliqui, poſt patratum facinus Oreſti diem indictam eſſe apud Areopagitas ab Erinnybus ſcelerum vltricibus, vt tradit Nymphodorus Syracuſius. Dionyſiocli verò placet, à Tyndaro Clytemneſtrae parente in iudicium vocatum. Ab vtroq. autem diſſentit Amorgius Simonides, qui vult ab Erigone Aegiſthi, & Clytemneſtrae filio id factum eſſe. In quo iudicio cùm ex vtraq. parte aequa lata eſſent ſuffragia, abſolutus eſt. Hoc verò iudicium in duobus ſcyphis HSXII. aeſtimatis Zopyrus caelauit. DICO EGO VICISSE ORESTEM] Mineruae verba ſunt, Oreſtē abſoluentis, eumq; victorem pronunciantis: cuius factum, vt inquit Paterculus, à Dijs comprobatum apparuit ſpatio vitae, imperijq. felicitate: quippe vixit annos XC. regnauit LXX. Noſter autem Graeco breuiùs, & ſignificantiùs. Hîc enim non tantùm viciſſe Oreſtem decernit Dea, ſed addit, vt quod decreuerat, exſequatur. VOS AB HOC FACESSITE] His verbis imperiosè abigit Furias, quae illum exagitabant. Pacuuius Teucro,

Faceſſite hinc omnes, parumper tu mane.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX DVLORESTE.

Non. Cōciere. EXTEMPLO † Aegiſthi fidem nuncupantes concicbant populum. † al. Egiſti.

EXPLICATIO.

TAM multa ab vtriuſq. linguae ſcriptoribus de Oreſte dicta sũt, vt ſuperuacaneum ſit ea referre. Dicam tamen, quae ad vnius huius fragmenti explicationem attinent, ex Hygino, qui ait, *Oreſtes Agamemnonis, & Clytemneſtrae filius poſtquam in puberem aetatem venit, ſtudebat patris ſui mortem exſequi, Itaq. conſilium capit cum Pylade, & My-*

Digitized by Google

& Mycenas venit ad matrem Clytemneſtram, dicitq. ſe Aeolium hoſpitem eſſe, nunciatq. Oreſtem eſſe mortuum, quem Aegiſthus populo necandum demandauerat. Ac id fortaſſe verba illa, *conciebant populum*, ſignificabant. Quae verò ad reliquam fabulam ſpectant, ex eodem peti poſſunt. — FIDEM NVNCVPANTES] Hîc *nuncupare* poſitum pro, inclamare. Miror Scaligerum hûc verſum afferre ex Pacuuij Duloreſte: qui tametſi huius nominis fabulam ſcripſerit, clarè tamen ex Nonio liquet, hunc verſum Ennij eſſe. Naeuius hanc etiam ſcripſit fabulam, vt ex VI. Varr. lib. de Ling. Lat. apparet.

Q. ENNII FRAGMENTA EX ERECHTHEO.

*

QVIBV' nunc aerumna mea libertatem paro? Agell. lib. 6. cap 16.
Quibu' ſeruitutem mea miſeria deprecor? Non. Deprecor.

*

Arma rigent, horreſcunt tela — Macr. lib. 16. cap. 4.

*

— lapideo
Sunt corde multei, quos non miſeret neminis: Feſt. Neminis.

*

EXPLICATIO.

DVO maximi Tragicae poëſeos coryphaei fabulã Erechthei nomine inſcriptam ediderunt, Sophocles quidem, cuius hic ſolus, quòd hactenus ſciam, ſupereſt verſus, qui à Stobaeo refertur, Ser. 57.

Ναῦς ἡ μεγίστη κρεῖσσον, ἢ μικρὸν σκάφος,

& Euripides, cuius apud eundem, & alios pleriq. adducuntur loci, ex quibus quàm illa fuerit ſublimis, grauiſq. ſententiarum pondere, licet conijcere. Ennium autem ab Euripide potiùs vertiſſe arbitror, à quo plurimas comperimus trãſtuliſſe. Fabulae verò quod fuerit argumentum, ex ſequentibus poterit cognoſci.

Demoſthenes in Epitaphio.

Ἤιδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι τ' ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς πρόδηλον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. αἰσχρὸν οὖν ἡγοῦντο τὸν μὲν ἀπ' ἀθανάτων πεφυκότα πάντα ποιεῖν ἕνεκα τοῦ τὴν πατρίδα ἐλευθερῶσαι, αὐτοὶ δὲ φανῆναι θνητὸν σῶμα ποιούμενοι περὶ πλείονος, ἢ δόξαν ἀθάνατον.

Lycur-

Lycurgus in oratione contra Leocratem,

Φασὶ γὰρ Εὔμολπον τὸν Ποσειδῶνος καὶ Χιόνης μετὰ Θρᾳκῶν ἐλθεῖν, τῆς χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα. τυχεῖν δὲ καὶ κατ᾽ ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. μεγάλου δὲ στρατοπέδου μέλλοντος αὐτοῖς εἰσβάλλειν εἰς τὴν χώραν, εἰς Δελφοὺς ἰὼν ἠρώτα τὸν θεὸν τί ποιῶν ἂν νίκην λάβοι παρὰ τῶν πολεμίων. χρήσαντος δ᾽ αὐτῷ τοῦ θεοῦ, τὴν θυγατέρα εἰ θύσειε πρὸ τοῦ συμβαλεῖν τῷ στρατοπέδῳ, κρατήσειν τῶν πολεμίων. ὁ δὲ τῷ θεῷ πειθόμενος, τοῦτ᾽ ἔπραξε, καὶ τοὺς ἐπιστρατευομένους ἐκ τῆς χώρας ἐξέβαλε. διὸ καὶ δικαίως ἄν τις Εὐριπίδην ἐπαινέσειεν, ὅτι τά τε ἄλλ᾽ ὢν ἀγαθὸς ποιητὴς, καὶ τοῦτον τὸν μῦθον προείλετο ποιῆσαι. ἡγούμενος κάλλιστον ἂν γενέσθαι τοῖς πολίταις παράδειγμα τὰς ἐκείνων πράξεις. πρὸς ἃς ἀποβλέποντας, καὶ θεωροῦντας, συνεθίζεσθαι ταῖς ψυχαῖς τὸ τὴν πατρίδα φιλεῖν.

Apollodorus lib. III. Biblioth.

Καὶ πολέμου ἐνστάντος πρὸς Ἀθηναίους, καὶ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεὶς ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρᾳκῶν δυνάμεως. Ἐρεχθεῖ δὲ ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ ἔχρησεν ὁ θεὸς κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ σφάξαντος αὐτοῦ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. ἐπεποίηντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τῆς μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον.

Plutarchus in Parallelis,

Ἐρεχθεὺς πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν, ἔμαθε νικῆσαι, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ, καὶ συγκοινωνήσας τῇ γυναικὶ Πραξιθέᾳ, προέθυσε τὴν παῖδα. μέμνηται Εὐριπίδης ἐν Ἐρεχθεῖ.

Suidas in dictione, Παρθένοι,

Τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἐτιμώρησαν δὲ τὸν ἀριθμὸν ἕξ. ἦν δὲ πρεσβυτάτη μὲν, Πρωτογένεια. δευτέρα δὲ, Πανδώρα. τρίτη, Πρόκρις. τετάρτη Κρέουσα, πέμπτη, Ὠρείθυια. ἕκτη, Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένεια, καὶ Πανδώρα δοῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας, στρατιᾶς ἐλθούσης ἐκ Βοιωτίας. ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων. διὸ καὶ οὕτω καλοῦνται παρθένοι Ὑακινθίδες.

Cicero I. Tuſc.

Clarae verò mortes pro patria oppetitae nō ſolùm glorioſae Rhetoribus, ſed etiam beatae videri ſolent. Repetunt ab Erechtheo, cuius etiam filiae cupidè mortem expetiuerunt pro vita ciuium.

Idem III. De Nat. Deor.

Sed ſi ſunt hi Dij, eſt certè Erechtheus, cuius Athenis & delubrum vidimus, & ſacerdotem. Quem ſi Deum facimus, quid aut de Codro dubitare poſſumus, aut de caeteris, qui pugnātes pro patriae libertate ceciderunt? Quod ſi probabile non eſt, ne illa quidem ſuperiora, vnde haec manant, probanda ſunt. Atq. in pleriſq. ciuitatibus intelligi poteſt, augendae virtutis gratia, quò libentiùs reipub. cauſſa periculum adiret optimus quiſq. virorum fortium,

tium, memoriam honore Deorum immortalium eſſe conſecratam. Ob eam enim ipſam cauſſam Erechtheus Athenis, eiuſq. filiae in numero Deorum ſunt.

Idem pro Sextio.

Mortem, quam etiam virgines Athenis, regis, opinor, Erechthei filiae pro patria contempſiſſe dicuntur.

Hyginus in Fabulis,

Erechtheus Pandionis filius habuit filias quatuor, quae inter ſe coniurarũt, ſi vna earum mortem obijſſet, caeterae ſe interficerent. In eo tempore Eumolpus Neptuni filius Athenas venit oppugnaturus, quòd patris ſui terrã Atticam fuiſſe diceret. Is victus cum exercitu, cùm eſſet ab Athenienſibus interfectus, Neptunus ne filij ſui morte Erechtheus laetaretur, expoſtulauit, vt eius filia Neptuno immolaretur. Itaq. Otionia filia cùm eßet immolata, caeterae fide data ſe ipſae interfecerũt. Ipſe Erechtheus ab Ioue, Neptuni rogatu, fulmine eſt ictus. Idem Auctor ſui oblitus, vbi memorat, qui filias ſuas occiderunt, ait, *Erechtheus Pandionis filius Colophoniam ex ſortibus pro Athenienſibus: reliquae ipſius ſorores ipſae ſe praecipitauerũt.* QVIBV' NVNC] In vulgatis Nonij codicibus ita hic locus deprauatè habetur, *Ennius, Eripite ò cui nunc aerumnam, à libertate para quibus ſeruitutem meam miſeram deprecor.* Aliqui ex coniectura prò, *Eripite ò cui*, repoſuerunt, *Eripite ò ciues*. Sed in vetuſto Fuluij codice legitur, *Ennius Erechtheo, cui nunc aerumnam.* Integri autem verſus ſunt apud Agellium, quorum collatione cum verbis, quae ex Nonio retulimus, videre licet, quàm tetris tenebris reliqua huius Poëtae obſita ſint. Sunt autem verba haec, vt videntur, ſiue ab Erechtheo prolata, ſiue à Praxithea eius vxore. Quod magis probamus propter Euripideorum verſuum ſimilitudinem, quos infra adſcribemus. Cuius filia cùm pro patriae ſalute eſſet immolanda, ad ciues illa conuerſa ait, ſe ſua ipſius aerumna, nempe filiae victima, patriae libertatem parare, ſuaq. miſeria ab Athenienſibus ſeruitutem depellere. — DEPRECOR.] Amolior, depello, propulſo, interpretatur Nonius. De cuius verbi ſignificatione plura Agellius loco praedicto. Cicero de Anaxarchi conſtantia loquens, ait, *Qui cùm in manus Cyprij Nicocreõtis regis incidiſſet, nullũ genus ſupplicij deprecatus eſt.* Turnus apud Virgilium, Lib. 2. Tuſc. Lib. 12.

—— *equidem merui, nec deprecor, inquit.*

Ouidius, *Saepe precor mortem: mortem quoq. deprecor idem.* 1. de Põto eleg. 2.

Statius, —— *lucemq. timent, lucemq. precantur.* Lib. 7.

LAPIDEO SVNT CORDE MVLTEI,] In Pompeij fragmento nullum eſt Auctoris nomen, ſed tantùm ſcriptũ eſt in Erechtheo. Quam fabulam cùm Latinorum nemo alius ſcripſerit, non dubium eſt eſſe Ennij. Ait autem, eos prorſus ſtupidos eſſe, omniq. exu-

tos humanitate, qui nulla mouentur commiſeratione. Quod hominum genus ferreos, adamantinos, & fibris corneis dicimus. In ſacris literis ſaepe cor lapideum dicitur, cùm hominum durities exprobratur. Huc referri poteſt illud Naſonis,

Lib. 7. Met.

Hoc ego ſi patiar, tum me de tigride natam:
Tum ferrum, & ſcopulos geſtare in corde fatebor.

Lib. 9. eiuſdem.

Idem rurſus,

Nec rigidas ſilices, ſolidúmue in pectore ferrum,
Aut adamanta gerit ——

Lib. 1.

Tibullus, —— *non tua ſunt duro praecordia ferro*
Vincta, nec in tenero ſtat tibi corde ſilex.

Sed Enniana illa non ſunt prorſus remota ab his Aeſchyli, apud quem ita Chorus cum Prometheo loquitur,

Σιδηρόφρων τὲ, κἀκ πέτρας εἰργασμένος
Ὅστις Προμηθεῦ, σοῖσιν οὐ συνασχαλᾷ
Μόχθοις ——

QVOS NON MISERET NEMINIS] Plautus in Capt.

—— *neminis*
Miſereri certum eſt, quia mei miſeret neminem.

Videtur Ennius Graecorum exéplo duabus vſus negationibus, apud quos vehementiùs negant. Atq. haec in reliquias Latinae Erechthei. Quoniam verò Graeca etiam aliquot fragmenta inueniuntur, quae ſi minus reſpondent Latinis, ſunt tamen ex eadem fabula, fueruntq. certè Latina in Enniana, placet hîc ponere, quaſi membra eiuſdem corporis. Lycurgus igitur in Oratione antè commemorata, Athenienſibus ait, dignum eſſe Euripideos verſus audire, in quibus Poëta Praxitheam matrem de puella immolanda loquentē induxit: in qua quidem Oratione videre licet animi magnitudinem Athenarum ciuitate dignam, & generoſa Cephiſi patris origine,

Τὰς χάριτας ὅς τις εὐγενῶς χαρίζεται,
Ἥδιον ἐν βροτοῖσιν. οἱ δὲ δρῶσι μὲν,
Χρόνῳ δὲ δρῶσι, πολλῷ δυσγενέστεροι.
Ἐγὼ δὲ δώσω τὴν ἐμὴν παῖδα κτανεῖν.
Λογίζομαι δὲ πολλά. πρῶτα μὲν, πόλιν
Οὐκ ἄν τιν᾽ ἄλλην τῆσδε βελτίω λαβεῖν.
Ἧ πρῶτα μὲν λαὸς οὐκ ἐπακτὸς ἄλλοθεν,
Αὐτόχθονες δ᾽ ἔφυμεν. αἱ δ᾽ ἄλλαι πόλεις,
Πεσσῶν ὁμοίως διαφοραῖς ἐκτισμέναι,
Ἄλλαι παρ᾽ ἄλλων εἰσὶν εἰσαγώγιμαι.
Ὅς τις δ᾽ ἀπ᾽ ἄλλης πόλεως οἰκίζει πόλιν,
Ἁρμὸς πονηρὸς ὥσπερ ἐν ξύλῳ παγεὶς,

λόγῳ

Digitized by Google

Λόγῳ πολίτης ἐςὶ, τοῖς δ' ἔργοισιν οὔ.
Ἔπειτα τέκνα τοῦδ' ἕκατι τίκτομεν,
Ὡς θεῶν τε βωμοὺς πατρίδα τε ῥυώμεθα.
Πόλεως δ' ἁπάσης τοὔνομ', ἐν πολλοῖς δέ μιν
Νόμοισι, τούτους πῶς διαφθεῖραι μὲ χρὴ,
Ἐξὸν πρὸ πάντων μίαν ὑπὲρ δοῦναι θανεῖν;
Εἴπερ γὰρ ἀριθμὸν οἶδα, καὶ τοὐλάσσονος
Τὸ μεῖζον, ἑνὸς μὲν οἶκος οὐ πλεῖον σθένει
Πταίσας ἁπάσης πόλεως οὐδ' ἴσον φέρει.
Εἰ δ' ἦν ἐν οἴκοις ἀντὶ θηλέων στάχυς
Ἄρσην, πόλιν δὲ πολεμία κατεῖχε φλὸξ,
Οὐκ ἄν μιν ἐξέπεμπον εἰς μάχην δορὸς,
Θάνατον προταρβοῦσ'. ἀλλ' ἔμοιγ' εἴη τέκνα,
Ἃ καὶ μάχοιτο καὶ μετ' ἀνδράσι πρέποι,
Μὴ σχήματα δ' ἄλλως ἐν πόλει πεφυκότα.
Τὰ μητέρων δὲ δάκρυ', ὅταν πέμπῃ τέκνα,
Πολλοὺς ἐθήλυν' εἰς μάχην ὁρμωμένους.
Μισῶ γυναῖκας αἵτινες πρὸ τοῦ καλοῦ
Ζῆν παῖδας εἵλοντο, καὶ παρῄνεσαν κακά.
Καὶ μὴν θανόντες γ' ἐν μάχῃ πολλῶν μέτα,
Τύμβον τε κοινὸν ἔλαχον εὔκλειάν τ' ἴσην.
Τῇ μῇ δὲ παιδὶ στέφανος, ἢ μία μόνη
Πόλεως θανοῦσα τῆσδ' ὕπερ δοθήσεται.
Καὶ τὴν τεκοῦσαν καὶ σὲ δύ' ὁμοσπόρους.
Ὡς ἔστι τούτων οὐχὶ δέξασθαι καλὸν,
Τὴν οὐκ ἐμήν γε πλὴν φύσει δώσω κόρην
Θῦσαι πρὸ γαίας. εἰ γὰρ αἱρεθήσεται
Πόλις, τί παίδων τῶν ἐμῶν μέτεστί μοι;
Οὐκοῦν ἅπαντα γοῦν ἐμοὶ σωθήσεται,
Ἄρξουσί τ' ἄλλοι, τὴν δ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
Ἐκεῖνο δ' οὗ τὸ πλεῖστον ἐν κοινῷ μέρος,
Οὐκ ἔσθ' ἑκούσης τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἄτερ.
Προγόνων παλαιὰ θέσμιά τις ἐκβαλεῖ.
Οὐδ' ἂν τελείας χρυσέας τε Γοργόνος
Τρίαιναν ὀρθὴν στᾶσαν ἐν πόλεως βάθροις
Εὔμολπος οὐδὲ Θρᾷξ ἀναστέψει λεὼς,
Στεφάνοισιν οὐδαμοῦ τιμήσεται.
Χρῆσθ' ὦ πολῖται τοῖς ἐμοῖς λοχεύμασι,
Σώζεσθε, νικᾶτ'. ἀντὶ γὰρ ψυχῆς μιᾶς
Οὐκ ἔσθ' ὅπως οὐ τήνδ' ἐγὼ σώσω πόλιν.
Ὦ πατρὶς, εἴθε πάντες οἳ ναίουσί σε,

Οὕτω φιλοῖεν ὡς ἐγώ. καί γε ῥᾳδίως
Οἰκοῖμεν ἄν σε, κοὐδὲν ἂν πάθοις κακόν.

*

Stob. Ser. 14. Φίλους δὲ τοὺς μὲν μὴ χαλῶντας ἐν λόγοις,
Κέκτησο. τοὺς δὲ πρὸς χάριν σὺν ἡδονῇ
Τῇ σῇ πονηρούς, κλεῖθρον εἰργέτω στέγης.

*

Idem Ser. 29. Ἐκ τῶν πόνων τοι τἀγαθ᾽ αὔξεται βροτοῖς.

*

Idem Ser. 42. Καὶ τοὺς πονηροὺς μή ποτ᾽ αὔξειν ἐν πόλει.
Κακοὶ γὰρ ἐμπλησθέντες, ἢ νομίσματος,
Ἢ πόλεως ἐμπεσόντες εἰς ἀρχήν τινα,
Σκιρτῶσιν † ἀδόκητ᾽ εὐτυχησάντων δόμων. † ἀδίκως εὐτυχήσαντες δόμῳ.

*

Idem Ser. 49. Ὀλίγους ἐπαινῶ μᾶλλον ἢ πολλοὺς κακούς.

*

Idem Ser. 52. Ὡς σὺν θεοῖσι τοὺς σοφοὺς κινεῖν δόρυ
Στρατηλάτας χρή, τῶν θεῶν δὲ μὴ βίᾳ.

*

Idē. ibid. Οὐδεὶς στρατεύσας ἄδικα, σῶς ἦλθεν πάλιν.

*

Idē ibid. Μισῶ δ᾽ ὅταν καὶ χθονὸς στρατηλάτης,
Μὴ πᾶσι † πάντων προσφέρῃ μειλίγματα. † πάντως.
Τοῖς πράγμασι γὰρ οὐχὶ θυμοῦσθαι χρεών.
† Μέλλει οὐδὲν γὰρ αὐτοῖς οὐδὲν ἀλλ᾽ ὁ τυγχάνων, † μέλει.
Τὰ πράγματ᾽ ὀρθῶς ἢν τιθῇ, πράσσει καλῶς.

*

Idem Ser. 53. Ἀρκείτω μοι μίτον ἀμφιπλέκειν ἀράχνα,
Μετὰ δ᾽ ἡσυχίας πολιῷ γήραϊ συνοικοίην,
Ἀείδοιμι δὲ στεφάνοις κάρα πολιὸν στεφανώσας.
Θρηίκιον † πεάταν πρὸς ἀθηνᾶν, † fortè ποατὰν, pro ποιητὴν, aut παιᾶνα.
Περὶ κίοσιν ἐγκρεμάσας θαλάμοις,
Δέλτων τ᾽ ἀναπτύσσοιμι γῆρυν, ἂν σοφοὶ κλέονται.

*

Idem Ser. 77. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν μητρὸς ἥδιον τέκνοις.
Ἐρᾶτε μητρὸς παῖδες, ὡς οὐκ ἔστ᾽ ἔρως
Τοιοῦτος ἄλλος, οἷος ἥδιον ἐρᾷν.

*

Idem Ser. 89. Ἔχειν δὲ πειρῶ, τοῦτο γὰρ τό τ᾽ εὐγενές,
Καὶ τοὺς γάμους διδοῦσι τοὺς πρώτους † ἔχειν. † ἀεί.
Ἐν τῷ γένεσθαι δ᾽ ἐστὶν ἥτ᾽ ἀδοξία,
Κἂν ᾖ σοφός τις, ἥτ᾽ ἀτιμία † βίου. † μόνου.

*

Ἀδίκως

Ἄδικος δὲ μὴ κτῶ χρήματ᾽ ἂν βούλῃ πολὺν Idem Ser 92.
Χρόνον μελάθροις ἐμμένειν. τὰ γὰρ κακῶς
Οἴκους εἰσελθόντ᾽ οὐκ ἔχει σωτηρίαν.

*

Τὰς οὐσίας γὰρ μᾶλλον, ἢ τὰς ἁρπαγὰς Idē ibid.
Τιμᾶν δίκαιον. οὔτε γὰρ πλοῦτός ποτε
Βέβαιος ἄδικος —

*

Ὁμιλίας δὲ τὰς γεραιτέρας φίλει. Idem Ser. 114.
Ἀκόλαστα δ᾽ ἤθη, λαμπρὰ συγγελᾶν μόνον,
Μίσει. βραχεῖα τέρψις ἡδονῆς κακῆς.

*

Αἰθιοπίας νιν ἐξέσωσας ἐπὶ χθόνα. Steph. de Vrb. in Αἰθίοψ.

*

Εὕδουσιν ἐν ἀστρώτῳ πέδῳ, πηγαῖς δ᾽ οὐχ ὑγραίνουσι πόδας. Clē. Alex. 6. Strom.

*

Αἰδοῦς δὲ αὐτὸς δυσκρίτως ἔχω πέρι,
Καὶ δεῖ γὰρ αὐτῆς, κἄστιν οὐ κακὸν μέγα. Idē ibid.

*

Q. ENNII FRAGMENTA EX CRESPHONTE.

*

INIVRIA abs te afficior indigna, pater, Auctor ad Heren. lib. 2.
Nam ſi improbum Creſphontem exiſtimaueras:
Cur me huic locabas nuptijs? ſin eſt probus,
Cur talem inuitum inuitam cogis linquere?
Nulla te indigna, nata, afficio iniuria:
Si probus eſt, bene te locaui: ſin eſt improbus,
Diuortio te liberabo incommodis.

*

— duxi probum, Ibidem.
Erraui, poſt cognoui, fugio cognitum.

*

Duxit vxorem ſibei liberūm quaeſendūm cauſſa. Feſt. Quaeſo.

*

ἀλφακισμός. Audis, atq. auditis, hoſtimentum adiungito. Idem Redhoſtire.

*

An inter ſe ſortiunt vrbem, atq. agros? Non. Sortiunt.

Opie

Idem Nitidant.

O pie eam ſecum aduocant, eunt ad fontem, nitidãt
corpora.

Agell. lib. 6. cap. 16.

Ego quom meae vitae parcã, letũ inimico deprecor.

Auctor. ad Herẽn. lib. 2.

Eho tu, Dij, quibus eſt poteſtas motus ſuperũm, atq. inferũm,
Pacem inter ſe ſe cõciliant, conferunt concordiam.

Macr. lib. 6. cap. 2.

Neq. terram inijcere, neq. cruenta
Conueſtire mihi corpora licuit,
Neq. miſerae lauẽre lacrumae ſalſum ſanguinem.

Cic. 1. Tuſc.

Nam nos decebat, coetus † celebranteis domum
Lugere, vbi eſſet aliquis in lucem editus,
Humanae vitae varia reputantes mala.
At qui labores morte finiſſet graueis,
Omneis amicos laude, & laetitia exſequi.

† celebrantis.

EXPLICATIO.

CReſphontes Ariſtomachi filius, qua arte, quaúe aſtutia Ariſtodemi filios deceperit in educendis ſortibus, Meſſeniaeq. regnũ ſibi vſurpauerit, infra explicabimus. Duxit hic vxorẽ Meropen Cypſeli Arcadiae regis filiam: ex qua quidem tres ſuſcepit liberos. Quorum duo vnà cum patre non multò poſt adeptum imperium à Polyphonte, ſiue Deiphonte necantur: qui regno ſimul & Merope illius vxore potitus eſt. Solus autem ex Creſphontis filijs Aepytus, ſiue, vt alij dicunt, Telephon natu minimus ſuperſtes fuit: qui apud Cypſelum maternum auum eo tempore educabatur. Alijs verò placet, Meropen, occiſo viro, eum clam in Aetoliam ad hoſpitem quendam miſiſſe alendum. Qui cùm adultam attigit aetatem, per inſidias patris fratrumq́ue mortem vltus, patrium conſecutus eſt regnum. Hanc verò fabulam ſcripſit, vt ex Cicerone, Plutarcho, Stobaeo, alijſque liquet, Euripides: vnde hanc ipſe ſuam, vt opinor, mutuatus eſt Tragoediam. INIVRIA ABSTE AFFICIOR] Verba haec Meropes ſunt cum Cypſelo patre expoſtulantis, quibus ad viuum apparet expreſſus optimae vxoris in coniugem affectus. Ratione enim illa

Lib. 1. Tuſc. In Cõſolat. ad Apollon.

illa animi ſui ſententiam confirmat, nolle ſe vllo pacto à viro, qualiſcunque ei tandẽ obtigerit, qui ſemel à patre ſit datus, diuertere: quẽadmodum apud Plautum Sticho, Panegyris, & Pinaceum ſorores ad Antiphonem patrem, qui eas à viris abducere conabatur,

At enim nos, quarum res agitur, taliter auctores ſumus:
Nam aut olim, niſi tibi placebant, non datas oportuit,
Aut nunc non aequum eſt abduci, pater, illiſce abſentibus.

Adducit eos verſus Auctor ad Herenn. vbi de confirmatione agit, *Vtuntur*, inquit, *ſtudioſi in confirmanda ratione duplici concluſione hoc modo, Iniuria abs te afficior &c.* Tum ibi ſic ſubiungit, *Quae hoc modo concludentur, aut ex contrario conuertentur, aut ex ſimplici parte reprehendentur. Ex contrario hoc modo, nulla te indigna &c.* Tum poſtea, *Ex ſimplici parte reprehendentur, ſi ex duplici concluſione, alterutra pars diluitur hoc modo,*

Nam ſi improbum Creſphontem exiſtimaueras,
Cur me huic locabas nuptijs? Duxi probum,
Errani —— & quae ſequuntur. Enniana haec verba nuda, puraq. ſunt, veteriſq. Romani ſermonis candorem, & elegantiã prae ſe ferunt. Cicero, *Qua iniuria nemo vnquam in aliquo magiſtratu improbiſſimus ciuis affectus eſt, ea me conſulem affecit.* CVR ME HVIC LOCABAS NVPTIIS?] Cur me Creſphonti nuptui dabas? Plautus Aulul. Lib. 5. Epiſt.

Virginem habeo grandem, dote caſſam atq. illocabilem,
Neq. eam queo locare quoiquam. ——

INVITVM INVITAM] Venuſtè quidem paucis his reciprocum viri, vxoriſq. amorem ſignificauit. Quare immeritò, qui arctiſſimo amoris vinculo coniuncti viuerent, ſeparari Cypſelus cogebat. —— SIN EST IMPROBVS DIVORTIO, &c.] Apparet ex his olim apud Graecos, quemadmodum deinde apud Romanos, etiam mulieri diuortium facere licuiſſe. Apud Hebraeos mutuũ diuortium non permittebatur, ſed ſoli viro facultas erat vxoris repudiãdae. —— DVXI PROBVM,] Purgat ſe Cypſelus, aitq. deceptũ ſe, quòd illum probum virum exiſtimauerat: nunc autem quãdo improbum cognouerit, meritò eum talem fugere. DVXIT ME VXOREM SIBEI LIBERVM] Ductam ſe à Creſphonte ait Merope liberorum gratia procreandorum, qui matrimonij finis eſt. Rurſum Ennius Andromeda,

Liberûm quaeſendûm cauſſa familiae matrem tuae.

Afranius Priuigno,

Vxorem quaerit firmamentum familiae.

HOSTIMENTVM ADIVNGITO.] Hoſtimentum, Feſtus, benefi-

beneficij penſationem interpretatur. Aliqui hoſtimentum interpretantur aequalitatem: vnde hoſtes dicti, quod aequali iure inuicē exiſtant. Indeque *hoſtire* verbum, pro, aequalia facere. AN INTER SE SORTIVNT] Puto hîc intelligendum, quod refert Pauſanias in Meſſenicis his verbis, Τημένῳ τῶν Δωριέων Ἄργος ἐθελόντων ἔχειν, Κρεσφόντης γῆν σφᾶς ᾔτει τὴν Μεσσηνίαν ἅτε καὶ αὐτὸς Ἀριστοδήμου πρεσβύτερος. Ἀριστόδημος μὲν οὖν ἐτύγχανεν ἤδη τεθνεώς. Θήρας δὲ ὁ Αὐτεσίωνος τῷ Κρεσφόντῃ μάλιστα ἠναντιοῦτο. τὸ μὲν ἀνέκαθεν Θηβαῖός τε καὶ ἀπόγονος πέμπτος Πολυνείκους τοῦ Οἰδίποδος. τότε δὲ ἐπετρόπευεν Ἀριστοδήμου τοὺς παῖδας. Θεῖος ὢν πρὸς μητρός. Αὐτεσίωνος γὰρ θυγατέρα Ἀριστόδημος ἔγημεν ὄνομα Ἀργείαν. Κρεσφόντης δὲ γενέσθαι γάρ οἱ, ἤθελε τὴν Μεσσηνίαν πάντως μοῖραν, Τημένου δεῖται, παρασκευασάμενος τοῦτον τῷ κλήρῳ δῆθεν ἐφίησι. Τήμενος δὲ ἐς ὑδρίαν ἐνόντος ἐν αὐτῇ καὶ ὕδατος, καθίησι τῶν Ἀριστοδήμου παίδων καὶ Κρεσφόντου τοὺς πάλους. ἐπὶ διειρημένοις μοῖραν αἱρεῖσθαι τῆς χώρας προτέρους ὁποτέρου ἂν πάλος ἀνέλθῃ πρότερον. τοὺς μὲν δὴ πάλους ὁ Τήμενος ἐπεποίητο ἀμφοτέρους, ἀλλὰ τοῖς μὲν Ἀριστοδήμου παισὶ, ξηρᾶς ὑπὸ ἡλίου. Κρεσφόντῃ δὲ ὀπτῆς πυρί. ὅτε δὴ τῶν Ἀριστοδήμου παίδων πάλος κατετέτηκτο, καὶ ὁ Κρεσφόντης οὕτω λαχὼν, γῆν αἱρεῖται τὴν Μεσσηνίαν Μεσσηνίων δὲ τῶν ἀρχαίων οὐκ ἐγένετο ὑπὸ τῶν Δωριέων ὁ δῆμος ἀνάστατος, ἀλλὰ βασιλεύεσθαί τε συγχωροῦσιν ὑπὸ Κρεσφόντου καὶ ἀναδάσασθαι πρὸς τοὺς Δωριέας τὴν γῆν. ταῦτα δέ σφισιν εἴκειν παρίστατο ὑποψία πρὸς τοὺς βασιλεύοντας, ὅτι ἦσαν ἐξ Ἰωλκοῦ τὸ ἀνέκαθεν ὁμιλίας. Quae ſic Amaſaeus amicus noſter, cùm Romae vnà eſſemus, Latina reddidit, *Cùm Temeno Dorienſes Argos aſſignaſſent, ab illis Creſphontes terram ſibi Meſſeniam depopoſcit, quippe qui Ariſtodemo natu fuit maior. Ariſtodemus enim ipſe è vita iam exceſſerat. Theras verò Auteſionis filius maiorem in modum Creſphonti aduerſabatur, Thebanus ille quidem, Polynicis Oedipi filij atnepos. Tutelam enim is tunc Ariſtodemi filiorum gerebat, quòd eorum erat auunculus: vxorem ſiquidem duxerat Ariſtodemus Auteſionis filiam nomine Argiam. Cupiebat Creſphontes Meſſeniam ſibi aſſignari, quare Temenum rogat, rem vt ſorti committat. Ille in ſitulam, cùm eam iam aqua compleſſet, ſortes mittit, re ita conſtituta, vt ſors vtra prior exiſſet, illi Meſſenia adiudicaretur. Ac ſubdolè quidem Ariſtodemi liberûm ſortem è ſiccata ſole argilla, Creſphontis è coctili laterculo fecit. Quo factum eſt, vt illa ſoluta, haec conſtiterit, & per eam Creſphonti Meſſenia obtigerit. Neque verò priſci Meſſenij à Dorienſibus eiecti ſunt: nam facilè illi & Creſphonti nouo regi paruerunt, & Dorienſes in agri partem receperunt: atque eò libentiùs, quòd inuidioſa iam erat apud ipſos regum ſuperiorum potentia, qui erant ab Iolco oriundi.* Apollodorus II. Bibl. libro, Ἐπειδὴ ἐκράτησαν Πελοποννήσου, τρεῖς ἱδρύσαντο βωμοὺς πατρῴου Διός, καὶ ἐπὶ τούτων ἔθυσαν, καὶ ἐκληροῦντο τὰς πόλεις. πρώτη μὲν οὖν λῆξις, Ἄργος, δευτέρα Λακεδαίμων. τρίτη δὲ Μεσσήνη. κομισάντων δὲ ὑδρίαν ὕδατος, ἔδοξε ψῆφον βαλεῖν ἕκαστον. Τήμενος οὖν, καὶ οἱ Ἀριστοδήμου

παῖδες

παῖδες Προκλῆς, καὶ Εὐρυσθένης, ἔβαλον λίθους. Κρεσφόντης δὲ βουλόμενος Μεσσήνην λαχεῖν, γῆς ἐνέβαλε βῶλον. ταύτης δὲ διαλυθείσης, ἔδει τοὺς δύο κλήρους πρώτους ἀναφανῆναι. ἑλκυσθείσης δὲ, πρώτης μὲν τῆς Τημένου, δευτέρας δὲ τῆς κλήρου τῶν Ἀριστοδήμου παίδων, Μεσσήνην ἔλαβε Κρεσφόντης. Aegius haec ita Latinè cōuertit, *Poſt vbi Peloponneſo potiti ſunt, tres aras Ioui patrio excitarūt, in quibus peractis ſacris vrbes ſortiti inter ſe partiuntur. Prima itaq. ſortitio fuit Argos, ſecunda Lacedaemon, tertia demum Meſſene. Illata deinde ſitula aquae plena, placitum eſt cuiq. in eam ſortes conijci. Tum Temenus, & Ariſtodemi filij Procles, & Euryſthenes calculos coniecerunt. Creſphontes autem Meſſenen ſortitò habere volens terrae glebam iniecit, qua reſoluta, priores illas duas ſortes antè prodire neceſſe erat. Educta igitur priùs Temeni ſorte, ſecunda Ariſtodemi liberûm ſortitio fuit. Quo factum eſt, vt illa ſoluta, haec conſtiterit, & per eam Creſphonti Meſſene obtigerit.* Ad hoc reſpiciens Plautinus Olympio Caſina, ait,

Sed vtinam tua quidem, ſicut Herculeis praedicant
Quondam prognatis, iſta in ſortiendo ſors delicuerit.

Ex callido hoc facto natum eſt prouerbium, vt refert Suidas, δραπέτης κλῆρος, fugitiua ſors, quod dicitur de re per dolum parta, quo vſus eſt Sophocles. O PIE EAM SECVM] Sunt haec puellarum officia, aequales aduocare, ſimul ad fontem ire, vnaq. lauare. Sed illud, *ô pie*, mihi valde ſuſpectū eſt, fortaſſe, *purè*. Ianus autem Gulielmus in Plautinis quaeſt. legit, *Pie Deam* — NITIDANT] Abluunt exponit Feſtus à nitore. LETVM INIMICO DEPRECOR] Plura de huius verbi vi Agellius diſſerit, vbi affert hunc locum. DII, QVIBVS EST POTESTAS] Auctor ad Herenn. loco ſupra commemorato, *Item vitioſum eſt, cùm id pro certo ſumitur, quod inter omnes non conſtat, quia etiam nunc in controuerſia hoc modo, Eho tu, Dij, quibus &c.* Et infert, *Nam ita pro ſuo iure hoc exemplo vſum Creſphontem Ennius induxit, quaſi iam ſatis certis rationibus ita eſſe demonſtraſſet.* Ea verò oratione Deorum auget poteſtatem. Sic Virgilius, Lib. 5.

Dij quibus imperium eſt pelagi ——

Idem, *Dij quibus imperium eſt animarum* —— Lib. 6.

Puto autem poſt Creſphontis verba, Chorum haec in pacis laudem prorupiſſe, quae ex Euripidis Creſphonte apud Stobaeum leguntur, Ser. 53.

Εἰρήνη βαθύπλουτε, καὶ καλλίστα μακάρων θεῶν,
Ζῆλός μοι σέθεν, ὡς χρονίζεις.
Δέδοικα δὲ μὴ πρὶν πόνοις ὑπερβάλῃ με γῆρας.
† σὺν. Πρὶν † γὰρ χαρίεσσαν † πρόσιδε ὥραν
† προΐδειν. Καὶ † καλλιχόρους ἀοιδὰς, φιλοστεφάνους τε κώμους.
† καλλιχόρους. Ἴθι μοι πότνια πόλιν τάνδε, ἐχθρὰν στάσιν εἶργ' ἀπ' οἴκων,
Τὰν μαινομέναν τ' ἔριν, θηκτῷ τερπομέναν σιδήρῳ.

NEQ. TERRAM INIICERE] Verba haec Meropes ſunt, quae audita mariti, liberorumq. nece Tragicis querimonijs complebat caueam. Dolebat quòd non licuiſſet ſibi officia exſequi, quae fieri ſolent interfectis, ſcilicet lauare lacrymis, conueſtire nudata corpora, terram inijcere, ac tumulare. Piaculum quidem apud Veteres habebatur, inhumata relinquere cadauera. Vnde Ariadna apud Catullum queritur, pro tot in Theſeum collatis beneficijs, inſepultam eſſe remanſuram,

—— nec iniecta tumulabor mortua arena.

Lib. 4. Aen. Dido Aeneae fugienti imprecatur,

Sed cadat ante diem, mediaq. inhumatus arena.

Lib. 6. Palinurus apud Virgilium,

—— aut tu mihi terram

Inijce ——

Genus autem fuerat ſepulturae, vt inquit Seruius, iniectio pulueris. Poterat autem fieri huiuſmodi terrae iniectio iuxta Pontificalem ritum, & circa abſentium corpora quibuſdam ſolennibus ſacris: ac circa cadauer, quod ſi manu plena non obrueretur, iniecto ter puluere pro ſepultura haberetur. Ad quem morem reſpexit Horatius, cùm ait, Lib. 1. Carm. Od. 28.

Quanquam feſtinas, non eſt mora longa: licebit

Iniecto ter puluere curras.

Lib. 2. De leg. M. Tullius, humatos propriè dictos eſſe eos, tradit, quos humus iniecta contegeret, eumq. morē à iure Pontificali confirmari, quòd priuſquam in os iniecta gleba ſit, locus ille, vbi crematum corpus eſt, nihil habeat religionis. Theocriti Scholiaſtes in Pharmaceutria ait, ſepulchra χῶμα appellari, ab ea, quae mortuis inijcitur, terra, Munus quoq. officij erat erga morientes, quod Noſter praetermiſit, oculos eorum claudere. Cuius rei meminit Maro hunc locum in reliquis imitando. Lib. 9. Sic enim apud eum Euryali mater,

—— nec tua funera mater

Produxi, preſſiue oculos, aut vulnera laui.

Lib. 3. Amor. Ouidius, *Hîc certè manibus frigentis preſſit ocellos*

Mater, & in cineres vltima dona dedit.

Idem lib. vltimo de Arte amandi,

Iam morior, chara lumina conde manu.

NEQ. MISERAE LAVERE LACRVMAE] Accius Phoeniſſis, *Salſeis cruorem gutteis lacrumarum laui.*

Lib. 10. Virgilius, *—— lauit improba teter*

Ora cruor ——

Lib. 13. Meta. Ouidius, *Huic quoq. dat lacrymas, lacrymas in vulnera fudit.*

Lib. 8. Theb. Hoc verò acroteleution ita Statius ſibi vſurpauit,

Feſſa

Feſſa pios gemitus, lacrymaſq. in vulnera fudit.

Ouidius rurſus III. De arte amandi,

Suſtinet, & lacrymis vulnera ſaeua lauat.

Apud Macrobium in quibuſdam codicibus, vbi ij afferuntur verſus, malè pro, *Creſphonte*, *Cteſiphonte* legitur. NAM NOS DECEBAT] Cicero refert hos verſus ex Euripidis Creſphōte. Quam fabulā, quoniam, vt diximus, ex Euripide Ennium conuertiſſe putamus, ipſius etiam hos verſus eſſe, credere par eſt. Cicero enim indicat ferè vbi ipſe cōuerterit, nec vertere ſolet denuo, quae verterint Poëtae antiquiores. Sic autem Euripidis fragmentum apud diuerſos legitur,

† ἐχρῆν μὲν ἡμᾶς: ἔδει γὰρ ἡμᾶς.	† Ἀλλ' ἐχρῆν ὑμᾶς σύλλογον † ποιουμένους,
	† Τὸν φῦντα θρηνεῖν εἰς ὅσ' ἔρχεται κακά.
† ποιούμενος	Τὸν δ' αὖ θανόντα καὶ † πόνων πεπαυμένον
† τὸν ζῶντα	Χαίροντας εὐφημοῦντας ἐκπέμπειν δόμων.
εἰ ὅσα.	Καὶ ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι πλὴν δυεῖν μόνον
† κακῶν.	Δήμητρος ἀκτῆς, πόματός θ' ὑδρηχόου.
	Καὶ Ι' ὦ τυραννὶ βαρβάρων ἀνδρῶν φίλη,
	Καὶ ἡ βροτῶν τ' ἀπραξία ——

Duos priores verſus leguntur apud Ariſtidem in Oratione Pro quatuor viris, cum totidem ſequentibus apud Clementem Alex. in III. ςρωμάτων. Eoſdem adducit Petrus Victorius ſuis in Tuſc. quaeſt. annotationibus ex lib. III. Pyrrhoniarū hypotypoſεων Sexti Empirici cap. τίς ἐστιν ἡ λεγομένη τέχνη περὶ βίον. Qui quidem videntur deeſſe in Graeco Henrici Stephani exemplari, vt ex Latina ipſius interpretatione apparet. Iidem afferuntur à Stobaeo, ſed malè ex Euripidis Themiſtocle. Reliqui omnes, excepto primo, exſtant in extremo Plutarchi libello, Πῶς δεῖ τ̃ ποιημάτων ἀκούειν, repreſſo tamen Auctoris nomine, quod ab alijs exprimitur. Secundus praeterea tanquam ſatis notus adducitur à Platone in Axiocho, quem ex Euripide cum duobus alijs refert Strabo lib. XI. vbi pro ἔρχεται, ἄρχεται legitur. Dion verò Chryſoſtomus in Oratione, ὅτι εὐδαίμων ὁ σοφός, poſtquam Homeri auctoritate dixit, Homine nihil eſſe aerumnoſius inter omnia animantia, quae ſuper terram ſpirant, & repunt, ſubdit hoc modo hanc eandem Euripidis ſententiam, ἕτερος δὲ ποιητὴς, οὐχ ἰδίᾳ οὕτως, ἀλλὰ κοινῇ πρὸς θέατρον ἀγωνιζόμενος, εἰσηγεῖται, Τὸν φῦντα θρηνεῖν εἰς ὅσα ἔρχεται κακὰ, τὸν δ' αὖ θανόντα, καὶ πόνων πεπαυμένον, Χαίροντας καὶ συνηδομένους, οἴεται, δεῖν ἐκπέμπειν. Latinè ſic, Alius Poëta non ita priuatim, ſed publicitus in theatro certans, conſulit, Natum hominem lamentis proſequendū propter ea, in quae venit, mala: & rurſus mortuum, & abſolutum laboribus cum gaudio, & exſultatione cenſet efferri oportere. — DOMVM LVGERE VBEI, &c.] Alludit ad Thracum morem, qui infantē

Serm. 119

in lucem editum lugent, vt ex lib. quem citauimus, Sexti Empirici patet. De qua re exſtat Archiae Epigramma,

Θρηΐκας αἰνείτω τις, ὅτι στοναχεῦσι μὲν υἷας
Μητέρος ἐκ κόλπων πρὸς φάος ἐρχομένους,
Ἔμπαλι δ' ὀλβίζουσιν, ὅσους αἰῶνα λιπόντας,
Ἀπροΐδης κηρῶν λάτρις ἔμαρψε μόρος.
Οἱ μὲν γὰρ ζώοντες ἀεὶ παντοῖα περῶσιν
Ἐς κακὰ, τοὶ δὲ κακῶν εὗρον ἄκος φθίμενοι.

Lib. 11. cap. 1. Cap. 25. Lib. 2. Ser. 119. Idemq́. prodit Valerius Max. & Herodotus de Trauſis Thraciae populis in Terpſichores initio. De Eſſedonibus tradit Solinus, & Mela, eis morem eſſe, parentum funera cantibus proſequi. Refert Stobaeus (ex Plutarcho opinor) Cauſianos naſcentes lugere, mortuosq́. beatos exiſtimare. De qua re plura diximus in explicatione prouerbij, *Optimum non naſci*. Huiuſmodi autem gentes cantu ad ſepulturam mortuos efferebant: quoniam animam harmoniam eſſe crediderunt. In qua opinione fuit Herophilus, & qui ab eo profecti ſunt. A quibus non multùm ferè diſcrepat Dicaearchus, qui voluit animam quatuor elementorum harmoniam eſſe, atq. concentum: vt Pythagorã, & Platonem omittam, quorum prior animam cenſuit eſſe numerum ſe ipſum mouentem, alter verò ſubſtantiam intelligibilem ſuapte mobilẽ natura, quaeq́. ad concinnum mouetur numerum. Macrobius autem ait, *Mortuos ad ſepulturam perſequi oportere cum cantu, plurimarum gentium, vel regionum inſtituta ſanxerunt, perſuaſione hac, qua poſt corpus animae ad originem dulcedinis muſicae, id eſt ad caelum redire credantur.* (Lib. 2. de Somnio Scip.)

EVRIPIDIS FRAGMENTA ALIA EX CRESPHONTE.

Stob. Sermo. 31. Idem Ser. 91.

ΑΙΔΩΣ ἐν ὀφθαλμοῖσι γίγνεται τέκνον.

Κέρδη τοιαῦτα χρή τινα κτᾶσθαι βροτῶν,
Ἐφ' οἷσι μέλλει μή ποθ' ὕστερον στένειν.
Μή μοι ποτ' εἴη χρημάτων νικωμένῳ,
Κακὸν γενέσθαι, μηδ' ὁμιλοίην κακοῖς.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX ATHAMANTE.

IIS erat in ore Bromius, heis Bacchus pater, Charis. lib. 2.
Illeis Lyaeus vitis inuentor ſacrae.
Tum pariter Euan, Euhyus:
Ignotus iuuenum coetus alterna vice
Inibat alacris, Bacchico inſultans modo:

EXPLICATIO.

ATHAMAS Aeoli filius Thebanorũ rex ex Nephele vxore, vel, vt Pindarus in hymnis prodidit, ex Demotice, vel, vt Hippiae placuit, ex Gorgopide, vel vt ait Pherecydes Syrus, ex Themiſto duos ſuſcepit liberos, Phryxum ſcilicet, & Hellen. Dimiſſa autẽ, quaecunq. ex his fuerit, priore vxore repudij lege, ſiue, vt Apollonij Scholiaſtes vult, defuncta, alteram, cui nomen Ino, duxit Cadmi filiam, quae iniuſtarum nouercarum more priuignos odio proſequens Aeolicis foeminis perſuaſit, vt etiã teſtatur Nonnus in I. Dionyſiacon, vti frugum ſemina, priuſquam terrae mandarentur, inſcijs viris torrerent: Qua re cùm terra redderetur infoecunda, fameq. tota ea opprimeretur regio, legatisq. ad Apollinis oraculum decretis, vt duriſſimi anni eius temporis cauſſam inquirerent, eos Ino corrupit muneribus, monuitq. vt cùm reuerſi fuerint, Apollinis nomine Phryxum, & Hellen in victimas efflagitarent. Quorum mẽdacijs fidem habens Athamas, arae vtrunq., vt tanquam victimam mactaret, impoſuit. Ac cùm eorum innocentiae Dij miſerti eſſent, aureo ariete inde eos per aëra ſuſtulerunt: dumq. Helle ſe arietis dorſo ſuſtentare nequiret, in mare decidit, cui mox Helleſponti nomen impoſitum eſt: Phryxus verò in Colchos delatus eſt. Alijs autẽ placet, Athamantem, Inûs inſidijs detectis, eam, eiuſq. filium Melicertam Phryxo necandos dediſſe. Qui cùm ad ſupplicium ducerẽtur, Liber pater ſubita oborta caligine nutricem ſuam Ino obtexit, letoq. eripuit. Ac inde Iupiter ad inſaniam redegit Athamantẽ. Aliqui tamen volunt ob Iunonis iram, qua Thebanos omnes proſequebatur, quia Bacchus ibi ex Semele ortus eſſet, Athamantem furore correptum, qui Learchum filium, quem ex Ino ſuſceperat, ceruum exiſtimans iaculo transfixit. Tum Ino timore perculſa furentem maritũ fugiens, altero filio Melicerta infante in vlnas

accepto, in proximum mare è petra Moluride deſiluit. Apollodorus tradit, Athamantem, & Ino à Iunone in furorem actos: quoniam illis à Mercurio Bacchus alendus traditus fuerat: Inoq. Furijs exagitatam, Melicertam in feruentem lebetis aquam deieciſſe: vel vt Dorion in lib. De piſcibus ait, iugulaſſe, & cum perēpto filio in mare ſe praecipitem dediſſe. Quorum Neptunus miſeratus, illam in marinam Deam, indito Leucotheae nomine, quam Latini Matutam vocant, permutauit: Melicertam verò Palaemonem appellauit, quem Latini Portunum dicunt: in quorum honorem quinto quoq. anno Iſthmia celebrabantur. Scripſit hanc fabulam, vt ex Pindari Scholiaſte videre licet in Iſthmijs, Sophocles, & ex noſtris Accius. De Athamante furore exagitato, qui, vt opinor, eius fabulae erat hypotheſis, Ouidius quaedam attigit in Metamorph. IIS ERAT IN ORE BROMIVS,] Chori verba eſſe videntur, referentis quónam pacto Bacchātes foeminae vi numinis impulſę furore correptae Orgia celebrabant. In quibus diuerſis ſanè nominibus Bacchum inclamabant.

Lib. 6.

Ouidius, —— *Bacchumq. vocant, Bromiumq., Lyaeumq.,*

Lib. 4. Met.

Ignigenamq., ſatumq. iterum, ſolumq. bimatrem:
Additus bis Nyſeusq., indetonſusq., Thyoneus,
Et cum Lenaeo genialis conſitor vuae,
Nyctelinsq., Eleleusq. parens, & Iacchus, & Euan,
Et, quae praeterea per Graias plurima gentes,
Nomina Liber habes ——

— BROMIVS,] Ita appellatus eſt Bacchus, vt Diodoro placet, & ex eo refert Euſebius, ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν γένεσιν αὐτοῦ βρόμου, quaſi dicat, ab ignis ſtrepitu, qui in ipſius natiuitate inſonuit: vel ἀπὸ τοῦ βρέμω, quod eſt, fremo. Cornutus περὶ τῆς τ͂ θεῶν φύσεως, vult hoc nomen deduci à voce, qua primùm vtunturij, qui calcibus vinum exprimunt. Apud Teleclidem, vt refert Heſychius, Bromius non ſolùm Bacchum, ſed etiam Satyrum ſignificat. Orpheus in Dianae hymno eam Bromiam vocat. — BACCHVS PATER] Bacchus vocatus eſt ἀπὸ τοῦ βακχεῖν, ab incompoſitè vociferando, vel βακχέω, quod eſt inſanio. — LYAEVS] Notum eſt ἀπὸ τοῦ λύειν hanc vocem deriuari, quod eſt ſoluere: nam vinum meracius hauſtum nos à curis ſolutos reddit. Qua ratione Latini Liberum Bacchum dixerunt. Ad Lyaei nominis etymō videtur reſpexiſſe Euripidis Chorus in Bacchis, vbi inter caetera, quae Bacchici muneris ſunt, recenſet proprium ipſius eſſe, ἀποπαῦσαι μερίμνας, hoc eſt ſedare curas, & ſolicitudines. Horatius in Epodo, *Curam, metumq. Caeſaris rerum iuuat*

Lib. 2. De praep.

Od. 9.

Dulci Lyaeo ſoluere.

3. Car. Od. 21. Idem, —— *tu ſapientium*

Curas:

Curas: & arcanum iocoſo
Conſilium retegis Lyaeo.

Silius Italic. Lib. 11.

At cùm pulſa fames, & Bacchi munera duram
Laxarunt mentem: cùm fronti reddita demum
Laetitia, & poſitae grauiores pectore curae.

Muretus Galliambo,

Noua munera, apta curas animis procul agere.

Ibidem, *Tu animis acerba feſſis curarum onera abigis.*

— VITIS INVENTOR SACRAE.] Bacchus quoniá omniũ primus mortalibus vitium ſatus oſtendit: ideo communi omnium cõſenſu diuinos honores fuerat adeptus. Graecis dictus eſt, *οἰνουργίας ἀρετής*. Ouidius,

— *genialis conſitor vuae.*

Hinc Vitiſator ab Accio dictus eſt in Bacchis, Lib. 4. Met.

O Dionyſe pater optime vitiſator
Semela genitus Euthyis.

— EVAN EVHYVS:] Proditum eſt in fabulis, cùm Gigantes è caelo Ioue ẽ eijcere molirentur, Bacchum in leonem conuerſum mox vnum è Gigantibus ſtrenuè interemiſſe: Iouemq. filij audacia delectatum acclamaſſe, *εὖ υἱὲ εὖ υἱέ*, id eſt bone fili, bone fili. Quae vox poſtea inter Bacchi cognomina relata eſt. Sed de his Bacchi cognominibus plura prodita ſunt à Lilio in hiſt. Deorum, & ab Iuliano Aurelio.

— BACCHICO INSVLTANS MODO.] Lydium intelligit, vt ex Luciano liquet, qui vbi Harmoniden facit Timotheo magiſtro gratias agentem, qui eum iam docuit modos concinnos facere, choroq. congruos, ac poſtremò conſeruare ſingulorum concentuũ proprietates, mox ſequitur *τῆς φρυγίου τὸ ἔνθεον, τῆς Λυδίου τὸ Βακχικὸν, τῆς Δωρίου τὸ σεμνὸν, τῆς Ἰωνικῆς τὸ γλαφυρόν.*

Q. ENNII FRAGMENTA EX ANDROMEDA.

QVAE caua caeli ſignitenentibus
Conficis bigeis — Varr. lib. 4. de Lin. Lat.

Filijs propter te obiecta ſum innocens Nerei. Priſc. lib. 7.

Scrupeo

Non. Scapres. Scrupeo inueſtita ſaxo, atq; oſtreis, quam excaperēt:

*

Feſt. Vruat. Circum ſeſe vruat ad pedes à terra quadringentos caput.

*

Non. Rurſus. Rurſus prorſus reciprocat fluctus feram.

*

Idē Corporare. Corpus contemplatur, vnde † corporaret vulnere. † V. C. corporet.

*

Idē Viſceratim. Alia fluctus differt, diſſupat viſceratim membra:
Maria † ſalſa ſpumant ſanguine — † V. C. ſparſa.

*

Feſt. quaeſere. Liberūm quaeſendûm cauſſa familiae matrem tuae.

EXPLICATIO.

NON dubium eſt, vt ex Graecis reliquijs, quas infra adducemus, apparet, Euripidem ſcripſiſſe Andromedam, quam eandem ex Graecis Sophocles edidit, vt ex Polluce, Heſychio, & Athenaeo liquet. (Lib. 10. in κούριον. Lib. 11.) Ex Latinis autem Liuius Andronicus, & Accius, quem ego proprio Marte eam feciſſe fabulam puto: quando liberum eius ingenium minimè pati videbatur aliorum ſequi veſtigia. Illum de Sophocle conuertiſſe fortaſſe non ineptè ſuſpicari poſſumus: Noſtrum autem ex Euripide, vel ex vno Euripidis loco, quem infra adducemus, ex Ariſtophane, & ex Theocriti Scholiaſte. Fabulae verò argumentum ex ijs Auctoribus intelligi poteſt.

Hyginus in Fabulis.

Caſſiope filiae ſuae Andromedae formam Nereidibus antepoſuit. Ob id Neptunus expoſtulauit, vt Andromeda Cephei filia ceto obijceretur. Quae cùm eſſet obiecta, Perſeus Mercurij talaribus volans eò dicitur veniſſe, & eam liberaſſe à periculo. Quam cùm adducere vellet (al. abducere.) *Cepheus pater cum Agenore, cuius ſponſa fuit, Perſeum clam interficere voluerunt. Ille, cognitare, caput Gorgonis eis oſtendit, omneſq. ab humana ſpecie ſunt informati in ſaxum. Perſeus cum Andromeda in patriam redit. Polydectes ſiue Proetus vbi vidit Perſeum tantam virtutem habere, pertimuit, eumq. per dolum interficere voluit. Qua re cognita Perſeus caput Gorgonis ei oſtendit, & is ab humana ſpecie eſt immutatus in lapidem.*

Apollodorus lib. II Bibl.

Παραγενόμενος δὲ εἰς Αἰθιοπίαν, ἧς ἐβασίλευε Κηφεὺς, εὗρε τὴν τούτου θυγατέρα Ἀνδρομέδαν παρακειμένην βορὰν θαλασσίῳ κήτει. Κασσιέπεια γὰρ ἡ Κηφέως γυνὴ Νηρηΐσιν ἤρισε περὶ κάλλους, καὶ πασῶν εἶναι κρείσσων ηὔχησε. ὅθεν αἱ Νηρηΐδες ἐμήνισαν,

by Google

ἐμήνισεν, καὶ Ποσειδῶν αὐταῖς συνοργισθεὶς, πλημμύραν τε ἐπὶ τὴν χώραν ἔπεμψε, καὶ κῆτος. Ἄμμωνος δὲ χρήσαντος τὴν ἀπαλλαγὴν τῆς συμφορᾶς, ἐὰν ἡ Κασσιεπείας θυγάτηρ Ἀνδρομέδα προτεθῇ τῷ κήτει βορά. τοῦτο ἀναγκασθεὶς ὁ Κηφεὺς ὑπὸ τῶν Αἰθιόπων ἔπραξε, καὶ προσέδησε τὴν θυγατέρα πέτρᾳ. ταύτην θεασάμενος ὁ Περσεὺς, καὶ ἐρασθεὶς, ἀναιρήσειν ὑπέσχετο Κηφεῖ τὸ κῆτος, εἰ μέλλει σωθεῖσαν αὐτὴν αὐτῷ δώσειν γυναῖκα. ἐπὶ τούτοις γενομένων ὅρκων ὑποστὰς τὸ κῆτος ἔκτεινε, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν ἔλυσεν. ἐπιβουλεύοντος δὲ αὐτῷ Φινέως, ὃς ἦν ἀδελφὸς τοῦ Κηφέως ἐγγυώμενος πρῶτος τὴν Ἀνδρομέδαν, μαθὼν τὴν ἐπιβουλὴν τὴν Γοργόνα δείξας, μετὰ τῶν συνεπιβουλευόντων αὐτὸν ἐλίθωσε παραχρῆμα. QVAE CAVA CAELI] Malè apud Varronem legi animaduertit Scaliger, *Itaq. dicit Andromacha, Noctiq. caua caeli ſignitenētibus conficis bigis*, cùm legendum ſit, *Itaq. dicit Andromeda nocti*, *Quae caua caeli*. &c. Cognouit etiam ante Scaligerum Antonius Auguſtinus, verba ita eſſe interpungenda. Sed in fabulae nomine error eum decepit: nam *Andromeda*, pro Andromacha reponendum eſſe, liquidò ex Ariſtophanis fabula patet, quae θεσμοφοριάζουσαι inſcripta eſt. In qua faceciſſimus poëta ſalsè Euripidem cauillans, eius ſocerum Mneſilochum inducit, & ſub Andromedae perſona haec verba referentem,

Ὦ νὺξ ἱερά.
Ὡς μακρὸν ἵππευμα διώκεις
Ἀστεροειδέα νῶτα διφρεύου ——
Σ' αἰθέρος ἱερᾶς
Τοῦ σεμνοτάτου δι' ὀλύμπου.

Tres ſuperiores verſus adducit ex Euripide Theocriti Scholiaſtes in calce Pharmaceutriae, vt confirmaret noctem curru vehi. Ea autem verba videntur iactata ab infelici Andromeda ceto expoſita, cùm noctu ſola quereretur. CONFICIS BIGEIS.] Virgilius Enniū ſecutus, ait, *Et nox atra polum bigis ſubuecta tenebat*. Lib. 5.
Claud. De raptu Proſer.

—— *ſparſo nox humida ſomno*
Languida caeruleis innexerat otia bigis.

Tibullus autem quadrigas ei tribuit, Lib 3. Eleg. 4.

Iam nox aetherium nigris emenſa quadrigis
Mundum caeruleo lauerat amne rotas.

Caeterùm communior eſt opinio, quadrigas dari Soli, bigas Lunae, albo, & nigro equo iunctas: ſiue quòd nocte, & die luceat: ſiue quòd hyeme, & aeſtate ſplendidior ſit, quàm Autumno, & Vere: equos verò ſingulos ſideribus. Ad quod reſpexiſſe videtur Statius, vbi his verbis oſtendit Luciferum, & Heſperum eundem eſſe, 6. Theb.

Roſcida iam nonies caelo dimiſerat aſtra
Lucifer: & totidem Lunae praeuenerat ignes

Digitized by Google

Mutato nocturnus equo ——

Lib. 15. Ouidius, —— *cumq. albo Lucifer exit.*

Clarus equo, rurſusq. alius, cùm praemia lucis

Tradendum Phoebo Pallantias inficit orbem.

Lib. 2. De rapt. Proſer. Claudianus,

Dum meus humectat flauentes Lucifer agros

Roranti prouectus equo ——

2. Triſt. Eleg. 5. Ouidius iterum,

Hoc vtinam nitidi Solis praenuncius ortus

Afferat admiſſo Lucifer albus equo.

Alij Lunae currum tauris vehi aſſeruerunt: vnde eam ferunt dictam ταυροπόλος, & ταυροπόλα. Aliqui verò voluerunt, mulos Lunae currum trahere, quòd mulus non ἰδιογένου generis, ſed κοινογένου ſit, & Luna

Lib. 5. non proprio, ſed emendicato luceat lumine. Lucretius,

Lunaq. ſiue notho fertur loca lumine luſtrans.

Catullus, *Tu potens Triuia, & notho es*

Dicta lumine Luna.

Quod vero Ennius bigas ſignitenẽtes dixit, lepidè noctiuagum currum dixit Actius in Bacchis. FILIIS PROPTER TE] Sunt verba Andromedae iam ſcopulo alligatae, cum matre querẽtis, quòd eius culpa, ſcilicet linguae petulantia, ipſa innocens Nerei filijs hoc eſt, marinis monſtris obiecta ſit. Hîc autẽ *filijs* pro, filiabus dictum, Grammaticus adnotauit. SCRVPEO INVESTITA SAXO, ATQ. OSTREIS] Videtur ceti formam deſcribere, qui ob magnitudinẽ, aſperamq. tergi cutem, marinis conchis conſperſam, ſco-

Lib. 4. Met. pulum videbatur repraeſentare. de quo Ouidius,

—— *nunc terga canis ſuper obſita conchis.*

Idem de ipſius magnitudine paullò ſuperiùs,

—— *non dum memoratis omnibus vnda*

Inſonuit, veniensq. immenſo bellua ponto

Imminet, & latum ſub pectore poſſidet aequor.

Lib. 1. Huius autem oſſa immania, vt tradit Mela, in Ioppe tanquam clarũ ſeruatae à Perſeo Andromedae veſtigium accolae oſtentabant. Vnde

Lib. 9. cap. 5. poſtea, vt tradit Plinius, Romam apportata inter reliqua miracula aedilitate ſua oſtendit M. Scaurus, longitudine pedum XL. altitudine coſtarum Indicos elephantes excedente, ſpinae craſſitudine ſeſquipedali. Ex hoc Nonij loco reſarciri poteſt Feſti fragmẽtum in dictione *Scrupi.* Vbi legitur, *Ennius in Ar . . . . tita ſaxa, atq. hos . . . .* Vnde videtur legendum eſſe, *Ennius in Andromeda*, non autem, vt conijciebant aliqui, *in Armorum iudicio.* Feſtus nuper editus citat ex Andromacha, *Scrupeo inueſtita ſaxa, atque hos treis, quam excaprent.*

CIRCVM SESE VRVAT] Poſtquam Poëta ceti formam deſcripſit, nunc quo pacto ſe ipſum in orbē ſinuabat, demonſtrat. Hęc verba mutila erant in olim impreſſis, nunc apertè leguntur in codice è Farneſiana Bibliotheca deſcripto. RVRSVS PRORSVS] Narrabatur hîc Perſei conflictus cum ceto, atq. ita (vt videtur) vt ipſis planè offeratur oculis. Ex hoc autem loco alter ille Nonij corrigi poteſt, vbi declarans, *Reciproca, recipe* ſignificare, ait, *Ennius Andromeda Riſus prorſus reciprocat, fructus feram*. CORPVS CONTEMPLATVR,] Loqui videtur de bellua, quae conſpecta Andromeda ſcopulo deuincta contēplabatur, quam potiſſimùm partem deuorādam, ac deglutinandā iniret. CORPORARET] Vetus codex, *corporet*. Corporare autem, interficere eſt, vt tradit Marcellus, & quaſi corpus ſolum ſine anima relinquere. ALIA FRVCTVS DIFFERT,] Differt, idem quod ſequitur, *diſſupat*, nimirum. Qua ſignificatione eſt illud Lucretij, Lib. 1.

—— *& nubila differt*.

Demonſtratur autem ijs, feram iam dilaniatam membratim ſupernataſſe. MARIA SALSA SPVMANT SANGVINE.] Ouidius, *Bellua puniceo miſtos cum ſanguine fluctus* Lib. 4. Met.
Ore vomit, maduêre graues aſpergine pennae.

Vetus codex pro, *maria ſalſa, &c.* habet, *maria ſparſa ſpumant ſanguine.* LIBERVM QVAESENDVM CAVSSA] Liberorū quaeſendorū.

EVRIPIDIS FRAGMENTA
EX ANDROMEDA.

Εὔκλειαν ἔλαβον οὐκ ἄνευ πολλῶν πόνων. Stob. Ser. 29.

Οὐκ αἰσχρὸν οὐδὲν τῶν ἀναγκαίων βροτοῖς, Idē ibid.
Ἀλλ' ἡδύ τοι σωθέντα μεμνῆσθαι πόνων.

Σιγᾷς; σιωπὴ δ' ἄπορος ἑρμηνεὺς λόγων. Idem Ser. 34.

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νοῦ πλέον. Idem Ser. 50.

Ὅσοι γὰρ ἔρωτα πίπτουσι βροτῶν, Idem Ser. 61.
Ἐσθλῶν ὅταν τύχωσι τῶν ἐρωμένων,
Οὐκ ἔστι ποίας λείπεται τόδ' ἡδονῆς.

Ἔρωτα δεινὸν ἔχομεν. ἐκ δὲ τῶν λόγων Idem Ser. 62.

Ἑλοῦ τὰ βέλτιστ'. ὡς ἄπιστον ἔσθ' ἔρως,
Κἂν τῷ κακίστῳ τῶν φρενῶν οἰκεῖν φιλεῖ.

•

Idem Ser. 65. Τῶν γὰρ πλούτων ὅδ' ἄριστος, γενναῖον λέχος εὑρεῖν.

•

Idem Ser. 79. Ὦ τλῆμον, ὡς σοὶ τὰς τύχας μὲν ἀσθενεῖς
Ἔδωχ' ὁ δαίμων. μέγα φρονοῦσι δ' οἱ λόγοι.

•

Idem Ser. 89. Χρυσὸν μάλιστα βούλομαι δόμοις ἔχειν.
Καὶ δοῦλος ὢν γὰρ, τίμιος πλουτῶν ἀνήρ.
Ἐλεύθερος δὲ, χρεῖος ὤν, οὐδὲν σθένει.
Χρυσοῦ νόμιζε σαυτὸν οὕνεκ' εὐτυχεῖν.

•

Idem Ser. 96. Χρήμασι γὰρ εὐτυχῶ. ταῖς συμφοραῖσι δ', ὡς ὁρᾷς οὐκ εὐτυχῶ.

•

Idem Ser. 97. Ἦ που τὸ μέλλον ἐκφοβεῖ καθ' ἡμέραν,
Ὥς τοῦγε πάσχειν τοὐπιὸν μεῖζον κακόν.

•

Idem Ser. 103. Ὁ μὲν ὄλβιος ἦν, τὸν δ' ἀπέκρυψεν θεός.
Ἐκείνων τῶν ποτε λαμπρῶν, νεύει βίοτος,
Νεύει δὲ τύχα κατὰ πνεῦμ' ἀνέμων.

•

Idē ibid. Μὴ δῆτ'. ἔχει γὰρ καταφυγὴν, θὴρ μὲν πέτραν.
Δοῦλοι δὲ βωμοὺς θεῶν. πόλις δὲ πρὸς πόλιν
Ἔπτηξε χειμασθεῖσα. τῶν γὰρ ἐν βροτοῖς
Οὐκ ἔστιν οὐδὲν διὰ τέλους εὐδαιμονοῦν.

•

Idē ibid. Οὐκ ἔστιν ὅστις εὐτυχὴς ἔφυ βροτῶν,
Ὃν μὴ τὸ θεῖον ὡς τὰ πολλὰ συντέλει.

•

Idem Ser. 111. Τὰς συμφορὰς γὰρ τῶν κακῶς πεπραγότων
Οὐ πώποθ' ὕβρισ' αὐτὸς ὀρρωδῶν παθεῖν.

•

Idē ibid. Εἰδ' ἐγὼ πράσσω κακῶς,
Μηδὲν τάδ' αὔχει. καὶ σύ τοι πράξειας ἄν.

•

Idem Ser. 112. Συνάλγησον, ὡς ὁ κάμνων δακρύων μεταδοὺς
Ἔχει κουφότητα μόχθων.

•

Idem Ser. 122. Τὸ ζῆν ἀφέντες, τὸ κατὰ γῆν τιμῶσί σου.
Κενόν γ'. ὅταν γὰρ ζῇ τις εὐτυχεῖ Κρέων.

•

Ex alio Stob lib 1 περὶ φυσικῆς Ἐκλο. Τὸ δαιμόνιον οὐχ ὁρᾷς ὅπη μοῖραι διεξέρχεται
Στρέφει δ' ἄλλους ἄλλως εἰς ἁμέραν.

Ὁ μὲν

Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
Πόνων ἀναψυκτῆρ' ὁ δ' ἀμπέλων γάνος. — Athen. lib. 11. cap. 8.

Πᾶς δὲ ποιμένων ἔρρει λεὼς
Ὁ μὲν γάλακτος κίσσινον φέρων σκύφος
Πόνων ἀναψυκτῆρ' ὁ δ' ἀμπέλων γάνος. — Macr. lib. 5. cap. 21.

Q. ENNII FRAGMENTA
EX TELEPHO.

PALAM mutire plebeio, piaculum eſt. — Feſt. Mutire.

peripetia. Regnum reliqui ſeptus medici ſtola. — Non. Stola.

Cedo, & caueo veſtitus, ſqualida ſeptus ſtola. — Idē ibid.

Verùm, quorum liberei letho datei ſunt in bello,
Non lubenter haec enodari audiunt. — Idē Enoda.

ſyncope. Deũmq. de conſilio hoc itiner credo conatũ modò. — Idem Itiner.

Te ipſum hoc oportet profiteri, & proloqui,
Aduorſum illam mihi — — Idem Aduorſum.

pathos à viſu. Et ciuitatem video Argiuũm incendier. — Idem Ciuitas.

Qui illum Dij, Deaeq́. magno mactaſſint malo. — Idem Mactare.

EXPLICATIO.

EVripideae Telephi hãc Strabo affert hypotheſin, Augen ab Aleo patre (cùm ab Hercule corrupta deprehenderetur) in arcã quãdam cum Telepho filio impoſitam, & in mare deiectam eſſe. Sed Mineruae prouidentia arcam ad Caici oſtia tranſmiſſam euaſiſſe: Teuthrantem, cùm eos excepiſſet, Augen vxorem duxiſſe: Telephum verò pro filio habuiſſe. Diodoro autem placet, Aleum detecto facinore Auges filiae, cuidam nauclero amico in mari mergendam dediſſe: quae

Lib. 13. — Lib. 4.

quae vrgentibus partus doloribus in proximam ſiluam, tanquam rē neceſſariam actura deſcendit: ibiq. clam eſt enixa, infante inter vepres abſcondito: indeq. ad nauiculā rediens, ad Endapliū Arcadiae portū peruēnit. Vbi nauclerus ille miſeratione compulſus, noluit eam iuxta patris praeceptum demergere: ſed quibuſdam in Aſiam ex Caria profecturis dono dedit. Qui Augen ſecum vehentes Teuthranti Myſiae regi tradidēre. Infantem verò cùm in Parthenio monte, vbi editus fuerat, relictum paſtores Corythi regis reperiſſent à cerua exhibito vbere nutriri, ad regem detulerunt. Quem Corythus vt filium educans, Telepho, eo quòd fuerat à cerua nutritus, quam Sophocles κε-ρόεσσαν appellauit, nomen dedit. Quod confirmat Hyginus, & Aelianus lib. XII. Var. hiſt. Graeco enim idiomate cerua ἔλαφος appellatur, & Apollodorus, θηλὴν μὲν γὰρ ἀρτιτόκος ἔλαφος ὑπέχεν αὐτῷ. ποιμένες δὲ ἀνελόμενοι τὸ βρέφος, Τήλεφον ἐκάλεσαν αὐτόν: quamuis rem ipſam explicando à Diodoro, & alter ab altero diſſentiant, & Apollodorus à ſe ipſo quoq. lib. II. & III. Bibl. Telephus igitur adulta iam aetate matrem inueſtigans, Delphos contendit: vbi ab oraculo monitus, vt in Myſiam nauigaret ad Teuthrantem regem: inuenta matre ſummo in honore habitus eſt. Teuthras maſcula orbatus prole, Argiopen filiā Telepho in matrimonium collocauit, regniq. ſucceſſorem inſtituit. Cùm igitur Myſiae rex eſſet, per eius regionis oras Graecos, cùm primùm Troiam petijſſent, via aberaſſe ferunt. Qui, cùm è nauibus exijſſent, regionem omnem illam, quam Caicus fluuius praeterlabitur, vaſtarunt. Quòd cùm Telephus cognouiſſet (vt Dictys Cretenſ. ait, qui rem hanc ſingillatim exponit) in Graecos impetum fecit. In qua pugna cùm equus, in quo inſidebat, cecidiſſet, graue ei Achilles vulnus inflixit. Quod quidem cùm nulla arte, nulliſq. medicamentis ſanari poſſet, oraculum ſciſcitatus, reſponſum accepit, ὁ τρώσας ἰάσεται. quaſi innuere vellet, vt ferruginem gladij, vel haſtae, quae Chironis Centauri fuiſſe perhibetur, quâue eum vulnerauerat, adhiberet vlceri. Rubiginem enim eſſe in remedijs, ait Plinius, ſubditq., *Et ſic Telephum proditur ſanaſſe Achilles, ſiue id aerea, ſiue ferrea cuſpide fecit, ita certè depingitur eam decutiens gladio*. Ariſtoteles apud Plutarchum in Sympoſiacis refert, aerea cuſpide, aut gladio facta vulnera curari minus difficulter, celeriuſq. coire, quàm quae ferrum inflixit: propterea quòd medicinae aliquid in ſe habet aes. Oraculum quidem ſic Tzetzes explicauit,

Lib. 2. Bibl.

Lib. 2.

Lib. 34. Cap. 15.

Chil. 6.

> Ὃν Ἀχιλλεὺς κατὰ μηροῦ Τήλεφον τότε τρώσας
> Τρίψας ἀνιάτρευσεν ἐκείνῳ προσελθόντα.

Cuius ambiguitatem ſic exponit Hyginus, *Hoc Telephus vbi audiuit, ad regem Agamemnonem venit, & monitu Clytemneſtrae Oreſtem infantē*

de cu-

de cunabulis rapuit, minitans ſe eum occiſurum, niſi ſibi Achiui mederentur. Achiuis autem quòd reſponſum erat, ſine Telephi ductu Troiam capi non poſſe, facilè cum eo in gratiam redierunt, & ab Achille petierunt, vt eum ſanaret. Quibus Achilles reſpondit, ſe artem medicam non poſſe. Tunc Vlyſſes ait, non te dicit Apollo, ſed auctorem vulneris haſtam nominat. Quã cùm raſiſſent, remediatus eſt. Hinc apud Ouidium Achilles, Lib. 13. Met.

—— ego Telephon haſta

Pugnantem domui, victum, orantemq. refeci.

Appuleius autem dicit in hiſt. De herbarum virtutibus, curationem accepiſſe herba quadam, quae Achillea dicitur, cuius inuentũ Achilli tribuit. Ait autem, *Hanc herbam Achilles inuenit, vnde vulnera ferro facta ſanabat, & ob id Achilleos vocatur. Hac ſanaſſe Telephum dicitur.* Claudianus,

Sanus Achilleis remeauit Telephus herbis,

Cuius pertulerat vires, & ſenſit in imo

Lethalem, placidamq. manum, medicina per hoſtem

Contigit, & pepulit, quos fecerat ipſe, dolores.

Herbarum verò cognitionem Achilles à Chirone didicerat. Hinc in prouerbium ferè abijt, vt cùm auxilium ex eo petimus, qui mali alicuius cauſſa exſtiterit, *Achillis haſta*, vel *Achilleo more*, vel *Achilleum vulnus* dicamus. Ouidius De remedio amoris,

Vulnus Achilleo quod quondam fecerat hoſti,

Vulneris auxilium Peliae haſta tulit.

Idem, *Nanq. ea vel nemo, vel qui mihi vulnera fecit,* Lib. 1. Triſt. Eleg. 1.

Solus Achilleo tollere more poteſt.

Idem, *Forſitan vt quondam Teuthrantia regna tenenti,* Lib. 2. Eleg. 1

Sic mihi res eadem vulnus, opemq. feret.

Idem, *Telephus aeterna conſumptus tabe periſſet,* Lib. 5. Eleg. 2

Si non, quae nocuit, dextra tuliſſet opem.

Properti[9], *Myſus & Haemonia iuuenis qua cuſpide vulnus* Lib. 2. Eleg. 1.

Senſerat, hac ipſa cuſpide ſenſit opem.

Quò illud epigramma videtur alludere,

Τήλεφος εἰμὶ κόρου, σὺ δὲ γίνεο πιςὸς Ἀχιλλεὺς,

Κάλλεϊ σῷ παῦσον τὸν πόθον, ὡς ἔβαλες.

Quod ſic vertit Iacobus Cruquius, ——

Telephus en ego ſum, tu ſis mihi fidus Achilles,

Ore puella necas, ore beare potes.

Publius Syrus.

Amoris vulnus idem qui ſanat, facit.

Sic etiam Horatius, Epod. 17.

Canidia parce vocibus tandem ſacris,

Citumq.

Citumq. retro ſolue, ſolue turbinem.
Mouit nepotem Telephus Nereïum,
In quem ſuperbus ordinarat agmina
Myſorum, & in quem tela acuta torſerat.

Quaſi verò dicat (vt interpretatur vetuſtus quidam Grammaticus) Tu me, ò Canidia, quẽ illigaſti imprecationibus, mutatis tuis iam ſana carminibus. Lucianus in Nigrino, Λουκ. πάνυ μὲν οὖν, καὶ προσέτι δέομαι γέ σου κοινήν τινα τὴν θεραπείαν ἐπινοεῖν. Φιλ. τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν. Λουκ. ποῖον αὖ λέγεις; Φιλ. ἐπὶ τὸν τρώσαντα ἐλθόντας, ἰᾶσθαι παρακαλεῖν. Huncigitur Telephum, vt ex antiquorum reliquijs, quae exſtant, apparet, ex alto fortunae gradu, regnoq. eiectum, rerumq. omnium egentem Tragici induxerunt. Vnde Horatius ad Piſones dixit,

Telephus, & Peleus cùm pauper & exſul vterq.
Proijcit ampullas, & ſeſquipedalia verba.

Timocles Comicus,

—— ὁ μὲν γὰρ ὢν πένης,
Πτωχότερον αὐτοῦ καταμαθὼν Τήλεφον
Πενόμενον, ἤδη τὴν πενίαν ῥᾷον φέρει.

Ariſtophanes νεφέλ. —— σὺ δέ γ᾽ εὖ πράττεις.
Καίτοι πρότερόν γ᾽ ἐπτώχευες,
Τήλεφος εἶναι Μυσὸς φάσκων.

Verùm & Telephi nomine Philetas Cous opus inſcripſit, vt Lilius ait in poëtarum hiſtoria: Tragoediam verò Agathon, vt Athenaeus lib. X. PALAM MVTIRE] Feſtus, *mutire*, *loqui* exponit. Arbitror haec Telephi verba eſſe, quem Tragici induxerunt moeſtum, ac tacitum, neq. oculos niſi humo defixos habentem: quemadmodum ſolent ij, qui maximo aliquo fortunae vulnere ſint confecti, alicui importunè percontanti reſpondiſſe, non decere infimum, & abiectũ hominem palàm loqui. Quòd ſi aliquando loquentem induxerint, non niſi inuitum reſpondentem faciunt. Quocirca Amphis Comicus in fabula, cui πλάνος ab impoſtore quodam nomen fecit, de piſcium venditoribus inquit, —— ἔκυψεν ὥσπερ Τήλεφος

Πρῶτον σιωπῇ ——
Demiſit oculos, quemadmodum Telephus,
Primùm ſilentio ——

Alexis in Paraſito,

Καλοῦσι δ᾽ αὐτὸν πάντες οἱ νεώτεροι
Παράσιτον ὑποκόρισμα· τῷ δ᾽ οὐδὲν μέλει.
Δειπνεῖ δ᾽ ἄφωνος Τήλεφος, νεύων μόνον
Τοὺς ἐπερωτῶντάς τι, ὥστε πολλάκις
Αὐτὸν κεκληκὼς τὰ Σαμοθρᾴκι᾽ εὔχεται,

Αὖξαι πνέοντα, καὶ γαλλιῶσαι ποτὲ,

Χειμὼν ὁ χειμὼν ὁ μειρακίσκος ἐςὶ τοῖς φίλοις.

De eius nimia taciturnitate haec Accius Telepho,

Qui neq. cuiatis eſſet vnquam potuimus multi rogitantes ſcire.

REGNVM RELIQVI] Peripetia, quae à ſordido hominis cultu augetur. Sunt eiuſdem Telephi verba. Sed pro, *medici*, *mendici* legendum eſt. Adnotat Nonius, Veteres, ſtolam non honeſtam veſtem ſolùm, ſed etiam omnem, quae corpus tegeret, dixiſſe. CEDO, ET CAVEO] Apud Feſtum, qui modò ſemiuiuus prodijt, habetur hic locus ex eadem fabula, In. Squalidum.

Quam veſtitus ſqualida ſeptus ſtola.

Accius de eodem loquens,

Nam etſi operta ſqualitate eſt, luctuq. horrificali.

Squalor cùm de corpore dicitur, intelligitur magna ſordium congeries, ad ſimilitudinem ſquamarum piſcium: à quarum aſperitate, *tunicam auro ſqualentem*, dixit Maro. Qua quidem voce in vniuerſum vti poſſumus, cùm quicquam nimis inculcatum, obſitumq. eſt, aut re pretioſa, aut ſordida, vt incuteret viſentibus quodammodo horrorē. Aen. lib. 10. VESTITVS,] Aliqua exemplaria habent, *cumueſtitus*, fortaſſe, *conueſtitus*. LETHO DATEI] Pacuuius in Duloreſte,

Is quis eſt? qui tunc ſi tu illum occupas letho dabis.

Virgilius, *Millia multa darent letho, gemerentq. repleti* Lib. 5.

Amnes ——

Idem, *Magna trophaea ferunt, quos dat tua dextera letho.* Lib. 11.

Idem, *Multa virûm volitans dat fortia corpora letho.* Lib. 12.

Varro, *Ollus letho datus eſt*. DEVMQ. DE CONSILIO] forſitan aliquis haec dicebat de Graecorum itineris errore, qui deorum permiſſu acciderat. ADVORSVM ILLAM MIHEI] Obſeruat Nonius, *aduorſum* hîc pro, *apud*, poſitum eſſe. QVI ILLVM DII, DEAEQ. MAGNO MACT. M.] Comica imprecatio. *Illum* ἐμφατικῶς criminis auctorem. Pomp. Praecone poſteriore, Lib. 6. de Lin. Lat.

At te dij omnes cum conſilio, calue, mactaſſint malo.

Afranius Priuigno,

A fulica penè periſti, dij te mactaſſint malo.

Plautus Poenulo contrà,

Dij omnes, deaeq. ament. ——

Idem Caſina, & Perſa,

Vt illum dij omnes, deaeq. perdant ——

Et Moſtellaria,

Dij te, deaeq. omnes perduint cum iſto omine.

Et rurſus ibidem,

Malum quod iſti dij, deaeq. omnes duint.

Terent. Eunucho,

Vt illum dij, deaeq. ſenium perdant.

Q. ENNII FRAGMENTA EX THYESTE.

*

Feſt. Sublime. — adſpice hoc
Sublime candens, quem † vocant omnes Iouem. † inuocant.

*

Non. Delectare. Et me Apollo ipſe delectat, ductat Delphicus. δηλεκταί μοί.

*

Idem Cõtingere. Quàm mihi maximè heïc hodie contigerit malum.

*

Idem Cõglomerare. Heu mea fortuna, vt omnia in me cõglomeras mala!

*

Idē Cernere. † Impetrem facilè ab animo, vt cernat vitalem † Baebium. † Impetrent. † halitũ.

*

Idē Flaccet. † Inflaccebunt conditiones, repudiato, & reddito. † Sin flaccebunt.

*

Idē Crepare. Sed ſonitus aures meas pedum pulſu increpat.

*

Idem Putat. Ibei quid agat, ſecum cogitat, parat, putat.

*

Cicero Oratore. Quemnam te eſſe dicam? qui tarda in ſenectute.

*

Idem 1. Tuſc.
— ipſe ſummeis ſaxeis fixus aſpereis
Euiſceratus, latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, πάθος à corpore dilcerpto.
Sanie, & ſanguine atro —
Neq. ſepulchrum quò ſe recipiat, habeat, portũ corporis, vbei
Remiſſa humana vita, corpus requieſcat à maleis.

*

Idem 3. Tuſc.
Nolite hoſpites † ad me adire, illico iſtic † adire ad me.
Ne contagio mea boneis, vmbraue obſit,
Tanta vis ſceleris † in corpore haeret. † meo in corpore.

EXPLI-

Digitized by Google

EXPLICATIO.

ATREVS,& Thyeſtes ex Pelope Tantali,& Hippodamia Oenomai filia orti ſunt. Atreum autē,cùm adoleuiſſet, ferunt Chryſippum fratrem ex alia matre,quem pater admodum diligebat, in půteum demerſiſſe. Quod cum aegrè Pelops tuliſſet, illum in exilium egit. Mortuo deniq. Pelope, ſeſe Mycenas recipit: cúmq. natu maior eſſet, paternum ſibi regnum deferri petijt: quod Thyeſtes priùs immeritò occupauerat. Volunt tamen aliqui, inter ſe eos conueniſſe, vt alternis vicibus regnum adminiſtrarent. Sed aliqui malunt, eos pactos eſſe, vt vter prior portentum aliquod protuliſſet, is regno potiretur. Per ea igitur tempora in Atrei ouilibus agnus aureis villis reperitur. Quem cùm vt maximum portentũ oſtenſurus eſſet Atreus, prodidit hoc Thyeſtae Aërope Atrei vxor, quam ſibi Thyeſtes ſtupri cõſuetudine conciliauerat: cui ſublatum dolo agnum tradidit. Quem cùm in medium Thyeſtes protuliſſet, regnum adeptus eſt. De qua re ſic Cicero, *Nec tamen ille ipſe eſt praetereundus,qui non ſat habuit coniugem illexiſſe in ſtuprum: de quo rectè, & veriſſimè loquitur Atreus,* Lib. 3. de Natura Deor.

Quod re in ſumma ſummum eſſe arbitror
Periculum, matres coinquinari, regiam
Contaminari ſtirpem, admiſceri genus.

At id ipſum quàm callidè, qui regnum adulterio quaereret?

Addo (inquit) huc, quod mihi portento caeleſtûm pater
Prodigium miſit, regni ſtabilimen mei,
Agnum inter pecudes aurea clarum coma
Quondam Thyeſten clepere auſum eſſe è regia:
Qua in re adiutricem coniugem cepit ſibi.

Quos quidem verſus ex Accij Atreo eſſe ſuſpicor: quamuis ſciam duos ex ijs Nonium in *Clepere*, non ex poëta aliquo, ſed ex Cicerone ipſo afferre. Sunt eiuſdem ferè ſententiae hi Senecae trimetri, qui in ſua Thyeſte ita Atreum loquentem facit,

Fas eſt in illum, quicquid in fratrem eſt nefas.
Quid enim reliquit crimine intactum? aut vbi
Sceleri pepercit? coniugem ſtupro abſtulit,
Regnumq. furto, ſpecimen antiquum imperi
Fraude eſt adeptus, fraude turbauit domum.
Eſt Pelopis altis nobile in ſtabulis pecus
Arcanus Aries, ductor opulenti gregis.
Huius per omne corpus infuſo coma
Dependet auro, cuius è tergo noui
Aurata reges ſceptra Tantalici gerunt.

Preſſor huius regnat ——

Lib 2 Corinth. Ob cuius facti memoriã tradit Pauſanias in Thyeſtae ſepulchro, quod eſt in Argiuorum finibus, arietem marmoreũ eſſe impoſitum. Quin Atreus, vt debitas à fratre poenas ſumeret, cum eo in ſimulatam gratiam redijt, proprioſq. ei filios Tantalum ſcilicet, & Pliſthenem, vt tradit Hyginus: vel, vt alijs placet, Aglaum, Orchomenum, & Caleũ, caeſos, comedendos appoſuit: ſanguinemq. eorum patera libauit. Quorum capita tandem inter feralis conuiuij epulas, vt à Thyeſte cognoſcerentur, afferri iuſſit. Quo diro ſpectaculo Solem ferunt curſum deflexiſſe, ne tam nefarium ſcelus diuinum ipſius foedaret aſpectum.

Lib 1. De arte amãdi. Ouidius, *Creſſa Thyeſteo ſi ſe abſtinuiſſet amore*
(Ah quantum eſt vni poſſe placere viro)
Non medium rapuiſſet iter, curruq. retorto
Auroram verſis Phoebus adiſſet equis.

Lib. 4. Theb. Statius, *Funereae tum namq. dapes, medijq. recurſus*
Solis ——

Lib 1. Aen. Quò videtur Virgilius reſpexiſſe,
Nec tam auerſus equos Tyria Sol iungit ab vrbe.

Cuius rei veritatem aliqui fuiſſe credunt, Atreum primum apud Mycenas Solis defectum obſeruaſſe. Praebuit autem multis teterrimi huius facinoris immanitas ſcribendi anſam: nam huius nominis fabulam è Graecis apud Stobaeum comperio Sophoclem, & Euripidẽ Lib. 12. & 13. ſcripſiſſe: & apud Athenaeum Agathonem, & Chaeremonem. E noſtris verò Pacuuium, vt ex Placiadis gloſſis, tum Varium, vt ex Dialogo Cornelij Taciti, & ex Ouidio in extremo de Ponto patet. Ex quo Lib. 6. & ex Priſciano cognouimus etiã, Gracchũ eam ſcripſiſſe: & ex Acrone, & Porphyrione Caſſium Parmenſem. Ennius verò hanc fabulam dedit, vt ait in Bruto Cicero, Q. Martio, & Cn. Seruilio Coſſ. cùm C. Sulpitius Gallus Praetor Apollini ludos faceret — ADSPICE HOC] Refert Cicero hunc locum in principio, & circa medium lib. II. De nat. deor. Rurſus initio, & medio tertij, ex quo tantùm Ennij eſſe cognouimus: ſed à Feſto ex hac fabula eſſe didicimus. Refert eundem locum ex Ennio Probus in Sileno, qui aliquantò diuerſiùs ita legitur apud Appuleium in lib. De mundo,

Adſpice licet ſublime tuens, quem inuocant omnes Iouem.

Sed Scaliger ex veteribus Appuleij libris legit,

Adſpice hoc ſublimen candens &c.

Vult enim duplex eſſe limen, ſuperius, & inferius: hoc ſuperius ſublimen vocaſſe, & hinc caelum ab Ennio hoc loco ſublimen dictum. — HOC] Non eſt abſq. obſeruatione praetereundum, frequenter à noſtro Poëta huiuſmodi pronomen vſurpatum eſſe, cùm de caelo loquere-

Digitized by Google

loqueretur, quaſi ea voce illud tanquam digito demonſtraret. Rurſus enim, *Quoi quod in me eſt, exſecrabor hoc, quo lucet quicquid eſt.* Et in Telamone,

Atq. hoc lumen candidum claret mihei.

Plautus Milite,

Vigila, inquam, expergiſcere, inquam, lucet hoc, inquam —

Idem rurſus Amph. — *luceſcit hoc iam* —

Rurſus Curcul.

Nam hoc quidem aedepol haud multò pòſt luce lucebit —

Non eſt ab hoc dicẽdi modo omnino alienum Ciceronis illud in prima contra Catil. *Poteſt ne tibi huius vitae haec lux, aut huius caeli ſpiritus eſſe iucundus?* Et pro Rabirio, *Quem non modò foro, ſed etiam caelo hoc, ac ſpiritu cenſoriae leges, atq. vrbis domicilio carere voluerũt.* QVEM VOCANT] Apud Ciceronem ſemper, *inuocant*, legitur. — IOVEM] Iouem eſſe caelum antiquos crediſſe, in Epicharmo demõſtrauimus. ET ME APOLLO IPSE DELECTAT,] Delectat, *illicit*, & *attrahit*, exponit Nonius: in cuius quibuſdam exemplaribus pro, *En. Thyeſte*, legitur *En. Therſite*. CONGLOMERAS MALA!] Idem conglomerare, *inuoluere*, & *ſuperaddere*, interpretatur. Malè, vt opinor, quidam Nonij codices pro, *Thyeſte*, *Titthe* habent. CERNAT VITALEM BAEBIVM] Meliùs fortaſſe aliqui legunt, *vitalem halitum*. Sed hîc, *cernit*, pro, *indicat*, poſitum eſt. SED SONITVS] Lucretius, Lib. 2.

— *ſubterq. virûm vi*

Excitur pedibus ſonitus —

Virgilius, *Aduentumq. pedum, flatusq. audiuit equorum.* Lib. 11.

INCREPAT.] Ferit. — PVTAT] Animo diſputat. QVEM NAM TE ESSE DICAM?] Cicero vbi refert hunc verſum nõ nominat auctorem, ſed tantùm ait, *Velut ille in Thyeſte.* Nos verò Ennij eſſe ſuſpicamur. — TARDA IN SENECTVTE] Epitheton ab effectu. Horatius, Lib. 2. Serm. Sat. 2.

Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus?

Tibullus, — *dum tarda ſenectus* Lib. 2. Eleg. 2.

Inducat rugas, inficiatq. comas.

— IPSEI IN SVMMEIS SAXEIS] Cicero ita hunc locum affert, *Exſecratur luculentis ſanè verſibus apud Ennium Thyeſtes, primùm vt naufragio pereat Atreus. durum hoc ſanè: talis enim interitus non eſt ſine graui ſenſu. illa inania,*

— *Ipſe ſummeis ſaxeis &c.*

Idem rurſus in L. Piſonem, *Neq. verò ego, ſi vnquam vobis mala precarer, quod ſaepe feci, in quo dij immortales meas preces audiuerunt, morbũ,*

aut

aut mortem, aut cruciatum precarer. Thyeſtea iſta exſecratio eſt, poëtae vulgi animos, non ſapientum mouentis,

Vt tu naufragio expulſus vſpiam ſaxis fixus aſperis,
Euiſceratus latere penderes (vt ait ille) ſaxa ſpargens tabo,
Sanie, & ſanguine atro ——

In Spargere. Marcellus verò hoc modo ex lib. XIX. Lucilij,

Latere pendens, ſaxa ſpargens tabo, & ſanguine atro.

Puto autem Lucilium hanc Ennij exſecrationem inter ſua inſeruiſſe poëmata, tanquam vulgò iactatam, & inde Nonium Lucilij exiſtimaſſe. Nec ſolùm huiuſmodi Thyeſtae preces, vt Horatius ait, in prouerbium abierunt, ſed etiam illud apud Graecos celebre eſt, Ὀιδίποδος ἀρά. Huius argumenti fuit Callimachi Ibis: quem poſtea imitatus Ouidius, ſuam Ibin ſcripſit. In quo genere egregium illud poëmatiō ſcriptum eſt, quod cum Virgilianis legitur, *Dirae*, inſcriptum: cuius auctorem Val. Catonem Grammaticum fuiſſe eruditi credūt. — FIXVS ASPEREIS] Exſecrabilis eſt huiuſmodi apud Tragicos imprecatio, vt quis ſublimi ſcopulo pendens, inſepultus iaceat. Quod ſupplicium apud inferos etiam habetur immaniſſimum. Sic Virgilius in deſcriptione clypei Aeneae,

(margin: In Epodo. — Lib. 8.)

—— & te Catilina minaci
Pendentem ſcopulo ——

Aduer. 23 cap. 3. EVISCERATVS LATERE PENDENS.] Turnebus legit,

Viſceratus, latere pendens ſaxa ſpargens tabida
Sanie ——

Lib. 3. Aen. — SANGVINE ATRO] Virgilius,

—— & ſanguine veſcitur atro.

Thyleſius in libello De coloribus, *Sanguis*, inquit, *caloris, atq. coloris ignei particeps, effuſus, ac frigefactus amiſſo rubore, tanquam in carbonē mutatur, ater ab omnibus vocatur.* Dictus eſt autem ater velut ἄνθραξ, id eſt carbo: nam propriè eſt carbonis extincti, vnde anthracinae dicuntur lugentium veſtes. Varro lib. III. De vita Pop. Rom. *Propinquae adoleſcentulae etiam anthracinis, proximae amiculo nigello, capillo demiſſo ſequerentur luctū, vt dum ſupra terram eſſent, ricinis lugerent, funere ipſo, vt pullis pallis amictae.* NEQ. SEPVLCHRVM QVO SE RECIPIAT,] Sequitur Cicero, *Vides quanto hic in errore verſetur: portum eſſe corporis ſepulchrum, & requieſcere in ſepulchro putat mortuum. Magna culpa Pelopis, qui non erudierit filium, nec docuerit, quatenus eſſet quidq. curandum.* HABEAT PORTVM CORPORIS,] Imprecatur Thyeſtes, vt inſepultus iaceat Atreus frater, ſemperq. vagus oberret: id ſibi perſuadens, ſepulchrum eſſe corporis portum, & malorum omnium ſempiternā quietem. Sed Virgilianus Anchiſes,

Digitized by Google

chiſes, ſiue iuxta Epicureorum opinionem, qui volebant, nihil poſt mortem ſupereſſe, ſiue quia contemnebat, quod poſt è vita migrationem ſenſu non percipitur, ait,

— facilis iactura ſepulchri eſt. Lib. 2. Aen.

Vnde illud Maecenatis,

Non tumulum curo: ſepelit natura relictos.

A Seneca verò in Agamemnone mors ipſa portus dicitur,

Portus aeterna placidus quiete.

Cic. I. Tuſc. *Paratum nobis portum, & perfugium mortem putemus: quò vtinam velis paſſis prouehi liceat.* NOLITE HOSPITES AD ME] Hos verſus ex hac eſſe Tragoedia ſuſpicor, quos Cicero ſic adducit, *Tetra enim res eſt, miſera, deteſtabilis, omni contentione, velis, vt ita dicam, remisq. fugienda. Qualis enim tibi ille videtur Tantalo prognatus, Pelope natus, qui quōdam à ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptis nactus eſt nuptijs? Iouis iſte quidē pronepos: tám ne ergo abiectus tamq. fractus? Nolite &c.* — ILLICO ISTIC] Hemiſtichium hoc cum ſequenti verſu repetit Cicero III. de Orat. NE CONTAGIO MEA] Adeò improborum pernicioſa eſt contagio, vt terra, mariq. ab corū conſuetudine refugiendum moneat Horatius,

— vetabo, qui Cereris ſacrum Lib. 3. Car. Od. 2.
Vulgarit arcanae, ſub iiſdem
Sit trabibus, fragilemq. mecum
Soluat faſelum —

Quod poſtremum verbum ex Euripidis Electra deſumpſit,

Μηδ' ἐπιόρκων μέτα συμπλείτω.

Q. ENNII FRAGMENTA EX PHOENICE.

SED virom vera virtute viuere animatum adiecit fortiter: Agell. lib. 7 cap. 17.
Eumq. innoxium vocare: aduerſus aduerſarios
Ea libertas eſt, qui pectus purum, & firmum geſtitat.
Aliae res obnoxiae nocte in obſcura latent.

Ibei tum derepentè ex alto in altum deſpexit mare. Non. De repentè.

Seueriter ſuſpectionem ferre falſam, futilium eſt. Id de Seueriter.

Vt

Idem Futile. Vt quod factum eſt futile amicei † nos feramus fortiter. † vos feratis.

Idē Faxim. Plus miſer ſum, ſi † ſceleſtum faxim, quod dicā fore. † v. c. ſceleſtim.

Idem Cupienter. Stultus eſt, qui cupida cupiens cupienter cupit. καππαρισμός.

Idem Duriter. Chariſ. lib. 2. Quam tibei ex ore orationem duriter dicteis dedit. δελταρισμός.

EXPLICATIO.

QVAMVIS de duobus Phoenicibus apud auctores fiat mentio, de altero quidem Agenoris filio, Cadmi fratre, qui Phoeniciae nomen dedit, de altero verò Amyntoris filio, qui cum Achille, vt tradit Homerus, ad bellum Troianum contendit, & Hygino auctore cum Pelope coniunctiſſimè vixit: non eſt verendum, de hoc Phoenice Ennium hanc ſcripſiſſe Tragoediam. Nam, vt ſaepe diximus, nõ tantùm imitatus eſt, ſed ſaepiſsime vertit Euripidem. Quem porrò Tragoediam hanc edidiſſe, pluribus locis oſtendit Stobaeus, Demoſthenes in oratione περὶ τῆς παραπρεσβείας, & Erotianus in Onomaſtico. Atq. hunc intellexiſſe Phoenicem, ex Euſtathio vel ſatis conſtat, qui vt eius ſocietatem, comitatumq. cum Achille oſtenderet, ait, καὶ Εὐριπίδης ἐν Φοίνικι ἄπιστον τὸν ἥρωα συντηρεῖ: hoc eſt, & in Phoenice Euripides indiuiſum (ab Achille ſcilicet) conſeruat heroem. Hunc igitur, cùm matris Hippodamiae precibus impulſus, Clytiam patris pellicem ſtupraſſet, cùmq. id reſciſſet Amyntor, odioſum, atq. inuiſum iam inde habuit. Quamobrem vt à patre decederet, cuius iurgia ferre nõ valebat, ad Peleum ſeſe contulit, à quo Dolopum rex eſt conſtitutus:
Lib. 3. etſi Apollodorus dicat, Phoenicem, cùm falsò à Clytia eſſet inſimulatus, oculorum luce à patre fuiſſe priuatum. Eius verba ſunt haec, οὗτος ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐτυφλώθη καταψευσαμένης φθορὰν Κλυτίας τῆς τοῦ πατρὸς παλλακίδος. Πηλεὺς δὲ αὐτὸν πρὸς Χείρονα κομίσας, ὑπ' ἐκείνου θεραπευθέντα τὰς ὄψεις, βασιλέα κατέστησε Δολόπων. Scripſerunt huius nominis fabulā Sophocles,
Lib. 2. vt eſt apud Athenaeum, & Ion Chius. SED VIROM VERA VIRTVTE VIVERE] Alludit ad viri etymon, quē volunt Grammatici à virtute dici. ANIMATVM] In primo Ann. *Homo animatus*, dixit. ADVERSVS ADVERSARIOS] Nullus hoſtium metus virum probum perterret: at quadam cum animi libertate, & alacritate omnia intrepidè aggreditur. Libertas enim

virtutis

virtutis eſt, ſeruitus verò vitij, vt ait Iſocrates in Enchiridio, ἐλευθερία καὶ δουλεία, τὸ μὲν ἀρετῆς ὄνομα, τὸ δὲ κακίας. — PECTVS PVRVM] Nullis ſcelerum ſordibus coinquinatum. Horatius, Lib. 1. Ser. Satyr. 6.

Non patre praeclaro, ſed vita, & pectore puro.

Item alibi, —— *nunc adbibe puro* Lib. 1. Epiſt. Epiſt. 2.

Pectore verba puer ——

Virgilius in Culice, *puro pectore*, dixit. FIRMVM] Non tantùm ab omni vitiorũ genere abhorrere debet vir bonus, ſed in vtraq. fortuna forti, ac conſtanti animo vti. Hinc Theognis ad Cyrnum ſuum inquit, virum bonum animum ſemper habere conſtantem, & cum proſperis, aduerſisq. rebus colluctari. Sic enim ait,

Κύρν' ἀγαθὸς μὲν ἀνὴρ γνώμην ἔχει ἔμπεδον αἰεί,
Τολμᾷ δ' ἔντ' ἀγαθοῖς κείμενος, ἔντε κακοῖς.

Vocem illam ἔμπεδον, quae propriè ſignificat ἐν πέδῳ ὤν, in ſolo ſtans, ſic expreſſit Horatius, Lib. 2. Ser. Satyr. 3.

Stas animo? & purum eſt vitio tibi, cùm tumidum eſt cor?

SI SCELESTVM] In antiquo, *ſi ſceleſtim.* STVLTVS EST, QVI CVPIDA CVPIENS] Plautus Caſina,

—— *quid iſtuc tam cupidè cupis?*

HAEC EX EVRIPIDEA PHOEN. EXSTANT FRAGMENTA.

ΦΘΟ'ΝΟΝ οὐ σέβω, φθονεῖσθαι δ' ἂν θέλοιμ' ἂν ἐπ' ἐσθλοῖς. Stob. Ser. 38.

Σὺ δ' ὦ πατρῴα χθὼν ἐμῶν γεννητόρων, Idem Ser. 39.
Χαῖρ'. ἀνδρὶ γάρ τοι κἂν ὑπερβάλλῃ κακοῖς,
Οὐκ ἔστι τοῦ θρέψαντος ἥδιον πέδον.

Μοχθηρόν ἐστιν ἀνδρὶ πρεσβύτῃ τέκνα
Δίδωσιν ὅστις. οὐκέθ' ὡραῖος γαμεῖ. Idem Ser. 69.
Δέσποινα γὰρ γέροντι νυμφίῳ γυνή.

Πικρὸν νέᾳ γυναικὶ πρεσβύτης ἀνήρ. Idẽ ibid.

Γυνὴ τε πάντως ἀγριώτατον κακόν. Idẽ Serm. 71.

Μέγιστον ἆρ' ἦν ἡ φύσις. τὸ γὰρ κακὸν Idem Ser. 88.
Οὐδεὶς τρέφων εὖ χρηστὸν ἂν θείη ποτέ.

HHH Ὦ πλοῦτ'

Idem Ser. 8y. & Ser. 91.

Σὺ πλοῦτ', ὅσῳ μὲν ῥᾷστον εἰ βάρος φέρειν.
Πόνοι δὲ κἀν σοί, καὶ φθοραὶ πολλαὶ βίου
Ἔνεισ'. ὁ γὰρ πᾶς ἀσθενὴς δίων βροτοῖς.

Q. ENNII FRAGMENTA EX MELANIPPA.

Non. Soſpitent, & ſupſtitét. — REgnumq́. noſtrum vt ſoſpitent, ſuperſtitentq́.

Idem Auſcultare. — Mihei auſculta nate, pueros cremari iube.

Idem Auguro. — Certò hîc eſt nulla, quin monſtrum ſiet:
Hoc ego tibei dico, & coniectura auguro.

Priſc. lib. 10. — Quòm ſaxum ſciciderit —

Macr. lib. 6. cap. 4. — Lumine ſic tremulo terra, & caua caerula candent. κατταχισμός.

Agell. lib. 5. cap. 11. — Stata forma. —

EXPLICATIO.

TAMETSI ex his, quae Poëta noſter ſcripſit, licet intelligere, quantùm poëtica facultate praeſtiterit, tamen in fabulis ſcribẽdis Graecas potiùs Latinè extuliſſe, quàm ipſum nouas confinxiſſe videtur. Itaq. hanc etiam ex Euripide vertiſſe exiſtimo. Scripſerat enim ille hanc fabulam, vt teſtatur Ariſtophanes, apud quem ἐν Θεσμοφοριαζούσαις mulier queritur, Euripidem Melanippas, Phaedrasq́. repraeſentare, eò quòd improbae, ſceleſtaeq́. eſſent mulieres: Penelopen autem, quòd temperans eſſet, nunquam egiſſe. Sed quemadmodum ambiguum huius fabulae eſt nomen, nam Menalippe, & Melanippe legitur, ſic etiam dubium argumentum. Quod tamen id eſſe potuit. Melanippe Deſmontis, ſiue (vt alijs placet) Aeoli filia, cùm Neptuni congreſſu grauida facta eſſet, eamq́. ob rem à patre excaecata, coniecta eſt in carcerem. Cùm autem enixa eſſet gemellos, iuſſum eſt, eos feris obijci: quibus tamen vacca lactans vbera praeſtabat. Quod cùm armenti cuſtodes conſpexiſſent, eos educauerunt. Per ea verò tempora Metapontus Icariae rex ab vxore ſua Theano admodum flagitabat,

gitabat,

gitabat, vt procrearet ſibi filios, niſi repudiari vellet. Quod ea timẽs regij pecoris magiſtris ſignificauit, darent operã, vt aliquis ſibi mittatur infans, qui pro ſuo ſupponeretur. Illi inuentos miſêre. Mox autem accidit, vt Theano ipſa duos verè pareret. Sed cùm Metapontus priores ob formae praeſtantiam haberet chariores, quaerere ipſa coepit, quî eos de medio tolleret, vt regnum conſeruaret ſuis. Rex fortè diſceſſurus erat ſacrorum faciendorum cauſſa: itaq. per eam occaſionem illa indicat filijs, alteros eſſe ſuppoſititios, iubetq. vt, cùm venatum contenderent, eos interficerent. Cùm autem id eſſent aggreſſi, Neptuni ope ab eius filijs victi ſunt, cumq. mortui relati eſſent in regiam, Theano ſe gladio confodit. Boeotus & Aeolus (ſic enim dicebantur Melanippes filij) ad conſueta ſtabula confugerunt: vbi à Neptuno audierunt, ex ipſo ſeſe editos eſſe, matremq. in cuſtodia coërceri. Quamobrem profecti, matrem, necato Deſmonte, liberarunt, quae à Neptuno oculos recepit. Tum filij vnà cum ea ad Metapontum regem perrexerunt, indicataq. Theanûs perfidia, ille Melanippen duxit vxorem, ipſosq. adoptauit. Qui deinde in Propontide Boeotiam, & Aeoliam à ſuo nomine condiderunt. Haec ferè ab Hygino in fabulis. Melanippen autem idem tradit Chironis Centauri fuiſſe filiam, quae cùm ab Aeolo Hellenis filio compreſſa, grauida eſſet, iamq. inſtaret partus, patrem fugiens deorum commiſeratione in equam verſa eſt. Hoc verò ex Euripide refert. Ex quo autem prius illud argumentum extulerit, non indicat. Sed vtramq. ſcripſiſſe Euripidem opinor: nam apud Athenaeum citatur Euripides ἐν δεσμώτιδι ἡ Μελανίππῃ, quod ſine dubio ad priorem pertinet fabulã, vt illud etiam Strabonis, ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι, καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν. De altera autem, planè ex Hygino notum eſt. At vtram conuertiſſe Ennium dicemus? Dubium eſt hoc: nam illud, *Regnumq. noſtrum vt ſoſpitent, ſuperſtitentq.*,

Lib. 2. Poet. aſtron.

Lib. 13. cap. 2.

Lib. 6.

Itemque illud,

Mihei auſculta nate, pueros cremari iube,

manifeſtè de Melanippe fuiſſe apparent. At illud rurſum,

Certò hîc eſt nulla, quin monſtrum ſiet.

ad Melanippen in equam conuerſam referri poſſe videtur. Vtcunq. autem res ſeſe habuerit, initium Melanippes Euripideae ſatis celebre apud priſcos auctores fuit. Nam Plato in conuiuio Eryximachum ita loquentem inducit, ἡ μὲν μοι ἀρχὴ τοῦ λόγου ἐστὶ κατὰ τὴν Εὐριπίδου Μελανίππην. Caetera tanquam nota tacuit. Sed Plutarchus in Erotico ita de principio huius fabulae, Ἀκούεις δὲ δήπου τὸν Εὐριπίδην ὡς ἐθορυβήθη ποιησάμενος ἀρχὴν τῆς Μελανίππης, Ζεὺς γὰρ οἶδα πλὴν ἐγὼ, μεταλαβὼν δὲ χορὸν ἄλλον ἐθάῤῥει ὡς ἔοικε τῷ δράματι γεγραμμένῳ πανηγυρικῶς καὶ περιττῶς,

ἤλλαξε τὸν στίχον, ὡς νῦν γέγραπται, Ζεὺς ὡς λέλεκται τῆς ἀληθείας ὕπο. Quae Latinus interpres vertit, *Audis ſanè quomodo Euripides perturbatus eſt, cùm fecit principium Melanippae,*

Iuppiter vt equidem ſentio:

verùm facta mutatione verborum propter quendam ſuum inimicum confidebat (vt videtur) fabulae ſcriptae magnificè ac egregiè, & mutauit verſum, vt nunc eſt ſcriptus,

Iuppiter vt aeui fama verax comprobat.

Sed ex vno Euripideae Melanippes loco, quem refert Diodorus, cognoſcere licet, quanta ſententiarum grauitate, ac pondere ſcripta fuerit, inquit enim lib. I. Biblioth.

ὡς οὐρανός τε γαῖά τ' ἦν μορφὴ μία.
Ἐπεὶ δ' ἐχωρίσθησαν ἀλλήλων δίχα,
Τίκτουσι πάντα κἀνέδωκαν εἰς φάος,
Δένδρη, πετεινά, θῆρας, οὕς θ' ἅλμη τρέφει,
Γένος τε θνητῶν ——

Scaliger autem ait, Ennium Melanippen ex Sophocle cõuertiſſe: quod puto μνημονικῷ ἁμαρτήματι dixiſſe: nam adhuc non comperi, Sophoclẽ huius nominis fabulam dediſſe. Scripſit tamen Accius Menalippum, ſiue Melanippum fabulam longè ſanè diuerſam: ſed ex loco, qui adducitur à Cicerone, & repetitur à Nonio,

Florem quiſnam liberûm inuidit meûm,

arbitror etiam Melanippen ſcripſiſſe: ea enim magis Melanippae de ablatis filijs conquerenti, quàm Menalippo videntur conuenire. REGNVMQ. NOSTRVM] Videntur haec verba eſſe Metaponti ab vxore petentis, vt ſibi, quò regnum retineri poſſit, liberos procrearet. SOSPITENT, SVPERSTITENTQ.] Affert Nonius duobus locis eundem verſum: in altero ex Menalippa, in altero verò ex Menalippo. Vnde patet, ſaepe nominis ſimilitudine librarios fuiſſe deceptos. Vtrunq; tamen verbum in vtroq; loco, pro, *ſaluare*, poſitum eſſe, idem tradit. LVMINE SIC TREMVLO] Hexametrum in Tragoedia miſcuit: quod Seneca quandoque imitatus

Lib. 7. eſt. Virgilius, —— *ſplendet tremulo ſub lumine pontus.*

Lib. 8. Idem, *Sicut aqua tremulum labris vbi lumen abenis*

Sole repercuſſo ——

Lib. 4. Nec longè abſunt ea Lucretij de Sole,

Iamq. rubrum tremulis iubar ignibus erigere altè

Cùm coeptat natura ——

Lib. 5. Et rurſus, *Sub terris ideo tremulum iubar haeſitat ignis.*

STATA FORMA] Agellius ita hunc locum affert, *Inter enim pulcherrimam foeminam, & deformiſſimã media quaedam forma eſt, quae*

à nimio pulchritudinis periculo, & à ſũmo deformitatis odio vacat. Qualis à Q. Ennio in Melanippe perquam eleganti vocabulo ſtata dicitur: quae neq. κοινὴ futura ſit, neq. πονή. Quam formam modicam, & modeſtam Phauorinus non mehercle inſcitè appellat vxoriam. Ennius autem in iſta, quam dixi, Tragoedia, eas ferè foeminas ait incolumi pudicitia eſſe, quae ſtata forma forent. Ad huius vocis ſignificationem fortaſſe reſpexit Lucretius, vbi de animi varietate loquens ait, Lib. 3.

Eſt etiam quoq. pacati ſtatus aëris ille.

Quo loco doctè quidem Giſanius inquit, *Ita egregiè vocat ingenium, nec feruidum, nec frigidum nimis, ſed ijs interiectum, moderatum ſcilicet, in quo aër, & calor ſit temperatus*. Idem ferè de corpore tradidit Plato, Lib. 5. de Leg qui vult illius honorem circa medium conſiſtere, ne nimis robuſtũ, pulchrumq. ſit, néue nimis debile, aut deforme. Alterum enim audaces, inflatoſq. animos reddere, alterum deiectos, & illiberales. Circunfertur vulgatum diſtichon ab hac re non alienum,

Cum media ſemper gaudebam ludere forma:
Maior enim medijs gratia ſemper ineſt.

EVRIPIDEAE MELANIPPES FRAGMENTA ALIA.

Stob. Sér. 30.

ΑΡΓΟ'Σ πολίτης κεῖνος, ὡς κακός γ' ἀνήρ.
Ἀργὸς γὰρ οὐδεὶς, θεοὺς ἔχων ἀνὰ στόμα
Βίον δύναιτ' ἂν συλλέγειν ἄνευ πόνων.

Idẽ. Ser. 50.

Παπαῖ, νέος καὶ σκαιὸς οἷος εἶς ἀνήρ.

Idẽ Serm. 60.

Δοῦλον γὰρ ἐσθλὸν τοὔνομ' οὐ διαφθερεῖ.
Πολλοὶ δ' ἀμείνους εἰσὶ τῶν ἐλευθέρων.

Idẽ Serm. 67.

Τῆς μὲν κακῆς, κάκιον οὐδὲν γίνεται
Γυναικός. ἐσθλῆς δ' οὐδὲν εἰς ὑπερβολὴν
Πέφυκ' ἄμεινον. διαφέρουσι δ' αἱ φύσεις.

Idẽ ibid.

Ἄλγιστόν ἐστι θῆλυ μισηθὲν γένος.
Αἱ γὰρ σφαλεῖσαι ταῖσιν οὐκ ἐσφαλμέναις
Αἶσχος γυναιξὶ, καὶ κεκοίνωνται ψόγον
Ταῖς οὐ κακαῖσιν αἱ κακαί. τὰ δ' εἰς γάμους
Οὐδὲν δοκοῦσιν ὑγιὲς ἀνδράσι φρονεῖν.

Idẽ serm. 68.

Γάμους δ' ὅσοι σπεύδουσι μὴ πεπρωμένους,

Μάτην πονεῖν. ἡ δὲ † τὸ χρεὼν πόσει † τῷ
Μένουσα, κἂν σπουδαῖος ἦλθεν εἰς δόμους.

*

Idẽ ibid. Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.

*

Idẽ ibid. Ὅσοι γαμοῦσι δ' ἢ γένει κρείσσους γάμους,
Ἢ πολλὰ χρήματ', οὐκ ἐπίστανται γαμεῖν.
Τὰ τῆς γυναικὸς γὰρ κρατοῦντ' ἐν δώμασι
Δουλοῖ τὸν ἄνδρα, κοὐκέτ' ἔστ' ἐλεύθερος.
Πλοῦτος δ' ἐπακτὸς ἐκ γυναικείων γάμων,
Ἀνόνητος, αἱ † γὰρ διαλύσεις ῥᾴδιαι. † δ'

*

Idẽ Ser. 70. Μετρίων λέκτρων, μετρίων δὲ γάμων μετὰ σωφροσύ-
νης κῦρσαι θνητοῖσιν ἄριστον.

*

Idẽ Ser. 71. Πλὴν τῆς τεκούσης, θῆλυ πᾶν μισῶ γένος.

*

Idẽ Ser. 74. Ἴστω δ' ἄφρων ὤν, ὅστις ἄτεκνος ὢν τὸ πρὶν,
Παῖδας θυραίους εἰς δόμους ἐκτήσατο.
Τὴν μοῖραν εἰς τὸ μὴ χρεὼν παραστρέφων,
Ὧι γὰρ θεοὶ διδῶσι μὴ φῦναι τέκνα,
Οὐ χρὴ γκαλεῖσθαι πρὸς τὸ θεῖον, ἀλλ' ἐᾶν,
Αὐτὸς γὰρ οὐδεὶς οἶδε πῶς ἐγένετο.

*

Idẽ Ser. 81. Ὅστις δ' ἀμείλικτον πατὴρ ἔχει νεανίας,
Στυγνόντ' ἐν οἴκοις, μεγάλα κέκτηται κακά.

*

Idẽ Ser. 92. Ὦ τέκνον ἀνθρώποισιν ἔστιν εἷς βίος
Ὁ μικρὸς ἄκρατος. ἐγένετο δ' ὄγκος κακῶν.

*

Idẽ Ser. 106. Τὰ τυγχάνοντα δ' ὅστις εὖ φέρει βροτῶν,
Σοφὸν νομίζω, σωφρονεῖν τ' ἐμοὶ δοκεῖ.

*

Idẽ Ser. 114. Παλαιὸς αἶνος. ἔργα μὲν νεωτέρων,
Βουλαὶ δ' ἔχουσι τῶν γεραιτέρων κράτος.

*

Idẽ Ser. 115. Τί δ' ἄλλο, φωνὴ καὶ σκιὰ γέρων ἀνήρ.

*

Idẽ. Ser. 123. Τί τοὺς θανόντας οὐκ ἐᾷς τεθνηκέναι,
Καὶ τ' ἐκχαθέντα συλλέγεις ἀλγήματα;

Q. ENNII FRAGMENTA EX ALCMAEONE.

FACTVM eſt iamdiu. — Non. ſ. diu.

Multis modis ſum circumuentus morbo, exſulio, atq. inopia: Cic. l b 4. de Fin. & 3. de Orat.
Tum pauor ſapientiam mihi omnem † ex animo expectorat.

† exanimato, exinanito.

Sed mihi neutiquam cor conſentit. Idem. 4. Acad qſt.

Vnde haec flamma oritur? Idē ibid.
Incede incede, adſunt adſunt, me me expetunt. idē ibid.

Fer mi auxilium, peſtem abige à me Idē ibid.
Flammiferam, hanc vim quae me excruciat.
Caeruleae incinctae igni incedunt,
Circumſtant cum ardentibus taedis.
Intendit crinitus Apollo.
Arquum auratum Luna innixus:
Diana facem iacit à laeua.

EXPLICATIO.

AMphiaraus cùm eſſet vaticinandi peritiſſimus, optimè ſe noſſe arbitrabatur, ſi ad Thebanam expugnationem proficiſceretur, ibi mortem eſſe oppetiturum. De quo per imaginem ait Cicero; *Itaq. vel officio, vel fama bonorum, vel pudore victus, vt in fabulis Amphiaraus, ſic ego prudens, & ſciens ad peſtē ante oculos poſitam ſum profectus.* Vt igitur formidatas fatorum minas Amphiaraus declinaret, abdidit ſeſe, conſcia duntaxat Eriphyle coniuge. Cui Adraſtus frater vnus ex ſeptem, qui ad Thebas profecti ſunt, vnde ipſe ſolus euaſit incolumis; perſuaſit, vt latentem virum proderet: quanquam aliquibus placet, Eriphylen, accepto aureo monili, ab Hermione Cadmi vxore adductam fuiſſe, vt mariti latebras patefaceret. Quód mirum in modum aegrè ferens Amphiaraus Alcmaeoni filio praecepit, vt poſtquā ipſe Lib. 6. Epiſt.

è vita

è vita deceſſerit, paucis poſt diebus illico de auara, ſceleſtaq. matre poenas ſumeret. Nec longè pòſt comprobauit euentus, verum illum ſui funeris vatem fuiſſe. Nam cùm duces, qui Polynicis in bello fortunam ſecuti ſunt, conuiuio ſe exhilarabant, aquila è celo delapſa Amphiarai haſtam in ſublime tulit: vnde mox illam demiſit, quae humi defixa in laurum eſt conuerſa. Quo in loco cùm poſtridie dimicaretur, Amphiaraus vnà cum curru, vt refert Thraſymachus lib. III. κτισέων, terrae hiatu abſorptus eſt, ibiq. conditum eſt oppidum, quod
Nem. Od. 9. vocatur ἅρμα, hoc eſt currus. Sed Pindarus confirmat Amphiaraum terrae hiatu fuiſſe, annuente Ioue, cum equis abſorptum, ne Periclymeni telo transfigeretur. Alcmaeon autem paterni iuſſus non immemor, matrem interemit. Quamobrem cum deinde vehementer Furijs
Lib. 3. Eleg. 4. exagitatum proditum eſt. Vnde à Propertio Furiae Alcmaeoniae dictae ſunt. Cui aliquando percontanti, quónam pacto ab inſania libe-
Lib. 6. rari poſſit, haec Apollo, vt refert Athenaeus, reſpondit,

> Τιμῆεν μ' αἰτεῖς δῶρον μανίαν ἀποπαῦσαι.
> Καὶ σὺ φέρειν τιμῆεν ἐμοὶ γέρας, ᾧ ποτε μήτηρ
> Ἀμφιάραον ἔκρυψ' ὑπὸ γῆν αὐτοῖσι σὺν ἵπποις.

Cuius quidem iuſſu Alcmaeon in Delphico templo omnem Eriphyles ornatum depoſuerat. Quem poſtea, cùm hoc templum Onomarchus, Phaullus, & Phalaecus diripuiſſent, eorũ mulieres ſuſtulêre, vt tradit Ephorus, eiuſq. filius Demophilus lib. Hiſt. XXX. Rem aliquãtò diuerſiùs narrat in III. Apollodorus, Diodorus Siculus Rer. Antiquar. lib. IV. & Didymus ex Aſclepiade. Refert Plutarchus in libello περὶ φυγῆς Alcmaeonẽ, quò Eumenidas effugeret, iuxta limoſum Acheloi aggerem inhabitaſſe. Eandẽ fabulam ſcripſit è Graecis Euripides, vt ex III. Ariſtotelis Ethicorum liquet: à quo hanc noſter fortaſſe
Lib. 4. conuertit. Apud Athenaeum affertur Ἀλκμαίων σατυρικὸς Achaei Eretrienſis, qui in Satyrico dramate Tragicam perſonam, mente captũ ſcilicet, & furentem Alcmaeona poſt maternam caedem non incongruè induxerat cum Silenis, Satyris, alijsq. eiuſdem generis: quos bacchantes, & furentes etiam Poëtae finxerunt. In quo genere eſſe arbitror Euripidis Κύκλωψ. Ex Latinis verò ſcripſit Accius: cuius quaedam
Odyſ. λ. apud Nonium fragmenta reperiuntur. Homerus Eriphylen dixit aurum viro praetuliſſe,

> —— ςυγερήν τε Ἐριφύλην,
> Ἣ χρυσὸν φίλου ἀνδρὸς ἐδέξατο τιμήεντα.

Odyſ. ο. Idem rurſus ait, Amphiaraum Thebis muliebrium donorum cauſſa perijſſe, Ἀλλ' ὄλετ' ἐν Θήβῃσι γυναίων εἵνεκα δώρων.
Idem ferè expreſſit in Electra Sophocles,

> Οἶδα γὰρ ἄνακτ' Ἀμφιάρεων

Χρυσοδέτοις
Ἕρκεσι κρυφθέντα
Γυναικῶν ἀπάταις.

Quod quidem argumentum latiùs pertractauit idem Poëta in fabula, quã Eriphylen inſcripſit: cuius meminit Clem. Alex. VI. Strom. Tetigit eam rem per exemplũ quàm breuiſſimum Plato, Εἰ δὲ τὸ ἑαυτοῦ θειότατον ὑπὸ τῷ ἀθεωτάτῳ τε καὶ μιαρωτάτῳ δουλοῦται, καὶ μηδὲν ἐλεεῖ, οὐκ ἄρα ἄθλιός ἐςι, καὶ πολὺ ἐπὶ δεινοτέρῳ ὀλέθρῳ χρυσὸν δωροδοκεῖ, ἢ Ἐριφύλη, ἐπὶ τῇ τοῦ ἀνδρὸς ψυχῇ τὸν ὅρμον δεξαμένη; hoc eſt, Si verò partem ſui diuiniſſimã impijſſimae, ac ſceleſtiſſimae ſubijcit in ſeruitutem, & nihil miſeretur, non miſer eſt, & ob multò maiorem peruiciem auri munera accipit, quàm Eriphyle monile accepit, vt virum de medio tolleret? Horatius, Lib. 9. de Republ. Lib. 3. Car. Od. 16.

—— concidit auguris
Argiui domus, ob lucrum
Demerſa excidio ——

Statius, *—— nec coniugis abſunt* Lib. 4. Theb.
Inſidiae: vetitoq. domus iam fulſerat auro.
Hoc aurum vati fata exitiale monebant
Argolico. ſcit & ipſe nefas. ſed perfida coniux
Dona viro mutare velit ——

Virgilius de eadem à filio interempta, Lib. 6.
—— moeſtamq. Eriphylen
Crudelis nati monſtrantem vulnera cernit.

Ouidius, *Ex quibus exierat, traiecit corpora ferro,* Lib. 1. Amor. Eleg. 10.
Filius, & poenae cauſſa monile fuit.

Properti⁹, *Aſpice quid donis Eriphyle inuenit auaris.* Lib. 2.

Idem, *Tu quoq. vt auratos gereres Eriphyla lacertos,* Lib. 3.
Dilapſis nuſquam eſt Amphiaraus equis.

Sulpitius Lupercus,
Sic latebras Eriphyla viri patefecit, vbi aurum
Accepit turpis materiam ſceleris.

FACTVM EST IAMDIV —] Nonius, *olim*, interpretatur.

MVLTI' MODIS] Cicero in extremo libro de Orat. ait, *Aliud metus, demiſſum, & baeſitans & abiectum. Multi' modis &c.* Idem eodẽ libro ait, *Nouantur autem verba, quae ab eo, qui dicit, ipſo gignuntur, ac fiunt, vel coniungendis verbis, vt haec,*

Tum pauor ſapientiam mihi omnem, &c.

Et alibi, *Timorem*, ait, *metum mali appropinquantis: pauorem, metum mentem loco mouentem, ex quo illud Ennij,* Lib. 4. Tuſc.

Tum pauor, &c.

Verùm haec, vt ex IV. de Fin. liquet, ab Alcmaeone dicta ſunt, qui

cùm maternae caedis poenas lueret, vt oſtenderet ſe ad ſummam deueniſſe miſeriam, dicebat hiſce omnibus ſe circumuẽtum malis, quorum ſingula magna eſſent. Turnebus ait, *Ex animo valet exanimato. Nam qui duobus verbis ex animo ſcribunt, ridiculam reddunt tranſlationem: cùm ex animo expectorare non minus riſum commoueat, quàm ſi quis viciſſim ex pectore exanimare dicat.* Non animaduertit ſanè Turnebus, cùm haec ſcripſerat, id ἐνεργητικῶς dictum eſſe, vt in hoc Accij loco ex Phoeniſſis, *Incuſant vltro, à fortuna, opibusq. omnibus*

Adu. lib. 7. cap. 17.

Deſertum, abiectum, afflictum † ex animo expectorant.

† & animo.

Sed mirè hoc verſu Ennius timentis affectum expreſſit: nam cùm quis timore corripitur, mentis tota acies hebetatur, obtunditurq;. Singulae autem circumſtantiae mouendae, augendaeq. commiſerationis vim habent, & inter praecipuas tragicas exſecrationes commemorantur. Vnde dicere ſolebat Diogenes Sinopeus de ſe ipſo, ſe implere & ferre tragicas omnes exſecrationes, ſcilicet erronẽ eſſe, domo, patriaq. carere, mendicum agere, tenui amictu tegi, inq. diem viuere. SED MIHEI NEVTIQVAM COR CONS] Cicero in Lucullo hoc modo affert hunc locum, *Ea ſunt eiuſmodi, quae à te diligentiſſimè tractata ſunt: Dormientium, & vinolentorũ, & furioſorum viſa imbecilliora eſſe dicebas, quàm vigilantium, ſiccorum, ſanorum, quomodo? quia cùm experrectus eſſet Ennius, non diceret, ſe vidiſſe Homerum, ſed viſum eſſe. Alcmaeo autem, Sed mihei neutiquam &c.* Non longè pòſt. *Quid ipſe Alcmaeo tuus* (Catulum alloquitur) *qui negat, cor ſibi cum oculis conſentire? Nónne ibidem incitato furore? &c.* Deinde, *Quî magis haec crederet, ſi eſſent, quàm credebat, quia videbantur? apparet enim iam cor cum oculis conſentire.* Arbitror autem haec, quae diximus, quaeq́ mox ſequẽtur, ex Enniana Alcmaeone vt antiquiore & celebriore eſſe: quãuis aliqui Accij, ſiue alterius poëtae eſſe exiſtiment: quod minimè verũ cenſeo: nam ſuperiorẽ verſum expreſsè Cicero ex Ennij Alcmaeone adduxit. Si enim reliqua ex alio poëta petita eſſent, auctoris nomẽ addidiſſet, ne crederentur eiuſdem eſſe, quem paullò antè nominauit. VNDE HAEC FLAMMA ORITVR?] Non ſine mentis cõſternatione, & terrore ſunt haec ab Alcmaeone prolata. Videbatur enim videre, ſe vndiq. Furijs flammas inferentibus circumſeptum. INCEDE INCEDE,] Hac verborum repetitione magnum furentis animi impetum indicat, & diſſolutione, quàm Graeci διάλυσιν vocant, facti celeritatem. Huic non diſſimilis eſt ille in Oreſte Euripidis verſus,

Αὗται γὰρ αὗται πλησίον θρώσκουσί μου.

PESTEM ABIGE A ME] Remota tranſlatio, ſicut & illa Maronis de Didone,

Lib. 1. Aen.

peſti

— *peſti deuota futurae:*

vbi pro peſte amorem intelligit: alibi verò Furiam, Lib. 7.

— *peſtis enim tacitis latet aſpera ſyluis.*

Praeter vulgatam ſignificationem peſtis dicitur, quicquid exitium affert. — HANC VIM QVAE ME EXCRVCIAT.] Violentas nimirum Furias, & à forma terribiles. CAERVLEAE INCINCTAE IGNI INCEDVNT,] Locus corruptus reſtituendus, *Caeruleo incinctae angui* —

Quod epitheton frequenter datur ſerpentibus. Ouidius, Lib. 5. Met.

Caeruleus ſerpens, horrendaq. ſibila miſit.

Sed Virgilius de anguibus Furialibus ad noſtri Poëtae imitationem, Lib. 4. Georg.

— *caeruleosq. implexa crinibus angues*

Eumenides —

Rurſus autem Ouidius de Tiſiphone,

— *cruore rubentem*

Induitur pallam, tortoq. incingitur angue.

De qua fortaſſe loquebatur Varro Atacinus, cùm ait,

Cuius vt aſpexit torta caput angue reuinctum.

Vt quiſq facilè noſtram lectionem probare poſſit: nec tamen nego, hoc epitheton Furijs etiā tribui: ſiquidem candentibus oculis fictae ſunt, dum reliqui corporis color caeruleus eſſet, vergeretq. ad nigrū. Orpheus in Hymnis,

Κυανόχρωτοι ἄνασσαι ἀπαστράπτουσαι ἀπ' ὄσσων,

Δεινὴν ἀνταυγῆ φάεος σαρκοφθόρον αἴγλην.

Hoc modo Heliodus Aethiopas caeruleos viros dixit: Ouidius caeruleam mortem, & Statius caeruleam vmbram. CIRCVMSTANT CVM ARDEN. TAEDEIS] Cur finxerint Poëtae, Furias ardentes faces geſtare explicat Cicero, quod videre eſt in Eumenidibus. Suetonius de Nerone, *Saepe ait confeſſus exagitari ſe materna ſpecie, verberibus Furiarum, ac taedis ardentibus.* INTENDIT CRINITVS APOLLO] Haec verba cum ſuperioribus eſſe continua, & ſenſus indicat, & ex Cicerone patet. Videtur autem Alcmaeo non ſolùm Furijs perterreri, ſed etiam ab Apolline ſagittis confodi, & à Diana facibus impeti. Effingebāt autem veteres Apollinis ſimulachra cum telo, arcu, & pharetra. Qui ſi telum in manibus habeat, dicitur eſſe noxius. 2. Theb.

Virgilius, *Actius haec cernens arcum intendebat Apollo* Lib. 8.

Deſuper —

Statius, — *arcu crudelis iniquo* Lib. 1. Theb.

Peſtifera arma iacit —

Cùm verò recondit, placidus & beneuolus. Nunquam enim niſi iratus fertur iacula emiſiſſe. Hinc Homerus in principio Iliados ſagittas

ante omnia ei tribuit, eundemq́. facit, & peſtilentiae, & ſalutis aucto-
Lib. 1. Car. Od. 10. rem. *Neq.* enim *ſemper*, vt ait Horatius, *arcum Tendit Apollo:* qui frè-
quentiùs ἀκέσιος, & ἀλεξίκακος eſſe ſolet, malaq́. propellere, quàm im-
mittere. Cùm verò noxius eſt, Apollinem ferunt dictum ἀπὸ τοῦ ἀπο-
βάλλειν, hoc eſt, ab iaciendo. Inde Homerus, Orpheus, alijq́ poëtae
Graeci eum & ἑκηβόλον, & ἕκατον, modò ἑκατηβελέτην modò ἑκατηβόλον,
tum ἑκαβόλον appellarunt, à ſagittis eminus iaciendis. Hinc in Merca-
tore Plautus matrem familiâs inducit precantem Apollinem, vt filio
ſuo parcat. Is verò non hominibus tantùm formidabilis erat, ſed vt
Proclus Lycius teſtatur in Hymnis, ipſis daemonibus, qui hominibus
pernicioſi ſunt. Sic autem ille,

Δειμαίνουσι δὲ σεῖο θοῆς μάστιγος ἀπειλὴν
Δαίμονες ἀνθρώπων δηλήμονες ἀγριόθυμοι.

Vnde Capella in nuptijs Philologiae ſagittarium, & vulnificum ap-
pellauit: ſed qui eam rem ad phyſicam referunt rationem, Apollinis
ſagittas violentos Solis radiorum ictus interpretantur, quorum vi ni-
mia, ac intemperie peſtis mortalibus immittitur: eoq́. quòd animan-
tes perimat, aliqui opinati ſunt Apollinem dictum, ὡς ἀπολύοντα τὰ
ζῶα. Sed eum Solis effectum ſignificabant etiam, cùm Paeana Apol-
linem dicebant, vt exponit Feſtus, quòd ſagittarum ictu eum nocere
putabant: eſt enim παίειν ferire. Alij, quòd remedium morbis finem
faceret talis grauitatis: ad quod videtur eo verſu apud Suetonium al-
luſum, *Noſter erit Paean ille Hecatebeletes.*
In Epodo. Quamobrem Flaccus in Carmine ſaeculari, quod Apollini praecipuè,
ac Dianae canere veteres conſueuerũt, vt ab imminentibus malis pro-
pitios redderent, ait,

Conditor mitis, placidusq́. telo
Supplices audi pueros Apollo.

Lib. 10. Criniti epitheto vſus eſt Maro,

Aetheria tum fortè plaga crinitus Apollo.

Od. 1. Philoſtratus Iunior in Heroicis eum ἀκερσεκόμην, Pindarus in Iſth.
ἀκειρεκόμαν, παρὰ τὸ α καὶ κείρω κόμην nominarunt. Vnde per periphraſin
Lib. 3. Propertius, & Ouidius intonſum Deum dixerunt, & Horatius inton-
Lib. 3. Triſt. ſum Cynthium: Auctor verò obſcoeni carminis, comoſum Phoebum.
Eleg. 1. Vocant etiam illum Graeci χρυσοκόμην, quem nos auricomum dici-
Lib. 1. Car. mus. Rurſus Pindarus χαίτηεν dixit: vnde fortaſſe à noſtro crinitus.
Od. 21. Mos fuit antiquiſſimis illis ſaeculis, vt ephebi Apollini comam nutri-
Pyth. rent: qui deinde cùm

— *prima genas veſtibat flore iuuenta*,

Delphũ ſe conferentes comae primitias Deo offerebant. Cuius cõſue-
tudinis meminit in Theſeo Plutarchus. ARQVVM AVRATVM]

Epitheton à materia. Inde à Virgilio, Ouidio, & Statio Arcitenens dictus eſt, antiquiorum poëtarum imitatione. Naeuius lib. I. Belli Punici, — deinde Lib. 3. Aen. Lib. 1. Met. Syl. 4.

Pollens ſagittis inclutus
Arcitenens, ſanctusq.
Delpheis prognatus Pythius
Apollo ——

Sic fortaſſe diſtinguendi ſunt ij Saturnij verſus. Inclutus arcitenens ab Homero dictus κλυτότοξος. Hoſtius lib. II. Belli Hiſtrici, Odyſſ. φ

Dia Menerua, ſimul autem inuictus Apollo
Arcitenens, Latonius ——

Ab aureo arcu, quem geſtat, Graeci χρυσότοξον appellant. Sed frequẽtiùs ἀργυρότοξον, ab argenteo arcu, quem habebat, cùm ſerpentem Pythonem interemit. Quod etiam allegoricè dixerunt ob lucis candorẽ. — LVNA INNIXVS:] Hoc verbo geſtum corporis exprimit, quaſi dicat, adeò innixus arcum intendit, vt ad Lunae formam curuaretur. Expreſſit paucis Ennius, quod pluribus feliciſſimè Maro, Lib. 11.

—— *donec curuata coirent*
Inter ſe capita ——

Statius de eodem Apolline, Lib. 1. Achill.

Ingentemq. manu curuaret Delius arcum.

Ouidius Enniana vſus tranſlatione, Lib. 1. Amor. Eleg. 1.

Lunauitq. genu ſinuoſum fortiter arcum.

Cui contrarium eſt, remittere, & laxare arcum. Vnde Horatius *remiſſo arcu*, & *laxo arcu* dixit. DIANA FACEM IACIT AB LAEVA.] Dianam quoq. ab antiquis traditum eſt, horribilem ac formidabilem Deam eſſe. Quare iracundam in Poëtica Horatius appellauit. Grauiſſimis enim quoſlibet afficere calamitatibus potis eſt. Vnde Callimachus miſeros ait illos eſſe, in quos ira ferueat, nam oues peſtilentia abſumit, ſegetes pruinis interimit, ſenes orbat filijs, mulieribusq. parit abortum, Car. lib. 3. Od. 8. & 27. In Hymn. εἰς τὴν Ἄρτεμ.

Σχέτλιοι, οἷς τύνη χαλεπὴν ἐμμάξεαι ὀργήν.
Κτήνεά φιν λοιμὸς καταβόσκεται, ἔργα δὲ πάχνη,
Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ᾽ υἱάσιν. αἱ δὲ γυναῖκες,
Ἢ βληταὶ θνήσκουσι λεχωΐδες ——

Eadem etiam aequè ac Apollo dicta eſt Arcitenens. Accius Erigone,

Quòd vtinam me ſuis arcitenens telis mactaſſet Dea.

Videtur hoc loco Erigone reſpexiſſe ad Niobes filios, quorum mares Apollo, foeminas verò Diana interfecit: ipſaq. vt foemina optabat, vt ipſam Diana ſuis telis confodiſſet.

EVRIPIDEAE ALCMAEONIS FRAGMENTA.

Stob. Ser. 21. ὉΡΑ͂ΤΕ τὸν τύραννον, ὡς ἄπεις γέρων
Φεύγει. φρονεῖν δὲ θνητὸν ὄντ᾽ οὐ χρὴ μέγα.

Idẽ ibid. Ταπεινὰ γὰρ χρὴ τοὺς κακῶς πεπραγότας
Λέγειν, ἐς ὄγκον δ᾽ οὐκ ἄνω βλέπειν τύχης.

Idem Ser. 47. Φεῦ, φεῦ, τὰ μεγάλα, μεγάλα καὶ πάσχει κακά.

Idem Ser. 60. Μέτεστι τοῖς δούλοισι δεσποτῶν νόσου.

Idẽ ibid. Ὅστις δὲ δούλῳ φωτὶ πιστεύει βροτῶν,
Πολλὴν παρ᾽ ἡμῖν μωρίαν ὀφλισκάνει.

Idẽ Serm. 67. † Γυναῖκα καὶ ὠφέλειαν καὶ νόσον ἀνδρὶ
Φέρει μεγίσταν, ἐδίδαξα τοὐμῷ λόγῳ. † γυνή.

Idẽ Serm. 77. Τὰ τῶν τεκόντων ὡς μετέρχεται θεὸς μιάσματα.

Idẽ Serm. 88. Ὦ παῖ Κρέοντος, ὡς ἀληθὲς ἦν ἄρα,
Ἐσθλῶν ἀπ᾽ ἀνδρῶν ἐσθλὰ γίγνεσθαι τέκνα,
Κακῶν δ᾽ ὅμοια τῇ φύσει τῇ τοῦ πατρός.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX CRESSIS.

Non. Fretum. POLVIS oritur, omnem peruolgat caeli fretum.

EXPLICATIO.

NON dubium eſt, fabulam Creſſae nomine inſcriptam, vt ex Athenaeo conſtat, Aeſchylum dediſſe primùm, & deinde Euripidẽ, vt ex Sophoclis Scholiaſte, pluribusq. Stobaei locis liquet. Quo verò argumento eam ſcripſerint, mihi hactenus ignotum eſt. Suſpicor tamen eam, vt & pleraſq. alias, ex Euripide Ennium vertiſſe. Nam apud Nonium in dictione *Fretum*: vbi legitur, *Ennius, Craſſa puluis oritur,*

oritur, &c. exiſtimant nonnulli eruditi viri, reponendum eſſe, *Ennius Creſſis, Poluis oritur, &c.* Ac quamuis id epitheton aptè pulueri tribui poſſit, nihilominus eo modo legerem libentiùs: eoq. magis quòd idem Nonius cùm indiſcretũ eſſe *Poluis* dictionis genus vellet oſtendere, duo affert Ennij teſtimonia ex VIII. Ann. huius verò, quod maximè id quod aſſerebat, confirmare poterat, non meminit. Creſſae, aut Cretenſes mulieres appellabantur: à quarum patria, vt Phoeniſſis, Trachinijs, & Troadibus, fabulae nomen inditũ eſt. Virgilius, Lib. 5.

Creſſa genus Pholoë ——

POLVIS] Veteres etiam *poluer* dicebant, vt adnotat Adamantius.

PERVOLGAT] περιπολεῖ. In excuſis *peruolat* legitur: ſed non rectè. Lucretius, Lib. 2 & 4

Multiplicisq. loci ſpatium tranſcurrere eodem
Tempore, quo Solis peruolgant fulgura caelum?

CAELI FRETVM] Idem in Ann. fretum caeruleum caelum appellauit, propter continuatum, perennemq. eius motum,

Quaeq. freto caua caeruleo cortina receptat.

Inde Lucretius venuſtè aëris mare, Lib. 5.

Semper enim quodcunq. fluit de rebus, id omne
Aëris in magnum fertur mare ——

EX EVRIPIDIS CRESSIS RELIQVIAE.

Τὰ δ' ἄλλα χαῖρε, κύλικος ἑρπούσης κύκλῳ.

Αἱ δεύτεραί πως φροντίδες σοφώτεραι. Atheñ. lib. 11. cap. 10.

Τί γὰρ ποθεῖ τράπεζα, τῷ δ' οὐ βρίθεται, Idē lib. 14. cap. 17.
Πλήρης μὲν ὄψων ποντίων, πάρεισι δὲ
Μόσχων τέρειναι σάρκες, χήνειά τε δαὶς,
Καὶ πεπτὰ, καὶ κροτητὰ τῆς ξουθοπτέρου
Πελάνῳ μελίσσης ἀφθόνως δεδευμένα.

Οὐκ ἂν δύναιο μὴ καμὼν εὐδαιμονεῖν, Stob. Ser. 29.
Αἰσχρόν τε μοχθεῖν μὴ θέλειν νεανίαν.

Γαμεῖτε νῦν, γαμεῖτε, κᾆτα θνήσκετε, Idē. Ser. 70.
Ἢ φαρμάκοισιν ἐκ γυναικὸς, ἢ δόλοις.
Ὅστις δὲ πλοῦτον, ἢ δ' εὐγένειαν εἰσιδὼν
Γαμεῖ πονηρὰν, μωρός ἐστι, μικρὰ γὰρ

Μεγά-

Μεγάλων ἀμείνω σώφρον' † ἐν δόμοις ἔχειν. † ἐν.

Idē Serm. 89.

Ἐπίσταμαι δὲ καὶ πεπείραμαι λίαν,
Ὡς τῶν ἐχόντων πάντες ἄνθρωποι φίλοι.

Idē Serm. 90.

Ἔστιν δ' ἐν ὄλβῳ καὶ τόδ' οὐκ ὀρθῶς ἔχον,
Εὐψυχίας δόκησις. οἰόμεσθα γάρ,
Τὸν ἀτυχοῦντα πάντ' ἐπίστασθαι χρεών.

Idē Serm. 103.

Τὸν δ' εὐτυχεῖν δοκοῦντα μὴ ζηλοῦτε, πρὶν
Θανόντ' ἴδητις, ὡς ἐφήμεραι τύχαι.

Idē Serm. 108.

Λύπη μὲν ἄτη περιπεσεῖν αἰσχρᾷ τινί.
Εἰ δ' οὖν γένοιτο, χρὴ περιστεῖλαι καλῶς
Κρύπτοντα, καὶ μὴ πᾶσι κηρύσσειν τάδε.
Γέλως γὰρ ἐχθροῖς γίνεται τὰ τοιάδε.

EX EVRIPIDIS ALCESTIDE.

— ΣΟΥ γὰρ φθιμένης, οὐκ ἔτ' ἂν εἴην·
Ἐν σοὶ δ' ἐσμὲν καὶ ζῆν, καὶ μή.

EX Q. ENNII ALCESTIDE.

Chariſ. lib. 1.

TIBEI vita, ſeu mors in mundo eſt.

Placiad. in gloſſ.

Haec anus admodum fringutit: nimirum ſe ſauciauit
flore Liberi.

PALAEPHATVS DE ALCESTIDE.

Λέγεται μῦθος τραγικώδης, ὡς δὴ μέλλοντός ποτε τοῦ Ἀδμήτου θανεῖν, αὕτη εἵλετο ὑπὲρ αὐτοῦ θάνατον. καὶ Ἡρακλῆς αὐτὴν διὰ τὴν εὐσέβειαν ἀφελόμενος, καὶ ἀναγαγὼν ἐκ τοῦ ᾅδου, ἀπέδωκεν Ἀδμήτῳ. ἐμοὶ δὲ δοκεῖ μηδένα ἀποθανόντα δύνασθαι τινὰ ἀναβιῶναι. ἀλλ' ἐγένετό τι τοιοῦτον. ἐπειδὴ Πελίαν ἀπέκτειναν αἱ θυγατέρες, καὶ Ἄκαστος ὁ Πελίου ἐδίωκεν αὐτάς, οὐ λαμβάνει μέν. Ἄλκηστις δὲ

κατα-

Digitized by Google

καταφεύγει εἰς φερὰς πρὸς Ἄδμητον, τὸν ἀνεψιὸν αὐτῆς. καὶ καθιζόμενος ἐπὶ τῆς ἑστίας, οὐκ ἐβούλετο Ἄδμητος Ἀκάστῳ ἔκδοτον ἐξαιτουμένῳ δοῦναι. ὁ δὲ πολλὴν στρατιὰν παρακαθίσας ἐπὶ τὴν πόλιν, ἐπυρπόλει αὐτούς. ἐπεξιὼν δὲ ὁ Ἄδμητος, ἔχων καὶ λοχαγοὺς νύκτωρ, συνελήφθη ζῶν. ἠπείλει δὲ Ἄκαστος ἀποκτείνειν αὐτόν. πυθομένη δὲ ἡ Ἄλκηστις ὅτι μέλλει ἀναιρεῖσθαι Ἄδμητος δι' αὐτὴν, ἐξελθοῦσα ἑαυτὴν παρέδωκε. τὸν οὖν Ἄδμητον ἀφίησιν ὁ Ἄκαστος, ἐκείνην δὲ συλλαμβάνει. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ἀνδρεία γε Ἄλκηστις, ἑκοῦσα ὑπεραπέθανεν Ἀδμήτου. τοιοῦτο μέντοι οὐκ ἐγένετο, ὡς ὁ μῦθος φησί. κατὰ γοῦν τὸν καιρὸν τοῦτον. Ἡρακλῆς ἧκεν, ἄγων ἔκ τινων τόπων τὰς Διομήδους ἵππους. τοῦτον ἐκεῖσε πορευόμενον ἐξένισεν Ἄδμητος. ὀδυρομένου δὲ Ἀδμήτου τὴν συμφορὰν τῆς Ἀλκήστιδος, ἀνακτησάμενος Ἡρακλῆς ἐπιτίθεται τῷ Ἀκάστῳ, καὶ τὴν στρατιὰν αὐτοῦ διαφθείρει. καὶ τὰ μὲν λάφυρα, τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ διανέμει. τὴν δὲ Ἄλκηστιν, τῷ Ἀδμήτῳ παραδίδωσιν. ἔλεγον οὖν οἱ ἄνθρωποι, ὡς ἐντυχὼν Ἡρακλῆς, ἐκ τοῦ θανάτου ἐρρύσατο τὴν Ἄλκηστιν. τούτων γινομένων, ὁ μῦθος προσανεπλάσθη.

EXPLICATIO.

APVD neminem hactenus comperi, Ennium Alceſtidis edidiſſe fabulam, praeterquam apud Plāciadem Fulgentium in libello de Obſcuris. Illius tamen exemplaria admodum inter ſe diſſident, dū aliqua habent, *Ennius in Teleſtide*, alia, *Ennius in Alceſtide comoedia*. Quod fortaſſe aliquis addidit deceptus, quòd ea fabula laetum haberet exitum. Alia ſimpliciter, *in Alceſtide*. E Latinis non dubium eſt, Accium, & Naeuium hanc dediſſe fabulam: licet aliqui non Naeuium, ſed Laeuium alium veterum poëtarum fuiſſe malint. Illud tamen certum eſt, Naeuium illam ex Euripidea vertiſſe: vt in ipſius fragmentis obſeruauimus: Accium verò ſua Minerua, vt illi mos plerūq; fuit, edidiſſe. E Graecis autem eam ſcripſit Antiphanes, vt eſt apud Athenaeum, & Euripides, cuius iam integra ſupereſt: ex qua etiam ſuſpicor Enniū ſuam conuertiſſe. Idq. à Graeci verſiculi cum Latino Ennij collatione conijcio, qui videtur ad verbum penè Latinè redditus. quem refert ex Poëta noſtro Flauius Soſipater abſq; operis indice. Id ſi verum, argumentum ex Euripidea petendum eſt. TIBEI VITA,] Videntur haec dicta eſſe ab Admeto Alceſtidi morienti: quam cùm ſolari conaretur, iubebat meliore eſſe animo: quando quicquid tandem accideret, ſine dubio ipſum comitem eſſet habitura. Exponit enim hîc Soſipater *in mundo*, citò, in expedito: quaſi diceret Admetus, Tibi mea vita, ſiue mors praeſto eſt. Terentius ſimile quid protulit in Hecyra,

Lib. 3. 4. & 12.

Lib. 2.

Nam ſi periculum vllum in te eſt, periſſe me vnà,
haud dubium eſt.

Ab hac ſentẽtia nihil ferè diſcrepat Tecmeſſae illud apud Sophoclem, quae Aiaci viro ſuo mortem optanti ait,

Ὅταν κατάσχῃ ταῦθ', ὁμοῦ κἀμοὶ θανεῖν
Εὔχου. τί γὰρ δεῖ ζῆν με, σοῦ τεθνηκότος;

Ouidius in Medea,

—— *inq. tua eſt vitaq. morsq. manu.*

Cicero pro domo ſuo, *In te vitae, necisq. poteſtatem haberet*. HAEC ANVS] In Graeco locus non eſt, qui cum hoc poſsit conferri: nam nuſquam anui (inducitur enim Alceſtidis ibi famula, quae fortaſſe anus erat) obijci videtur ebriam eſſe. Imò verò famula illa id Herculi hoſpiti exprobrauit, cuius improbitatem, peruicaciam, ac vinolentiam damnans, ait, manu arripuiſſe poculum hederaceum, nigraeq. matris non diluti liquorem vini bibiſſe, vſquedum caleſceret, viniq. flamma illum inuaderet. Sic igitur Poëta ille,

Ποτῆρα δ' ἐν χείρεσσι κίσσινον λαβὼν,
Πίνει μελαίνης μητρὸς ἄζωρον μέθυ,
Ἕως ἐθέρμην' αὐτὸν ἀμφιβᾶσα φλὸξ
Οἴνου. ——

Fortaſſe in Fulgentio legendum eſt, *in Ennij Alceſtide, Haec anus admodum fringutit nimirum &c.* Videntur autem verba illa, *nimirum fringutit*, (quae *ſubtiliter adgarrit* auctor ille exponit) Graecis ijs reſpondere, quae mox ſequuntur, Ἄμουσ' ὑλακτῶν, illepida latrans. Noſter tenuiore tranſlatione vſus eſt: ille enim à cane ſumpſit latratum, hic à fringuilla ſumpſit vocem, vt exiſtimat Varro lib. VI. qui locum ex Plauti Caſina adducit,

† petis. —— *quid fringutis? quid iſtuc tam cupidè † cupis?*

Quod idem adducit Marcellus, in quo *fringuttis* legitur. Varroni adſtipulatur Feſtus, qui à fringilla frigutire deriuari aſſerit: eamq. ita vult appellari, quòd frigore cantet, ac vigeat. Ac fortaſſe frigilla à frigere venit: quaecunque enim, inquit Nonius, friguntur, vel frigent, nimio calore, vel frigore cum ſono ſubſiliunt. Frigere autem à Graeco verbo venit φρύγειν. NIMIRVM SE SAVCIAVIT FLORE LIBERI] lepidiſsima eſt tranſlatio: qui enim ſauciantur, nimio conſperguntur ſanguine. Haec, vt innueret Herculem vltra modum bibiſſe, ait, illum ſe ſauciaſſe flore Liberi, quaſi dicat, adeò ſe rubro vino ingurgitaſſe, vt redundaret, & vt ex vini colore ſaucius appareret. Hinc fortaſſe Liuij locus ex lib. XXV. emendari poſſet, qui ſic habetur, *Inde vbi id temporis viſum, quo die epulatis iam, vinoq. ſatiatis principium ſomni eſſet*: vbi pro, *vinoq. ſatiatis*, meliùs, *vinoq. ſauciatis*. Quod verò Euripides dixit, φλὸξ οἴνου, Noſter Liberi florem pronũciauit. Volunt enim Grammatici, *flos*, à φλὸξ deriuari: quia

emicat, vt flamma. Puto equidem idem fuiſſe antiquis florem Liberi, quod nos vulgò lacrymam dicimus. Nec quidem ab re: eſt enim vinum, quod ſponte antequam calcetur vua, guttatim fluit. Flos enim cuiuſq. rei dicitur, quicquid praeſtantius eſt. Cato ſal candidiſſimũ, atq. optimum, ſalis florem appellauit. Archeſtratus apud Athenaeũ τέκταρες ἄνθος, delicatiſsimum cibum. Liuius Andronicus, Lib. 6. cap. 23.

Florem † *antlabant Liberi ex carcheſiis.* † anclabant.

Pacuuius Periboea,

Poſtquam eſt † *oneratus frugum, & floris Liberi.* † honoratus.

Plautus Caſina,

—— *timeo hoc negocium. quid eſt, niſi haec meraclo*
Se vſpiam percuſſit flore Liberi ——

Idem Ciſtellaria,

Quiaq. adeò me compleui flore Liberi,
Magis libera vti lingua conlibitum eſt mihi.

Sed Lucretius videtur florẽ Bacchi pro fragrantia praeſtantiſsimi vini poſuiſſe, *Quod genus eſt Bacchi, cùm flos euanuit, aut cùm*
Spiritus vnguenti ſuauis diffugit in auras.

In qua ſignificatione Plautus Curculione dixit,

Flos veteris vini meis naribus obiectus eſt.

Q. ENNII FRAGMENTVM EX NEMEA.

† viuam marito. PECVDI dare † viua vna marito. Priſc. lib. 5.

ARGVMENTVM NEMEAE.

HVIVS fabulae vnicum hoc supereſt fragmentum, quod Priſciano acceptum referimus: cuius indicio certiores facti ſumus, Ennium Nemeam ſcripſiſſe: quandoquidem locus ille apud Nonium, *Teneor conſipta, vndiq. venor,*
non mihi liquet omnino, ſítne ex Nemea, an potiùs Medea. Sed cùm propenſior ad veritatem opinio videretur ex Medea eſſe, in ea fabula poſuimus: nihil tamen certi ea de re ſtatuentes. Scripſit Νεμέας primus Aeſchylus, vt ex ipſius fabularum indice perſpici licet. Deinde eã dedit Theopompus Athenienſis veteris comoediae poëta, cuius aliquot verſus Athenaeus refert. Quarum quidem argumentum exiſtimo ſumptum fuiſſe ex Nemeorum ludorum inſtitutione, quorum Lib. 10. cap. 6.

origo ita ferè ab ijs, qui in Pindarũ ſcholia ediderunt, affertur. Cùm ſeptem Argiuorum duces Polynici opem ferentes ad Thebarum expugnationẽ proficiſcerentur, ſiti ferè enecti in Lemnum Thraciae peruenerunt. Vbi cùm fortè in Hypſipylen incidiſſent ferentem vlnis Lycurgi Iouis ſacerdotis, vel, vt placet Hygino, Lyci & Eurydices filiũ, ſiue, vt aliqui malunt, Euphetae, & Creuſae, eam vt illius regionis gnaram rogarunt, vt ſibi aquae fontem indicaret. Quae vt illis celeriùs morem gereret, filiolum in prato quodam depoſuit: à quo dum abeſt, ſerpens puerum ſpiris circumuoluens ſuffocauit. At illi cùm reuerterentur necatum puerum à ſerpente conſpicientes, eum telis confoderunt. Qui poſtea vt Hypſipylen conſolarentur, funebre certamen ad perpetuam pueri memoriam inſtituerunt. Vaticinans puero Amphiaraus Archemoro nomen indidit, ὅτι αὐτοῖς ἀρχὴ μόρου ἐγένετο, ὁ τοῦ παιδὸς θάνατος, quòd ſcilicet ipſis ducibus pueri mors perniciei omen, ac initium foret. Alijs verò placet, puero priùs Opheltes nomen fuiſſe, quem poſtea Amphiaraus praeuidens imminentem illi mortem in ipſo vitae initio Archemorum appellauit ab ἀρχὴ, quae principium ſonat, & μόρον, hoc eſt mortem. Hoc ſcilicet Aeſchyli Nemeae fuiſſe argumentum, à quo fortaſſe ſuam excerpſit Ennius, verba cuiuſdã Pindari Scholiaſtae oſtendunt, qui quidem addidit, Ἄλλοι δὲ ἂν ἔστι καὶ Αἴσχυλος, ἐπ' Ἀρχεμόρῳ τῷ Νεμέας παιδί. Sed tamen alij volunt, huiuſmodi certaminum inſtitutionẽ Thebano bello fuiſſe antiquiorem. Hos deinde ludos Hercules Nemeaeo leone ſuperato in melius correxit, Iouiq́. conſecrauit, ſtatuitq́; vt ſingulis triennijs celebrarẽtur: in quibus equites & gymnici certabant, quibus corona ex apio erat praemium. Dicti autem ſunt Nemeaei ludi à Nemea, quae pars eſt Argiuorum regionis, quam tradunt fuiſſe inter Phliuntẽ & Cleonas Achaiae vrbes, ita appellata ἀπὸ τῆς Σελήνης καὶ Διός. Alij volunt à bobus, quae Argi paſcebantur Iunoni ſacris: νέμειν enim paſcere eſt. Nonnulli verò aſſerunt à Danai filijs eam regionem nomen eſſe ſortitam, qui eam ſibi partiti ſunt. κατανείμασθαι enim partiri, ac diſtribuere ſignificat. Sed quoniam locus hic adeò & mutilus, & maculis foedatus eſt, vt nullo pacto nec intelligere, nec reſtituere poſſe confiderem, inexplicatum relinquo.

Q. ENNII FRAGMENTA EX ILIONA, SIVE POLYDORO.

Cic. lib. 4. Acad. O PIETAS animi —

Mater

* Mater te adpello: tu quae curam ſomno ſuſpenſo leuas: Porph. in Hor. lib. 2. Satyr. 3. Cic. lib. 1. Tuſc.
Neq. te mei miſeret: ſurge, & ſepeli natum.

*

* Age, adſta, mane, audi, itera, dum eadem & iſta mihei. Idem lib. 4. Acad.

*

EXPLICATIO.

CVM res Troiana iam inclinata eſſet, Priamus Polydorum filiũ paruulum, vt ipſemet teſtatur apud Euripidem, ad Polymneſtorem Thraciae regem, cui Ilionam filiam vxorem dederat, cum magno auri pondere clam alendum miſit, quo vt potiretur, eum necauit. Huius autem fabulae nomen Iliona fortaſſe erat: quam Accius, & Pacuuius edidere: cuius tamen argumentum aliter refertur ab Hygino in Fabulis: ſiue Polydorus. O PIETAS ANIMI —] Cicero in Lucullo ita affert hunc locum, *Niſi verò Ennium non putamus, ita totum illud audiuiſſe, O pietas animi, ſi modò id ſomniauit, vt ſi vigilans audiret. Experrectus enim potuit illa viſa putare vt erant, & ſomnia dormienti vero aequè ac vigilanti probantur. Quid Iliona ſomno illo, Mater te adpello? Nónne illa credit filium locutum, vt experrecta etiam crederet? Vnde enim illa, Age, adſta, mane, &c.* Locum hunc, *ô pietas animi*, affert Donatus in Eunucho ex Ennio. MATER TE ADPELLO:] Refert Cicero integros duos hos verſus ſine auctore: ſed ob cõſequẽtiam Ennij eſſe credimus. Idem rurſus in Oratione pro Sextio de P. Clodio ait, *Is cùm quotidie gladiatores ſpectaret, nunquam eſt conſpectus, cùm veniret: emergebat ſubitò, cùm ſub tabulas ſubrepſerat, vt, Mater te adpello — dicturus videretur.* Quae verba, vt videntur, quaſi prouerbij loco iactabantur. Nam cum Fuſius Tragoediarum actor aliquando Hecubam dormientem repraeſentaret, cuius opem dum imploraret Polydorus (cuius partes Catienus agebat) cùm necaretur à Polymneſtore, ſummaq. eã voce inclamaret, verè ille vino oppreſſus ſtertens nullo pacto audiebat. Qua de re ita Horatius, Lib. 2. Saty. 3.

Non magis audierit, quàm Fuſius ebrius olim,
Cùm Ilionam edormit: Catienis mille ducentis,
Mater te appello, clamantibus —

Quos verſus explicans Lambinus ait, Hecubam quoq. fuiſſe appellatam Ilionam. Quod quidem apud neminem adhuc comperi. Verùm ſi dubium inde oriatur, cur Polydorus ſororem Ilionam matrem appellet, animaduertendum eſt, Hecubam, cùm natus eſſet Polydorus,

Ilionae

Ilionae filiae dediſſe educandum, vt ſcribit Hyginus. Quamobrem ſororem, quòd eum educaſſet, matrem appellat. Quocirca eundem locum ſic exponit Acron, *Manifeſtum eſt hunc Polydorum necatum fuiſſe, & noctu ſorori in ſomnis veniſſe, rogantem vt ſepeliretur, hoc dicentem Mater te appello, ſoror ſurge, & ſepeli me*. Quem locum mendoſum eſſe opinor, legeremq́. potiùs, *Matrem te appello ſoror, ſurge &c.* Sunt autem qui locum hunc non intelligentes, falsò dicunt, Polydorum non Priami, ſed Ilionae filium fuiſſe. T V] Cum quadam animi indignatione exprobrat maternum affectum erga natum langueſcentẽ, quòd à piorum parẽtum officio deſiſtat. Nec probatur illa Maecenatis ſententia,

Nec tumulum curo, ſepelit natura relictos.

Lib. 14. Epiſt. 93. Innuit enim quòd quem ſaeuitia proiecit, dies, vt ait Seneca, condat. SVRGE, ET SEPELI NATVM] Dic aliquid de inſepultis.

Lib. 5. Quantum verò commiſerationis habet locus ille Virgilij cùm ait!

Nudus in ignota Palinure iacebis arena.

DE ANTIOPA.

Lib. 1. de Fin. Saty. 1.

ANtiopae fabulam ex Euripide Pacuuium vertiſſe clarè ex Cicerone liquet. De qua Perſius ait,

Sunt quos Pacuuiusq́., & verrucoſa moretur
Antiopa, aerumnis cor luctificabile fulta.

Sed eandem ab Ennio ſuſceptam fuiſſe prouinciam, Hygini teſtimonio cognouimus, qui ait eandem Euripidis Antiopam ſcripſiſſe Ennium, cuius fabulae nihil eſt reliquum. Ex Graecis praeterea hanc fabulam dedit Amphion, vt teſtatur in V. Strom. Clem. Alex. item Eubulus, & Menander: ſed hunc comico arbitror argumento ex alia Antiope ſumpto. Ex Latinis verò Andronicus etiam Nonij indicio. Euripideae autem talem Hyginus affert hypotheſin, *Nyctei regis in Boeotia fuit filia Antiopa. Eius formae bonitate Iupiter adductus, grauidam fecit. Quam pater cùm punire vellet propter ſtuprum, minitans periculum, Antiopa effugit. Caſu in eodem loco, quò illa peruenerat, † Epaphus Sicyonius ſtabat. Is mulierem aduectam domo, matrimonio ſuo iunxit. Id Nycteus aegrè ferens, cùm moreretur, Lyco fratri ſuo per obteſtationem mandat, cui tum regnum relinquebat, ne impunè Antiopa ferret. Huius poſt mortem Lycus Sicyonem venit, interfecto Epapho, Antiopam vinctam adduxit in Cythaeronem: parit geminos, & reliquit. Quos paſtor educauit. Zethum & Amphionem nominauit. Antiopa Dircae vxori Lyci data erat in cruciatum. Ea occaſione nacta, fugae ſe mandauit. Deuenit ad filios ſuos. Ex quibus Zethus exiſtimans fugitiuam non recepit. In eundem locum Dirce per bacchationem Liberi illuc delata eſt: ibi Antiopam repertam,*

† Epopeus.

tam, ad mortem extrahebat. Sed ab educatore paſtore adoleſcentes certiores facti, eam eſſe matrem ſuam, celeriter conſecuti matrem, eripuerunt. Dircen ad taurum crinibus religatam necant. Lycum cùm occidere vellent, vetuit eos Mercurius, & ſimul iuſſit Lycum concedere regnum Amphioni.

Apollodorus lib. III. Biblioth.

Ἀντιόπη θυγάτηρ ἦν Νυκτέως. ταύτῃ Ζεὺς συνῆλθε. ἡ δὲ, ὡς ἔγκυος ἐγένετο τοῦ πατρὸς ἀπειλοῦντος, εἰς Σικυῶνα ἀποδιδράσκει πρὸς Ἐπωπέα. καὶ τούτῳ γαμεῖται. Νυκτεὺς δὲ ἀθυμήσας, ἑαυτὸν φονεύει. δοὺς ἐντολὴν Λύκῳ περὶ Ἐπωπέως, καὶ περὶ Ἀντιόπης λαβεῖν δίκας. ὁ δὲ, στρατευσάμενος Σικυῶνα χειροῦται. καὶ τὸν μὲν Ἐπωπέα κτείνει. τὴν δὲ Ἀντιόπην ἤγαγεν αἰχμάλωτον. ἡ δὲ, ἀγομένη δύο γεννᾷ παῖδας ἐν Ἐλευθεραῖς τῆς Βοιωτίας. οὓς ἐκκειμένους εὑρὼν βουκόλος ἀνατρέφει καὶ τὸν μὲν καλεῖ Ζῆθον, τὸν δὲ Ἀμφίονα. Ζῆθος μὲν οὖν ἐπεμελεῖτο βουφορβιῶν. Ἀμφίων δὲ κιθαρῳδίαν ἤσκει. δόντος αὐτῷ λύραν Ἑρμοῦ. Ἀντιόπην δὲ ᾐκίζετο Λύκος καθείρξας, καὶ ἡ τούτου γυνὴ Δίρκη. λαθοῦσα δέ ποτε τῶν δεσμῶν αὐτομάτων λυθέντων, ἧκεν ἐπὶ τὴν τῶν παίδων ἔπαυλιν. δεχθῆναι πρὸς αὐτῶν θέλουσα, οἱ δὲ, ἀναγνωρισάμενοι τὴν μητέρα, τὸν μὲν Λύκον κτείνουσι. τὴν δὲ Δίρκην θριξὶ δήσαντες ἐκ ταύρου θανοῦσαν, ῥίπτουσιν εἰς κρήνην τὴν ἀπ' ἐκείνης καλουμένην Δίρκην.

EVRIPIDIS FRAGMENTA

EX ANTIOPA.

•

ΤΡΕΙ͂Σ εἰσὶν ἀρεταὶ, ἃς χρεών σ' ἀσκεῖν, ὦ τέκνον. Stob. Ser.
Θεούς τε τιμᾷν, τούς τε θρέψαντας γονεῖς, 1.
Νόμους τε κοινοὺς Ἑλλάδος, καὶ ταῦτα δρῶν,
Κάλλιστον ἕξεις στέφανον εὐκλείας ἀεί.

•

Ἐγὼ μὲν οὖν ᾄδοιμι καὶ λέγοιμί τε Idē Serm.
Σοφὸν, ταράσσων μηδὲν ὧν πόλις νοσεῖ. 3.
Ἔνεστι δ' οἶκτος ἀμαθίᾳ μὲν οὐδαμοῦ,
Σοφοῖσι δ' ἀνδρῶν. καὶ γὰρ οὐδ' ἀζήμιον
Γνώμην ἐν εἶναι τοῖς σοφοῖς λίαν σοφόν.

•

Καὶ μὴν ὅσοι μὲν σαρκὸς εἰς εὐεξίαν Idē Serm.
Ἀσκοῦσι βίοτον, ἢν σφαλῶσι χρημάτων, 6.
Κακοὶ πολῖται. δεῖ γὰρ ἄνδρ' εἰθισμένον
† ταυτῷ. Ἀκόλαστον ἦθος γαστρὸς, ἐν † αὐτῷ μένειν.

•

Πολλοὶ δὲ θνητῶν τοῦτο πάσχουσιν κακὸν, Idē Serm.
Γνώμῃ φρονοῦντες, οὐ θέλουσ' ὑπηρετεῖν 3.
Ψυχῇ τὰ πολλὰ πρὸς φίλων νικώμενοι.

*

Idē Serm. 36.

Κόσμος δὲ σιγῆς στέφανος ἀνδρὸς οὐ κακοῦ.
Τὸ δ' ἐκλαλοῦν, οὐθ' ἡδονῆς μὲν ἅπτεται,
Κακὸν δ' ὁμίλημ', ἀσθενὲς δὲ καὶ πόλει.

*

Idē Serm. 46.

Ὁ δ' ἥσυχος, φίλοισί τ' ἀσφαλὴς φίλος,
Πόλει τ' ἄριστος. μὴ τὰ κινδυνεύματα
Αἰνεῖτ'. ἐγὼ γὰρ οὔτε ναυτίλον φιλῶ
Τολμῶντα λίαν, οὔτε προστάτην χθονός.

*

Idē Serm. 52.

Γνώμῃ γὰρ ἀνδρὸς, εὖ μὲν οἰκοῦνται πόλεις,
Εὖ δ' οἶκος, εἴς τ' αὖ πόλεμον ἰσχύει μέγα.
Σοφὸν γὰρ ἓν βούλευμα τὰς πολλὰς χέρας
Νικᾷ. σὺν ὄχλῳ δ' ἀμαθία, πλεῖον κακόν.

*

Idē Serm. 56.

Ὅστις δὲ πράσσει πολλὰ, μὴ πράσσειν παρὸν,
Μωρὸς, παρὸν ζῆν ἡδέως ἀπράγμονα.

*

Idē Serm. 54.

Τοιαῦτ' ἄειδε, καὶ δόξεις φρονεῖν,
Σκάπτων, ἀρῶν γῆν, ποιμνίων ἐπιστατῶν,
Ἄλλοις τὰ κομψὰ ταῦτ' ἀφεὶς σοφίσματα.

*

Idē Serm. 60.

Οὐ χρή ποτ' ἄνδρα δοῦλον ὄντ' ἐλευθέρας
Γνώμας διώκειν, οὐδ' ἐς ἀργίαν βλέπειν.

*

Idē ibid.

Τὸ δοῦλον οὐχ ὁρᾷς ὅσον κακόν;

*

Idē ibid.

Φεῦ φεῦ τὸ δοῦλον ὡς ἁπανταχῆ γένος,
Πρὸς τὴν ἐλάσσω μοῖραν ὥρισεν θεός.

*

Idē Serm. 61.

Κόρος δὲ πάντων. καὶ γὰρ ἐκ καλλιόνων
Λέκτροις ἐν αἰσχροῖς εἶδον ἐκπεπληγμένους.
Δαιτὸς δὲ πληρωθείς τις, ἄσμενος πάλιν
Φαύλῃ διαίτῃ προσβαλὼν ἥσθη στόμα.

*

Idē serm. 68.

Κῦδος καθ' αὑτὸν τὸν σοφὸν κτᾶσθαι χρεών.

*

Idē ibid.

Πᾶσι δ' ἀγγέλλω βροτοῖς
Ἐσθλῶν ἀπ' ἀνδρῶν εὐγενῆ σπείρειν τέκνα,
Οὐ γάρ ποτ' ἂν πράξειαν ἐς τέλος κακῶς.

*

Idē Serm. 71.

Οὐ σωφρονίζειν ἔμαθον, αἰδεῖσθαι δὲ χρὴ
Γυναῖκα τὸ λίαν, καὶ φυλάσσεσθαι φθόνον.

*

Ἐκ παντὸς ἄν τις πράγματος διττῶν λόγων Idē Serm.
Ἀγῶνα θεῖτ' ἄν, εἰ λέγειν εἴη σοφός. 80.

*

Φεῦ φεῦ. βροτείων πημάτων ὅσαι τύχαι, Idē Serm.
Ὅσαι τε μορφαί, τέρμα δ' οὐκ εἴποι τις ἄν. 96.

*

Πόλλ' ἔστιν ἀνθρώποισιν ὦ ξένε κακά. Idē ibid.

*

Ἔχει λόγον καὶ τοῦτο τῶν πολλῶν βροτῶν, Idē ibid.
Δεῖ τοὺς μὲν εἶναι δυστυχεῖς, τοὺς δ' εὐτυχεῖς.

*

Φροτῶ δ' ἅ πάσχω, καὶ τόδ' οὐ σμικρὸν κακόν. Idē Serm.
Τὸ μὴ εἰδέναι γὰρ ἡδονὴν ἔχει τινὰ 97.
Νοσοῦντα, κέρδος δ' ἐν κακοῖς ἀγνωσία.

*

Ὤικτειρ' ἀκούσας, οἰκτρὰ γὰρ τὰ δυστυχῆ
Βροτοῖς ἅπασι, κἂν θυραῖος ὢν κυρῇ.

*

Ἄνθρωπος ὢν οὐδεὶς ἄλυπος τὸν βίον διήγαγεν,
Οὐδὲ μέχρι τέλους ἔμεινεν εὐτυχῶν.

*

Τοῖος γὰρ θνητῶν τῶν ταλαιπώρων βίος.
Οὔτ' εὐτυχεῖ τὸ πάμπαν, οὔτε δυστυχεῖ. Idē Serm.
Εὐδαιμονεῖ τε, καὖθις οὐκ εὐδαιμονεῖ. 103.
Τί δῆτ' ἐν ὄλβῳ μὴ σαφεῖ βεβηκότες,
Οὐ ζῶμεν ὡς ἥδιστα μὴ λυπούμενοι;

*

Δίκα τοι δίκα χρόνιος, ἀλλ' ὅμως ὑποπεσοῦσ' Idē. lib. 1.
Ἔλαθεν ὅταν ἔχῃ τιν' ἀσεβῆ βροτῶν. Eclog.
Τότοι κακὸν ποδώκες ἔρχεται βροτοῖς. Phyſ.
Ἀεὶ γὰρ εὖ πίπτουσιν οἱ Διὸς κύβοι.

*

Τὴν δίκην λέγουσι παῖδ' εἶναι χρόνου. Idē ibid.
Δείκνυσι δ' ἡμῶν ὅς τις ἐστὶ κακός.

*

—— ἔνδον δὲ θαλάμοις βουκόλον, Clē. Alex.
Κομῶντα κισσῷ στῦλον εὐίου θεοῦ. 1. Strom.

Q. ENNII
COMOEDIARVM
FRAGMENTVM
EX AMPHITHRASONE.

Non. Exā-clare. PERTOLERAREM vitam, cladeisq. exanclarem impatibiles.

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

NON poſſum Poëtae noſtri ingenij felicitatem, vbertatemq. nō admirari, qui non modò Tragica maieſtate, grauitateq. excelluit, verùm etiam ioco, leporeq. in Comica ſcena verſatus eſt. Nec alium crediderim poëtam fuiſſe, qui plura, tam varijs argumentis, diuerſoq. metrorum genere ſcripſerit. Quamobrem eo Terentiano

And. prolog. verſu, *Qui cùm hunc accuſant, Naeuium, Plautum, Ennium*
Accuſant ——

ait Donatus, *In ſingulis magna emphaſis auctoritatis: ſed ordo non eſt ſeruatus: Ennius namq. ante Plautum fuit: ſed quòd eſt ſummae auctoritatis, Ennium vltimum dixit*: quamuis in Comoedijs Sedigitus Volcatius Caecilium, Plautum, Naeuium, Licinium, Attilium, Terentium, Turpilium, Trabeam, Luſcium praetulerit Ennio: de quo ait,

Decimum addo antiquitatis cauſſa Ennium.

Cuius quidem paucae admodum harum fabularum reliquiae reperiuntur, cùm eum plurimas ſcripſiſſe veriſimile ſit, quarum nec tantùm nomina ſuperſunt: & quae ſunt, ambiguū eſt, an ſint ipſius germanae. Nam vbi Nonius in dictione, *Praeciſum*, Naeuiū in Aulularia adducit, ſunt qui velint legendum eſſe, *Ennius Erularia*, vel, *Herularia*. Idem Nonius in dictione, *Sonit*, adducit ex Ennij Andromache, & Hermaphrodito verſum, quem in Andromache explicauimus. Hermaphroditi verò titulum ſunt qui ſuppoſititium habeant, putentq. *Haemopotide*, eſſe legendum. Cuius ſi verus titulus eſt, fortaſſe auarus aliquis ſenex in ea fabula inducebatur, qui nunquam ingerendis pecunijs ſatiabatur, quemadmodum,

Non miſſura cutem, niſi plena cruoris, hirudo. Horat. in Poet.

Idem rurſus in dictione, *Propitiabilis*, adducit Ennium Cupiuncula: quod aliqui *Capeduncula* legendũ exiſtimant, cuius hoc tantùm exſtat fragmentũ, *Huic eſt animus propitiabilis, ita & adolabilis*, quam vocem Nonius exponit, ſine dolore. Ambigua quoq. eſt apud eundem Nemeae inſcriptio: nam aliqui pro Nemea, *Medea* aſſerunt legendum, vt in eius Tragoedia explicauimus in eo verſu,

Teneor conſipta, vndiq. venor.

Exſtat & hoc vnicum ex Nonis fragmentum apud eundem Auctorẽ in dictione, *Propages:* ita enim ibi legitur, *Ennius Nonis*,

Vnde florent fructus, vitaeq. propaginem.

Qui locus in dictione *Propago* rurſus legitur,

Boni ſecunde forent fructus, vt aeque propaginem.

Vterq. tamen mendoſus eſt. Sunt qui pro Nonis, legant *Nobis*, ſic,

Nobis vnde forent fructus, vitaeq. propagmen.

Propago enim neutro genere efferri tradit Marcellus ex Ennio, vbi ſecundum hunc locum affert. Quod omnino pro, *propago*, *Propagen*, legendum eſt, vt neutro genere poſſit inflecti. Nec defuerunt, qui ſibi perſuaſerint, *Probrum* apud Ennium fabulae nomen fuiſſe ex loco illo Nonij in dictione *Tunica*, vbi ait, *Ennius Probro Carthaginienſium tunicatam iuuentutem voluit dicere.* Quo ſanè loco, *Probro*, minuſcula litera ſcribendum eſt abſq. cõmate. Quod ex Agellio clariſſimè liquet, Lib. 7. cap. 12. qui ait, *Q. quoq; Ennius Carthaginienſium tunicatam iuuentutem non videtur ſine probro dixiſſe.* Ennius quidem probro vertit Carthaginienſibus, tunicatos appellans: quemadmodum & Plautus in Poenulo,

Noviſtin' tu illunc tunicatum hominem, qui ſiet?

Virgilius verò laudi Romanis, cùm eos gentem togatam dicit. Huius autem Comoediae titulus, qui Amphithraſo eſt, facit, vt credam, Lib. 1. Aen. Poëtam noſtrum Thraſonem militem, cui à nimia confidentia, arrogantiaq. nomen inditum eſt, vltra modum ſe ipſum gloria, & praedicatione efferentem induxiſſe: quandoquidem huiuſmodi perſonam ſemper hoc modo Comici ſolent effingere. Cuius etiam nominis fabulam, vt eſt apud Athenaeum, ſcripſit Alexis. Ac tãtò magis arbitror Lib. 4. hac in fabula Ennium hũc iactantem feciſſe, quantò titulum maiore inſcripſit energia, cùm nõ Thraſonem, ſed Amphithraſonem dixerit. Quod eodem ferè pacto dictum videtur, quo à Varrone Seſquiulyſſes (ſic enim Satyram quandam Menippaeam appellauit) ad dictionis vim vtrobique augendam, amplificandamq: vt Ennius Thraſonis iactantiam, & Varro Vlyſſis calliditatem oſtenderent. Nonnulli autem arbitrantur pro *Amphithraſone*, *Amphitruone* legendum. Ac quamuis in peruetuſto Nonij exemplari, quod apud nos eſt, verſus

hic afferatur ex Ennio, & in vulgatis afferatur ex Accio, vtrunq. tamē mihi ſuſpectum eſt, cùm in Plautina Amphit. integra haec exſtent verba,

—— pertolerarem vim tantam, cladesq.
Exanclarem impatibiles ——

Itaq. vel corrigendus eſt Nonius, vt pro, *Idem Amph.* legatur, *Plautus Amph.* vel dicendum eſt, Plautum ex Ennio, aut ex Accio locum hunc ſurripuiſſe. De qua quidem re aliter ſentire videtur Alciatus in Plautino Lexico.

Q. ENNII FRAGMENTA EX AMBRACIA.

Non Clu et. PEr genteis eſſe cluebat omnium miſerrumus.

Idem Depopulat. Agros audaces depopulant ſeruei dominorum dominei.

Idem Veget. Et aequora ſalſa veges ingentibus venteis.

Idem Cūctant. Bene mones: tute ipſe cunctato: vide fortem virum:

EXPLICATIO.

EX poſtremis his verbis poëma hoc dramaticum eſſe clarè patet: & Comoediā eſſe ſuſpicamur ex indice. Nam, vt ait Aelius, omnium Comoediarum ſcripta ex quatuor rebus ſumuntur, nomine, loco, facto, euentu. Nomine, vt Phormio, Hecyra, Gurgulio, Epidicus: loco, vt Andria, Leucadia, Brunduſina: facto, vt Eunuchus, Aſinaria, Captiuei: euentu, vt Commorientes, Adelphi, Heautontimorumenos. Terentianam autem Andriam à patria dictam, ex eo Terentij loco liquet, quo de Chryſide loquens ait,

Hei vereor, ne quid Andria apportet mali.

Cuius nominis Comoediam ante eum Menāder edidit: quemadmodum & Laberius Alexandream ab Alexandria ſcripſit. Itaq. hanc Ambraciam à loco dictam arbitror. Eſt autem Ambracia, ſiue Ampracia, (quam Ptolemaeus in decima Europae tabula conſtituit) vt Straboni placet, ciuitas in Acarnania Nicopoleos legibus ſubdita: ex qua ſinus Ambracius dictus eſt, qui Libyco mari praeterlabitur, vt idem aſ- [Lib. 10.] [Lib. 7.]

ſerit:

ſerit. Fuit autem ita denominata ab Ambracia Melanei Dryopum regis filia, vt Athanadas teſtatur in Ambracicis. AGROS DEPOPVLANT] Quadrigarius, *Agrum Nolanum populare coeperunt*. Siſenna Hiſt. lib IV. *Protinus agros populabundus ad Numeriam conuertit*. — AEQVORA SALSA] Lucretius, Lib. 5.

In terras itidem manare ex aequore ſalſo.

Q. ENNII FRAGMENTA EX PANCRATIASTE.

QVOM deſubitò me orat mulier lacrumans, quae ad genua accidit. Non. Deſubitò.

Quò nunc me ducis? vbei molarum ſtrepitum audibis maxumum. Idē Audibo.

Quis eſt, qui noſtreis foribus tam proteruiter? Idē Proteruiter.

EXPLICATIO.

SCripſit fabulam hoc nomine Alexis, & Theophilus Comicus, vt ex Athenaeo liquet, & ex Suida, Philemon: cuius verò fuerit argumenti nullo modo aſſequi poſſumus. — QVAE AD GENVA ACCIDIT.] Pathos à geſtu: exponit enim antiquum orantium ritum, qui ad genua accidere, eaq. amplecti ſolent, vt magis animos ad commiſerationem excitent. Genua enim miſericordiae ſedem eſſe vetuſtas exiſtimauit; vt tradit Seruius. Vnde Graecis γουνᾶσθαι idem ferè eſt quod ſupplicare. Euripides Supplicibus, Lib. 6. 3. & 10. Eclog. 6. & 3. Aen.

Ἱκετεύω σε γεραιὰ γεραρῶν ἐκ στομάτων,
Πρὸς γόνυ πίπτουσα τὸ σόν.

Rurſus ibidem Adraſtum inducit ad Theſei genua aduolutū ita ſupplicantem, *Ἄναξ Ἀθηνῶν, ἐν μὲν αἰσχύναις ἔχω,*
Πιτνῶν πρὸς οὖδας, γόνυ σὸν ἀμπίσχειν χερί.

Apud eundem Clytemneſtra ait ſibi non eſſe pudori ad Achillis genua accidere,

Οὐκ ἐπαιδεσθήσομαί γε προσπιτνεῖν τὸ σὸν γόνυ.

Et paullò pòſt ait, Non aliam ad quam confugeret habere aram, niſi Achillis genu,

Οὐκ

Οὐκ ἔχω βωμὸν καταφυγεῖν ἄλλον, ἢ τὸ σὸν γόνυ.

Et Iphigenia ad patrem,

Ἱκετηρίαν δὲ γόνασιν ἐξάπτω σέθεν.

Rurſus Ennius,

Ad genua ſe proſternunt ſtatim lacrumantes.

Plaut. Poenulo —— *accedam*

Per ego te tua te genua obſecro ——

Idem Rudente, —— *per ego te haec genua obteſtor ſenex.*

Rurſus Trucul, —— *per tua obſecro genua,*

Vt tu iſtuc inſipienter factum, ſapienter feras, mihiq. ignoſcas.

Seneca Hercule Furen. —— *en blandas manus*

Ad genua tendens voce miſeranda rogat.

Lib. 10. Virgilius, *Et genua amplectens effatur talia ſupplex.*

Lib. 3. Rurſus, —— *& genua amplexus, genibusq. volutans*

Haerebat ——

Lib. 9. Met. Ouidius, *Dicentem, genibusq. manus adhibere parantem*

Corripit Alcides ——

De rapt. Proſer. Claudianus, —— *genibusq. ſuas cum ſupplice fletu*

Admouēre manus ——

VBEI MOLARVM STREPITVM] Piſtrinum intelligit per circumlocutionem. Plautus Aſin.

Num me illuc ducis, vbi lapis lapidem terit?

QVIS EST NOSTREIS FORIBVS] Huiuſmodi percontatio frequens eſt apud Comicos. Plautus Sticho,

Quisnam obſecro has frangit fores? vbi eſt?

Tun' haec facis? tun' mihi huc hoſtis venis?

Rurſus Amphit.

Quis tam vaſto impete has foreis toto conuolſit cardine?

Et in Bacchid.

Quid iſtuc? quae iſtaec eſt pulſatio?

Quae te mala crux agitat, ad iſtunc qui modum

Vireis tuas alieno extentes oſtio?

Foreis penè effregiſti, quid nunc vis tibi?

Verſus autem hic ex Plauti Trucul. Enniano ſimillimus eſt,

Quis illic eſt, qui tam proteruè noſtras aedes arietat?

Digitized by Google

Q. ENNII FRAGMENTA

EX INCERTIS TRAGOEDIIS, ET COMOEDIIS.

*

[† comi-ti.] HOMO, qui erranti † comiter monſtrat viam, — Cic lib. 1. De off.
Quaſi de ſuo lumine lumen accendat, facit.
Nihilominus vt ipſi luceat, quòm illi accenderit.

*

Suatum rerum incertei, quos ego mea ope ex — Idē lib. 1. de Orat.
Incerteis certos, compoteſq. conſilij
[ταυτα- κισμός.] Dimitto, vt ne res temerè tractent turbidas.

*

Amicus certus in re incerta cernitur. — Idem de Amic.

*

Quem metuunt, oderunt: — Idē 2. de Off.
Quem quiſq. odit, perijſſe expetit.

*

Benefacta malè locata, malefacta arbitror. — Idē ibid.

*

[† Quae.] † Quòd nemo eſt tam firmo ingenio, aut tanta confidentia, — Idē 3. de Orat. 5. de Fin.
[† ſanguine.] Quin refugiat timido † ſanguen, atque exalbeſcat metu.

*

Salmacida ſpolia ſine ſudore, & ſanguine. — Idē lib. 1. de Off.

*

Flagitij principium eſt nudare inter ciueis corpora. — Idē lib. 4. Tuſc.

*

Tanto ſublatae ſunt agmine tunc lapides. — Non. Lapides.

*

Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt. — Cic lib. 1. de Off.

*

Minimè nomine fieri prauum. — Donat. Adelph. Act. 1. Scen. 2.

*

Animuſq. aeger ſemper errat, neq. pati, — Cic lib. 3. Tuſc.
Neq. perpeti poteſt, cupere nunquam
Deſinit —

*

O fides alma apta penneis, & iuſiurandum Iouis. — Idem 3. de Off.

Atq.

Digitized by G

Iſid lib. De differ. Atq. genua comprimit arta gena.

Hirt. in Com. de Bel. Hiſp. Pes pede premitur: armeis teruntur arma. πολύπτωτον.

Cic. 2. Tuſ. 2. de Ora. Philoſophādū eſt paucis, nam omnino haud placet.

Agel. li. 5. Cic. 2. De Nat. deor. Quoi quod in me eſt, exſecrabor hoc, † quo lucet quicquid eſt. † quod.

Varr. lib. 6 De li. Lat. Vt tibei Titanis Triuia dederit ſtirpem liberū.

Idē ibid. Quin inde † inuicteis ſumpſerunt perduellibus. † V. C. inuitcis.

Idē ibid. Si voles aduortere animum, comiter monſtrabitur.

Idē ibid. Frunde, frutimi, ſuauiter.

Id. ibid. Atq. prius pariet locuſta lucam bouem.

Id. ibid. Vos epulo poſtquam ſpexit.

Feſt. Vitulans. Habet is coronam vitulans victoria.

Idē. Moene. Apud emporium in campo hoſtium † per moene. † pro.

Idē. Tam. Ille meae tam potis pacis potiri. πιτακισμός.

Idem Soſpes. Parentem & patriæ dij ſeruate ſoſpitem.

Non. Argutari. † Quem incertum tu iſti credere, atq. exercere lingua, vt argutarier poſſis. † Quo enim coctum.

Feſt. Mertus. Viuam, an moriar, nulla in me eſt metus.

Idē Trifax. Aut permaceret paries percuſſus trifaci. πιτακισμός

Varr. lib. 4 De Ling. Lat. O terra trita vbei Liberi fanum,
In cuius moero locaui — V. C. O terra Theba, vel Attica.

Idē ibid. Cubitis pinſibant humum. pathos.

Et quia

πάθος ab habitu. Et quis illaec eſt, quae lugubri ſuccincta eſt ſtola? Non. Quiſquis.

*

Labat, labuntur ſaxa, caementae cadunt. Idẽ Caementa.

*

Nec retrahi poteſtur imperijs. Diom. lib. 1.

*

Eos deduci, quàm relinqui, euehi, quã deſeri malui. Idẽ lib. 2. Chariſ. lib. 4.

*

An aliquid quod dono illi morares, ſed accipite. Diom lib. 1.

*

Effundit irarum quadrigas. Seru. lib. 12.

*

Ira inſaniae initium — Cic. lib. 4. Tuſc.

*

Num non vis huius me verſutiloquas malitias? Idẽ 3. de Orat.

*

Hehe ipſe clupeus cecidit — Varr. lib. 6 de ling. Lat.

*

Allite- ratio, & anno- minatio. Quicquã quiſquã cuiquam, quod conueniat, neget. Auctor. ad Heré. lib 4.

*

Feſtinant diem — Seru lib. 4 Geor.

*

Qui ſilentio noctis fauent faucibus
Ruſſis, cantu, plauſuq́ premunt alas. Cic. lib 2. de Diuin.

*

† Illuc. † Illic eſt nugator nihili, non nauci homo. Feſt. Naucum.

*

† foro. — quaſi in † choro pila Iſid. lib. 1. cap. 25.
Ludens, datatim dat ſeſe, & communem facit.
Alium tenet, alij nutat, alibi manus
† peruellit. percellit. Eſt occupata, alij † perpellit pedem,
Alij dat annulum † ſpectandum à labris.
† exſpectandũ. Alium inuocat, cum alio cantat: attamen
Alijs dat digito literas —

*

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

HOMO, QVI ERRANTI] Cicero vbi refert hos verſus, *Omnia autem*, inquit, *communia hominum videntur ea, quae ſunt generis eiuſdem, quod ab Ennio poſitum in vna re, transferri in permultas poteſt, Homo qui erranti &c.* ſubditq́., *Vna enim ex re ſatis praecipit, vt quicquid ſine detrimento commodari poſſit, id tribuatur, vel ignoto. Ex quo ſunt illa communia, non prohibere aqua profluente: pati ab igne ignem capere, ſiquis velit: conſilium fidele deliberanti dare: quae ſunt iis vtilia, qui accipiunt, danti non moleſta.* Inhumanum enim prorſus videtur eam rem, qua alteri ſine detrimento prodeſſe poſſumus, denegare. Quo quidē argumento feſtiuè Lucianus inducit Prometheū ſe apud Mercurium purgantem, quòd ignem è caelo ſubduxerit. Ait enim nihil deos perdidiſſe, ex quo ignis apud homines fuit, quandoquidem ita naturâ comparatum eſt, vt ignis nihilo minor reddatur, ſiquis etiā cum alio communicet: neq. ideo extinguitur, quia alius inde flammā tranſtulerit. Vnde euidentiſſimum inuidiae argumentum colligitur, qui cùm dij citra vllam iacturam igne carere poſſint, ab eius tamē vſu eos arcere in animum induxerint, qui hoc potiſſimùm egere viderentur. Cicero ad hūc Ennij locum reſpiciens in Oratione pro Balbo ait, *Com[e]s, benigni, faciles, ſuaues homines eſſe dicuntur, qui erranti comiter monſtrāt viam: benignè non grauatè, communiter quidem certè non conuenit.* Et rurſus, *Ille verò inquit Antipater, improbè facit. Quid enim eſt aliud, erranti viam non monſtrare (quod Athenis exſecrationibus publicis ſanctum eſt) ſi hoc non eſt, emptorem pati ruere, & per errorem in maximam fraudem incurrere?* — MONSTRAT VIAM] Plautus Ruden.

Lib. 3. de Off.

> *Saltem aliquem velim, qui mihi ex his locis*
> *Aut viam, aut ſemitam monſtret* ——

Ennius rurſum,

> *Qui ſibi ſemitam non ſapiunt, alteri monſtrant viam.*

Lib. 3. Met. Ouidius, —— *monſtreq́. viam, quae ducit ad vndas.*

Lib. Aduer. 28. c. 39. NIHILOMINVS VT IPSI LVCEAT,] Turnebus vult hunc verſum legendum eſſe, *Nihilominus ipſi luceat &c.* aſſeritq́. vocem, vt, quae in exemplaribus percrebruit, menſionem verſus laedere, & commodè poſſe ſubaudiri, in optimis deniq. libris manuſcriptis non reperiri. SVARVM RERVM INCERTEI,] Apollinis haec eſſe verba, liquet ex Cicerone, qui ait, *Quid eſt enim praeclarius, quàm honoribus, & Reip. muneribus perfunctum ſenem poſſe ſuo iure dicere id, quod apud Ennium dicat ille Pythius Apollo? ſe eſſe eum, vn-*

de ſibi, ſi non populi & reges, at omnes ſui ciues conſilium expetant. Suarum rerum incerti, &c. EX INCERTIS CERTOS] Ἀντίθεσις. Terent. Hecyr.

Spe incerta certum mihi laborem ſuſtuli.

AMICVS CERTVS &c. Nullum quidem verius eſt argumentũ, quò meliùs adulterini à veris amicis explorari poſſint, quàm eorũ calamitas. In rebus enim proſperis quiſq. amicus eſt: at qui in duriſſimis rebus, atq. temporibus ſe talem exhibuerit, is verus amicus eſt. Quod rectè hoc ſenario explicauit Ennius, qui deinceps in prouerbiũ ceſſit, eandemq. ſententiam ex Euripide extulit, apud quem Pylades nullo pacto Oreſtem deſerere volebat, ſed cum amico emori cupiens haec ait, —— ποῦ γὰρ ἂν δείξω φίλος,

Εἴ σε μὴ δεινοῖσιν ὄντα συμφοραῖς ἐπαρκέσω;

Quibus verbis apertè ſignificat, non poſſe quempiam ſeſe amicum profiteri, niſi amicum duro in diſcrimine verſantem iuuerit. Eodem ſenſu videtur Iſocrates illud expreſſiſſe, δοκίμαζε τοὺς φίλους ἐκ τῆς περὶ τὸ βίον ἀτυχίας. Theognis idem profectò ſentire videtur: ſed raros admodum huiuſmodi eſſe amicos aſſerit, in rebus difficilibus perſiſtentes. Quem locũ vt valdè celebrem Themiſtius quoq. adduxit in Oratione περὶ φιλίας. Poëtae igitur grauiſſimi verba haec ſunt,

Παύρους δ' εὑρήσεις Πολυπαΐδη ἄνδρας ἑταίρους
Πιστοὺς ἐν χαλεποῖς πράγμασι γιγνομένους,

Cui ſimillimum illud Pindari,

φωτὶ παῦροι δ' ἐν πόνῳ πιστοὶ βροτῶν.

Ad illud reſpexit Ouidius, Triſt. 3.

O mihi care quidem ſemper, ſed tempore duro
Cognite, res poſtquam procubuêre meae.

QVEM METVVNT ODERVNT:] Rectè quidem Poëta noſter metũ, & odium coniunxit: hoc enim ex illo naſci non dubium eſt, cùm minimè diligi poſſint, qui timentur. Vnde praeclarè Cicero referens hunc locum ait, *Rerum autem omnium nec aptius eſt quicquam ad opes tuendas, ac tenendas, quàm diligi, nec alienius, quàm timeri. praeclarè Ennius,*

Quem metuunt oderunt, &c.

Idem in I. de Off. *Sed tum ſeruare illud poëtas dicimus, quod deceat, cùm id, quod quaq. perſona dignum eſt, & fit, & dicitur: vt, ſi aut Aeacus, aut Minos diceret,*

Oderint, dum metuant: aut,
Natis ſepulcbro ipſe eſt parens.

Indecorũ videtur, quòd eos fuiſſe iuſtos accepimus: at Atreo dicente, plauſus excitantur: eſt enim digna perſona oratio. Ex quibus clarè liquet, haec

ab Atreo dicta fuiſſe. Vnde aliqui arbitrati ſunt, Accij eſſe, qui Atreũ ſcripſit. Et in prima Philippica, *Illud magis vereor, ne ignorans verum iter gloriae, glorioſum putes, plus te vnum poſſe, quàm omnes, & metui à ciuibus tuis, quàm diligi, malis. Quòd ſi ita putas, totam ignoras viam gloriae. Charum eſſe ciuibus, bene de Rep. mereri, laudari, coli, diligi, glorioſum eſt: metui verò, & in odio eſſe, inuidioſum, deteſtabile, imbecillum, caducum: quod videmus etiam in fabulis, ipſis illis, qui,*

Oderint dum metuant,

dixerint, pernicioſum fuiſſe. Ad idem in I. contra Catilin. reſpexit, dum ait, *Quid enim Catilina eſt, quod te iam in hac vrbe delectare poſſit? in qua nemo eſt extra iſtam coniurationem perditorum hominum, qui te nõ metuat, nemo, qui non oderit.* Et paullò pòſt, *Si te parentes timerent, atq. odiſſent tui, neq; eos vlla ratione placare poſſes: vt opinor, ab eorum oculis aliquò concederes: nunc te patria, quae communis eſt omnium noſtrûm parens, odit ac metuit.* Ad hoc reſpicit illud Manilij lib. V,

Irarumq. dabit fluctus, odiumq., metumq
Totius vulgi ——

Aemilius Probus in Dione idem ferè dixit, *Hîc ſicut antè ſaepe dictum eſt, quàm inuiſa ſit ſingularis potentia, & miſeranda vita, qui ſe metui, quàm amari malunt, cuiuis facile intellectu fuit.* Seneca lib. de Clement. cap. xij. *Efficit, vt magnum inter regem, tyrannumq. diſcrimen ſit, vterq. licet non minus armis valletur: ſed alter arma habet, quibus in munimentum pacis vtitur, alter vt magno timore magna odia compeſcat. Nec illas ipſas manus, quibus ſe commiſit, ſecurus aſpicit. Contrarijs in contraria agitur. Nam vt inuiſus ſit, quia timetur, timeri vult, quia inuiſus eſt: & illo exſecrabili verſu, qui multos dedit praecipites, vtitur,*

Oderint dum metuant.

Tragicam hanc vocem C. Caligula, vt refert Suetonius, frequenter iactabat. Abba Maximus, & Antonius Monachus hunc ſenarium adducunt ex Ariſtotele,

Ὁ πολλοῖς φοβερὸς ὢν πολλοὺς φοβεῖται.

Democritus deſiderari magis, quàm timeri admonet expetendum, his verbis, Ποθητὸς εἶναι μᾶλλον, ἢ φοβερὸς κατὰ τὸν βίον προαιροῦ. ὃν γὰρ πάντες φοβοῦνται, πάντας φοβεῖται. Id ferè innuere videtur Virgilius,

Lib. 1. Aen. —— *quibus aut odium crudele Tyranni,*
Aut metus acer erat ——

Praeclarius illud quidem eſt, quod de Theodorico Gotthorum rege ſcribit Sidonius Apollinaris in epiſtola quadã ad Agricolam, de quo ait, *Timet timeri.* Demaenetus Plautinus in Aſin.

—— *nolo ego metui, amari mauolo.*

Hoc quidem Mithridates in omnibus alioqui regijs rebus ſapientiſſimus

mus non animaduertit, nihil neq. arma, neq. multitudinem ſubditorum, ſine eorundē beneuolentia cōducere: quinimo haec ipſa, ſi fides abſit, tantò minus tuta eſſe, quantò ſunt plura. Haec ita quidem Diō Graecè expreſſit, *νῦν δὲ καίτοι σοφώτατος ὁ Μιθριδάτης ἐς πάντα τὰ βασιλικὰ* Lib. 37.
γενόμενος, οὐκ ἔγνω ὅτι οὐδενὶ οὐδὲν, οὔτε τὰ ὅπλα, οὔτε τὰ πλήθη τῶν ὑπηκόων ἄνευ τῆς παρ' αὐτῶν φιλίας ἰσχύει, ἀλλὰ καὶ ὅσῳ τις ἂν πλείω, μὴ μέντοι καὶ πιστὰ αὐτὰ ἔχῃ, χαλεπώτερα αὐτῷ γίνεται. Haec igitur verba à tot auctoribus celebrata prouerbij loco videntur veteres vſurpaſſe: & nos haec per ē ex noſtris Adagijs tranſcripſimus. BENEFACTA MALE LOCATA] Verſus hic praeter ſententiae grauitatem eſt adnominationibus, & contrariorum reciprocatione ornatus. Phocion hanc eandem ſententiam fuſiùs hoc modo retulit, Qui largiuntur indignis ea, quae dignis conferri debebant, tria committunt abſurda: nam & ipſi iactūrā faciunt, & in bonos contumelioſi ſunt, & malos roborant, materiam vitiorum ſuppeditantes, *Οἱ δαπανῶντες εἰς ἀναξίους, δι' ὧν ἐχρῆν θεραπεύεσθαι τοὺς ἀξίους, τρισὶν ἀτόποις ἐνόχους ἑαυτοὺς ἀποφαίνουσιν· ἐζημίωσαν ἑαυτούς, ἐνύβρισαν τοὺς χρηστούς, τοὺς φαύλους ἐνίσχυσαν, ὕλην ἁμαρτιῶν χορηγήσαντες.* Beneficium malè locatum, *ἀκερδὴς χάρις*, vocatur à Graecis. Hinc Poëta ille vetus admonet, ne in vulgus effundantur beneficia, his verſibus,

Beneficia in vulgus cùm largiri inſtitueris,
Perdenda ſunt multa, vt ſemel ponas bene.

QVOD NEMO &c.] Secundum verſum ita affert Cicero, *quis eſt enim, aut quotuſquiſque, cui, mors cùm appropinquet,* Lib. 5. de Fin.

Non refugiat timido ſanguen? &c.

Et idem in Hortenſio eundem refert verſum. EXALBESCAT METV] Phyſicam rationem expreſſit: nam ex ſanguinis fluxu ad cor, exoritur pallor. SALMACIDA SPOLIA] Feſtus diſiunctim legit, Salmacia.

Salmaci da ſpolia ſine ſanguine, & ſudore.

Et ita in quibuſdā calamo exaratis Ciceronis codicibus. Gabriel Faërnus,

Salmaci das ſpolia ——

Haec autē intelligit Ennius incruenta, nulloq. labore parta. Quod ex ijſdem ipſis Ciceronis verbis colligi poteſt: ait enim, *Itaq. in probris maximè in promptu eſt, ſiquid tale dici poteſt,*

Vos etenim iuuenes animum geritis muliebrem,
Illaq. virgo viri ——

Et ſiquid eſt huiuſmodi,

Salmacida ſpolia &c.

Salmacidis quidem fontis ex Ouidio fabula nota eſt, in quo ferunt ſemiuiros effici, qui ea aqua lauentur. Pythagoras apud eundem lib. XV, Lib. 4. Met.

Cui non audita eſt obſcoenae Salmacis vnda?

De qua re Auſonius, Epig 68.

Vidit

Vidit ſemiuirum fons Salmacis Hermaphroditum.

Vibius Sequeſter De fontibus, *Salmacis*, inquit, *Cariae, ex quo qui bi-*
Lib. 14. *bit, molleſcit, idem obſcoenus fit.* Negat Strabo huius fontis aqua viros
molles fieri, cùm id non ex aëre vel aqua, ſed diuitijs & victus incon-
tinentia effici poſſit. Id fortaſſe ex loci opportunitate dictum eſt: ferũt
enim illius fontis aditum, vt inquit Feſtus, parietibus anguſtatum
potantibus iuuenibus occaſionem praebere accedentium puellarum,
puerorumq́. violandorum: quia non patet refugium. Ita quidem Fe-
ſti locus eſt legendus, nam in omnibus malè, pro *potantibus*, *petulan-*
tibus irrepſit. Sunt qui exiſtimãt à Salmacide nympha Caeli Terraeq́.
Lib. 2. filia huic fonti nomen fuiſſe impoſitum. Vitruuius verò rationem ex-
cap. 8. ponit, quare per orbem terrarum ea opinio falſo rumore ſit peruaga-
ta, Venereo ſcilicet morbo eos implicari, qui ex eo fonte biberint.
—SINE SVDORE] Ἀνιδρωτί. —ET SANGVINE] Balbus
Lib. 8. ad Att. ad Ciceronem, *Factum Caeſaris de Corphinio totum me probaturum ſci-*
to, & quomodo in huiuſmodi re commodiùs cadere non potuit, quàm vt res
ſine ſanguine conficeret. Graeci ἀναιμωτί dicunt, quod Latini ſine cruore:
indeq́. incruenta pugna, vel incruento Marte. FLAGITII PRIN-
CIPIVM] Reſpexit Ennius hoc trochaico, vt ex Cicerone compre-
henditur, ad Graecorum morem, qui in gymnaſijs exercitationis gra-
Lib. 5. De Rep. Laced. tia corpora nudabãt: quemadmodum de Lacedaemonijs tradit Thu-
cydides, Xenophon, & Plato. Vbi etiam non tantùm viris, ſed & mu-
Lib. 5. de Repub. lieribus videtur permittere, vt nudatis corporibus ſeſe in gymnicis
exerceant. Vnde ad Spartam de ludis Laconicis ait Propertius,

Lib. 3. eleg. 13.

Multa tuae Sparte miramur iura palaeſtrae,
Sed mage virginei tot bona gymnaſii,
Quòd non infames exercet corpore laudes
Inter luctantes nuda puella viros.

Ouidius epiſt. XV,

More tuae gentis nitida dum nuda paleſtra
Ludis, & es nudis foemina miſta viris.

Suidas in dictione δωριάζειν ait, Spartae etiam nudas conſpici puellas.
Lycurgi enim inſtitutione ſancitum fuit apud Lacedaemonios, vt
mulieres, virginesq́. virilibus officijs exercerentur, venationibus ſci-
licet, curſu, palaeſtra, diſco, iaculis, vt ad perferendos partus dolores
fierent robuſtiores. Hinc apud Euripidem in Andromacha Peleus
Menelao his verbis exprobrat, quòd nulla Spartana puella etiam ſi ve-
lit, queat eſſe caſta, quòd domos relinquentes cum iuuenibus nudis
femoribus, diſſolutisq́. tunicis curſus, & palaeſtras communes habẽt,

—— οὐδ' ἂν εἰ βούλοιτό τις
Σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη,

Αἳ ξὺν

. . . . Αἳ ξὺν νέοισιν ἐξερημοῦσαι δόμους,
Γυμνοῖσι μηροῖς, καὶ πέπλοις ἀνειμένοις,
Δρόμους, παλαίστρας τ' οὐκ ἀνασχέτους ἐμοὶ,
Κοινὰς ἔχουσι. ——

Sed tamen id videtur eſſe flagitij principium, cùm eorum viſu liberi & inconceſſi apud eos amores orirentur: ἐκ τοῦ enim ὁρᾶν τὸ ἐρᾶν. Vnde Plinius inquit, *Graeca res eſt, nihil velare.* Catullus de Nuptijs Pelei, *nudato corpore*, dixit. Lib. 34. cap. 5.

—— viderunt luce marinas
Mortales oculi nudato corpore Nymphas.

TANTO SVBLATAE SVNT] Deſcribebatur fortaſſe hoc verſu aliqua fluminis inundatio. Agmen verò de fluminis actu, ſiue ductu intelligi alibi retulimus. *Sublatae lapides.* Sic etiam Virgilius in foeminino genere dixit, *Acuta ſilex, & ſilice in nuda.* NVLLA SANCTA SOCIETAS,] Cicero, *Maximè autem adducuntur pleriq., vt eos iuſtitiae capiat obliuio, cùm in imperiorum, honorum, gloriaéue cupiditatem inciderint. Quod enim eſt apud Ennium,* Lib. 8. Eclog. 1. Lib. 1. de Off.

Nulla ſancta ſocietas, nec fides regni eſt,

id latiùs patet. Nam, quicquid eiuſmodi eſt, in quo non poſſint plures excellere, in eo plerunq. fit tanta contentio, vt difficillimum ſit ſanctam ſeruare ſocietatem. Declarauit id modò tempeſtas C. Caeſaris, qui omnia iura diuina, & humana peruertit propter eum, quem ſibi ipſe opinionis errore finxerat, principatum. Ennianae ſententiae ſimile videtur illud eſſe, quod Suetonius ex III. de Off. Ciceronis refert, ſemper Caeſarem in ore habuiſſe eos verſus de Phoeniſſis,

Εἴπερ γὰρ ἀδικεῖν χρὴ, τυραννίδος πέρι
Κάλλιστον ἀδικεῖν, τ' ἄλλα δ' εὐσεβεῖν χρεών.

Quos Cicero vertit,

Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia
Violandum eſt: alijs rebus pietatem colas.

Inducit autem ijs verbis Euripides, Eteoclem Thebanum regnandi cupidum ad Iocaſtam matrem loquĕtem nolle Polynici fratri quamcunq regni partem cedere. Tullij Romanorum regis filia apud Halicarnaſſeum, vt ſororis virũ ad necandam vxorem induceret, quò ſibi maritus adiungeretur, vtq́ regnum adipiſcerentur, ait, etiam ſi in alijs rebus iuſtitiam colere libeat, certè regni cauſſa audenda eſſe omnia. Hinc Liuius *infidam regni ſocietatem* dixit, Et Lucanus, Lib. 4. Lib. 1. Lib. 1.

Nulla fides regni ſocijs, omniſq́. poteſtas
Impatiens conſortis erit ——

MINIME NOMINE] Donatus in Adelph. affert hunc verſum adnotans in, *fieret*, primam produci. ANIMVSQ. AEGER]

Locus

Locus hic ita affertur à Cicerone, *At & morbi pernicioſiores, pluresq. ſunt animi, quã corporis: hi enim ipſi odioſi ſunt, quòd ad animũ pertinent, eumq. ſolicitant, animusq. aeger, vt ait Ennius, ſemper errat: neque pati, neq. perpeti poteſt: cupere nunquam deſinit*. Sed quoniam Poëta noſter non multùm in ſenariorum pedum obſeruatione religioſus fuit, quã veniam ſibi Romanos poëtas vſurpaſſe teſtatur Horatius in Poëtica, & quia verba haec quandam ſenariorum ſtructuram prae ſe ferunt, puto Enniũ pro ſenarijs in aliqua poſuiſſe Tragoedia: & haec omnia noſtri Poëtae verba eſſe, non autem Ciceronis. Quare locum hunc ab illo Iphigeniae Chori non ſatis diuerſum eſſe reor, qui ait,

Incertè errat animus ——

O FIDES ALMA] Cicero hoc modo refert hũc Ennij trochaicum tetrametrum catalecticum, *Sed in iureiurando, non qui metus, ſed quae vis ſit, debet intelligi. Eſt enim iuſiurandum affirmatio religioſa. Quod autem affirmatè, quaſi Deo teſte, promiſeris, id tenendum eſt. Iam enim nõ ad iram deorum, quae nulla eſt, ſed ad iuſtitiam, & ad fidem pertinet. Nam praeclarè Ennius,*

O fides alma, apta pennis, & iuſiurandum Iouis.

Qui igitur iuſiurandum violat, is fidem violat: quam in Capitolio vicinam Iouis Opt. Max. vt in Catonis Oratione eſt, maiores noſtri eſſe voluerunt. Ex quo loco apparet, Romanos Fidem, vt Deam, coluiſſe. Ad hunc verſum arbitror reſpexiſſe Appuleius in Dialogo de Deo Socratis, *Si nemo huic capiti crediderit, quis pro te deus fidem dicet? An vt ferociſſimo Mezentio dextra, & telum quod miſſile libro? Apageſis tam cruentos deos, dextram caedibus feſſam, & telum ſanguine rubiginoſum. Vtrumque idoneum non eſt per quod adiures, út ue per iſta iurent, cùm ſit ſummi deorum hic honor proprius. Nam & iuſiurandum dicitur, vt ait Ennius. Quid igitur iurabo? per Iouem lapidem Romano ritu?* Apparet hîc manifeſtè verba Ennij deeſſe: nam dũ illius verbis probare vult Appuleius, iuſiurandum ſummi deorum proprium eſſe honorem, illa omnino deficiunt. Cenſetq. Iuſtus Lipſius Elect. lib. I. cap. xviij. legendum eſſe hunc locum, *Nam & Iouis iurandum dicitur, vt ait Ennius*. Additque haec verba, quibus iuſiurandi etymon enucleat, *Iurandum per Iouem eſſe, id eſt ſummum deorum, à verbo ipſo colligit: quia formata vox quaſi Iouiſiurandum ſit*. Ad cuius ſententiam confirmandam facit & Naeuij verſus, quem ipſe etiam attulit,

Ius ſacratum Iouis iurandum ſagmine.

APTA PENNIS,] Sancta quidem res fides per ſe eſt, cùm inuiolata ſeruatur: ſed eadem propter inſtabilem hominum voluntatem facilis procliuiſq; eſt ad lapſum: ſumpta tralatione à pennarũ leuitate & inconſtantia. Sed mihi hic locus valde ſuſpectus eſt, quẽ aliqui legũt

apta

— *apta pinnis*, aliqui — *alta pinnis*, aliqui meliùs — *à qua pendet iuſiurandum Iouis*. Videtur enim adhibitum iuſiurandum, vt ait Procopius inter homines ſupremũ ac firmiſſimum fidei pignus eſſe. ATQ. GENVA] Iſidori locus in manuſcripto Achillis Statij ita habetur, *Genua à genis dicta, eo quòd in vtero cohaereant, & coniuncta ſint oculis. Vnde Ennius ait,* Lib. 2. de Bello Perſico.

Atq. genua comprimunt arta gena.

Sed Statius putat legendum,

Aequè genua comprimunt artè genas.

PES PEDE PREMITVR] Hircius ſic allegat hunc locum, *Ita cùm clamori eſſet intermixtus gemitus, gladiorumq́. crepitus auribus oblatus, imperitorum mentes timor praepediebat. Hîc, vt ait Ennius,*

Pes pede premitur, &c.

Non autem dubium eſt ex ijs Homericis hunc locum ſumpſiſſe Ennium: ſic enim ait, Iliad. ν.

φράξαντες δόρυ δουρὶ, σάκος σάκεϊ προθελύμνῳ,
Ἀσπὶς ἄρ' ἀσπίδ' ἔρειδε, κόρυς κόρυν, ἀνέρα δ' ἀνήρ.

Tyrtaeus, Καὶ πόδα πὰρ ποδὶ θεὶς, καὶ ἐπ' ἀσπίδος ἀσπίδ' ἐρείσας,
Ἐν δὲ λόφον τε λόφῳ, καὶ κυνέην κυνέῃ,
Καὶ στέρνον στέρνῳ πεπαλημένος ἀνδρὶ μαχέσθω,

Hinc Furius Antias IV. Ann.

Preſſatur pede pes, mucro mucrone, viro vir.

Virgilius, — *haeret pede pes, denſusq́. viro vir.* Lib. 10.

Statius ita ad verbum ferè Homericos verſus conuertit, Lib. 8. Theb.

Iam clypeus clypeis, vmbone repellitur vmbo,
Enſe minax enſis, pede pes, & cuſpide cuſpis.

Sed vberiùs Silius, Lib. 9.

— *galea horrida fluctu*
Aduerſae ardeſcit galeae, clypeusq́. fatiſcit
Impulſu clypei, atq. enſis contenditur enſe,
Pes pede, virq́. viro teritur —

Simile eſt quodammodo Naſonis illud, vbi Hercules de congreſſu cũ Acheloo loquitur, Lib. 9.

Inq́. gradu ſtetimus certi non cedere, eratq́.
Cum pede pes iunctus, totoq́. ego pectore pronus
Et digitos digitis, & frontem fronte premebam.

Simili vocum colliſione, quae in re ſeria grauiter cadit, ait Virgilius, Lib. 5.

Immiſcentq́. manus manibus —

Graecis, χερσὶν χεῖρας. Apollon. Rhod.

Τῇ ῥ' ἄμοτον καὶ χερσὶν ἐναντία χεῖρας ἔμιξεν. Lib. 2. Argon.

Omnia ad pugnam reſpiciunt, quae cominus gladijs corporum con-

flictu fit. Q. autem Curtius eadem penè verba in aliam ſignificationẽ traduxit, cùm de conferto Macedonum agmine loqueretur lib. III. inquit enim, *Ipſi phalangem vocant peditum ſtabile agmen. Vir viro, armis arma conſerta ſunt*. PHILOSOPHANDVM EST PAVCIS,] Cicero, *Neoptolemus quidem apud Ennium philoſophari ſibi ait neceſſe eſſe, ſed paucis: nam omnino haud quidem placere*. Et idem, *Minimè, inquit, Antonius: ac ſic decreui philoſophari potiùs, vt Neoptolemus apud Ennium, paucis: nam omnino haud placet*. Turnebus legit,

a. Tuſc.

Lib. 2. Aduerſ. cap. 8.

Philoſophandum eſt mi paucis: nam omnino &c.

Meminit etiam huius Ennianae ſententiae Appuleius prima pro ſe Apolog. Inde autem colligitur, Principibus non admodum eſſe neceſſarium philoſophiae ſtudijs imbui, ſed ſatis ea tamen aliquantulũ degustaſſe. Sed Plato videtur omnino reges philoſophos eſſe voluiſſe, cùm ait, Ἐὰν μὴ (ἦν δ' ἐγὼ) ἢ οἱ φιλόσοφοι βασιλεύσωσιν ἐν ταῖς πόλεσιν, ἢ οἱ βασιλεῖς τε νῦν λεγόμενοι καὶ δυνάσαι φιλοσοφήσωσι γνησίως τε καὶ ἱκανῶς. Ac Muſonius philoſophus vult, vt ſeriò reges philoſophiae operam nauent: eos enim decet magis quàm alios iuſtos eſſe, temperãtes, & modeſtos: eorumq. proprium & peculiare eſt, diſcernere quid bonum, quidue malum ſit. Quae quidem niſi ex vltimis philoſophiae fontibus haurient, earum rerum ſemper erunt ignari. Sed illud fortaſſe imitatus eſt Ennius ex Pyrrho Philemonis, in quo ruſticorum Chorus inducebatur haec dicens,

Lib. 5. de Repub.

Οἱ φιλόσοφοι ζητοῦσιν, ὡς ἀκήκοα,
Περὶ τοῦτό τ' αὐτοῖς πολὺς ἀναλοῦται χρόνος,
Τί ἐστιν ἀγαθόν. καὶ οὐδὲ εἷς εὕρηκέ πω Τίς ἐστιν. &c.

Vnde arbitror Ennium Neoptolemi Tragoediam dediſſe: quam etiã Accius dedit, & ex Graecis Mnimermus, ſeu Mimnermus Colophonius, Theophilus, & Nicomachus Alexandrinus. In qua fortaſſe Neoptolemi caedes repraeſentabatur, qui Delphis ad Apollinis aram trucidatus eſt. Indeq. poena talionis Neoptolemi poena dicitur, vt in Meſſenicis refert Pauſanias: nam ipſe ad Hercei Iouis aram Priamum iugulauit. Sed illud quidẽ non abſq. admiratione praetereundum eſt, omnes, qui Aeacidarũ cognomine appellabãtur, diuinitus oblata caede occubuiſſe. VT TIBEI TITANIS] Titanis, vt ait Nicandri Scholiaſtes, cognominatur Diana. Idq. exiſtimo, quòd eam Latona Titani filia genuit. Ideoq. Chreſtus Manlius poëta ſanè vetuſtus in hymno Apollinis,

Deli gemellos creta Titano Deos
Latona parit caſto complexu Iouis.

Sic putat apud Varronem Scaliger hos verſus eſſe legendos. Ferunt alij Hyperiona vnum ex Titanibus, quoniam Solis, ac Lunae, ſtellarumq.

rumq. motus primus obſeruauit, aſtrorum patrem eſſe dictum. Et hinc Sol Titan, & Luna Titanis dicta eſt. — TRIVIA] M. Varro ab eo Triuiam dictam eſſe ait, quòd in triuio ponitur ferè in oppidis Graecis; vel quod Luna dicitur eſſe, quae in caelo tribus vijs mouetur, in altitudinem, & latitudinem, & longitudinem. Eadem ratione à Graecis τριοδῖτις dicta eſt: quae etiam, vt ait Phurnutus, τῶν τριόδων ἐπόπτις appellata fuit, quòd ternam accipiat mutationem, dum ſigniferum orbem perambulat. Ariſtophanis Scholiaſtes ait, eam olim in triuijs coli ſolitam, quòd tribus vocaretur nominibus, σελήνη, ἄρτεμις, ἑκάτη. Et quoniam menſes ad curſum Lunae veteres metiebantur, ſingulis nouilunijs, à quibus menſes ipſi auſpicabantur, in triuijs Lunae coenam veſpere pro ſacrificio diuites parabant, in quam pauperes irruentes protinus deuorabant. Quamobrem Lunam, quae appoſita eſſent, comediſſe aſſeuerabant. Hecaten autem & Dianam eandem eſſe, tum ex alijs auctoribus, tum ex Orpheo apud Proclum in Commentarijs in Platonis Cratylum apparet. Quocirca etiam Maro Lib. 4. Aen.
dixit, *Tergeminamq. Hecaten, tria virginis ora Dianae.*
Ouidius, *Ora videns Hecates in tres vergentia partes.* Lib. 1. Faſt.
Alijs placet, Triuiam dictam, quòd in caelo, in terra, & apud inferos eadem polleat poteſtate. De qua Prudentius lib. I. contra Symmachũ,

Deniq. cùm Luna eſt, ſublustri ſplendet amictu:
Cùm ſuccincta iacit calamos, Latonia virgo eſt:
Cùm ſubnixa ſedet ſolio, Plutonia coniux,
Imperitat Furijs, & dictat iura Megaerae.

Innominatus quidam Poëta,

Terret, lustrat, agit, Proſerpina, Luna, Diana,
Ima, ſuperna, feras, ſceptro, fulgore, ſagitta.

Ab Eratoſthene autem εἰς τὰ Ἀράτου φαινόμενα dicitur διχότομος, λοξὴ, μηνοειδής. At Cleomedes lib. II. περὶ τοῦ κόσμου eam ob cauſſam non triuiam, ſed triformem appellat. Theocriti Scholiaſtes aliam affert rationem, cur Hecaten in triuijs venerentur; ait quidem, Iouem ex Pheraea Aeoli filia Hecaten genuiſſe, quae in triuijs abiecta, à paſtoribus ſuſcepta, nutritaq. fuit. Feſtus auctor eſt, non triuijs tantùm, ſed & vijs praefuiſſe. Alcamenes omnium primus, vt refert Pauſanias, Hecates triforme ſignum fecit, quod Athenis viſebatur iuxta Victoriae aedem — PERDVELLIBVS.] Varro exponit, *Perduelles ſunt hoſtes: vt perficit, ſic Perduellum, Duellum: id poſtea bellum. Ab eadem cauſſa facta Duellona, Bellona.* Scaliger ait hunc verſum eſſe mendoſum; & legendum, Lib. 2.

Vindictam victis ſumpſerunt perduellibus.

Turnebus antiqui codicis lectionem probat,

Quid vnde inuiteis ſumpſerint ——

— COMITER MONSTRABITVR.] *Comiter*, ait Varro, *hilarè, ac lubenter. cuius origo Graecè κῶμος: inde Latina, comeſſatio dicta, & à Graecis (vt quidam dicunt) Comoedia.* FRVNDE, FRVTIMI, SVAVITER] Scaliger legit, *Eiuſdem ab Irundine — nefrende fritinni Suauiter* — Cur autem hanc lectionem probet, multis verbis in Coniectaneis explicauit. ATQ PRIVS PARIET] Argumentum περὶ τοῦ ἀδυνάτου — LVCAM BOVEM.] Varro Lucam bouem interpretatur elephantum: quòd in Lucania primũ

Lib. 6. à Romanis viſus ſit, vt ex Commentario Verginij refert ipſe Varro. Vegetius lib. III. de Re Mil. cap. xxiv. de elephantis loquens, ait, *Hos contra Romanum exercitum primus in Lucania rex Pyrrhus eduxit. Poſtea Annibal in Africa, Rex Antiochus in Oriente, Iugurtha in Numidia copioſos habuerũt.* Quae verba repetit Modeſtus in libello De vocabulis rei militaris. Critolaus autem in tertio rerum Epiroticarum ait, Paullum Aemilium ex victoria, quam contra Pyrrhum Epirotarum regem eſt conſequutus, centum ſexaginta turres geſtantes ele-

Lib. 5. phantos Romam miſiſſe. Lucretius,

Inde boues Lucas turrito corpore tetros
Anguimanos belli docuerunt volnera Poeni
Sufferre, & magnas Martis turbare cateruas.

Lib. 9. Silius, *Nam prouectus equo moderantem cuſpide Lucas*
Maurum in bella boues ſtimulis maioribus ire,
Ac raptare iubet Libycarum armenta ferarum.

Lucanos autem à Samnitium duce Lucio ortos, Sempronius tradit in libello De diuiſione Italiae. Turnebus ex vetere libro putat, hunc verſum eſſe Naeuij. VOS EPVLO POSTQVAM SPEXIT.] Vide, quae in XVI. Ann. adnotauimus. — VITVLANS] Exponit Feſtus, *Laetans gaudio, vt prato vitulus*. Naeuius in Claſtidio, *Vitulantes* ſimiliter à vitula dixit, vt refert Varro lib. VI. Rurſus Naeuius in Lycurgo,

Vt in venatu vitulantes ex auijs
Loceis nos mittant poeneis decoratos fereis.

Iannus Gulielmus negat, vitulari à vitulo deduci, ſed à vita, quae interdum laetitiam, lubentiamq́ ſignificat. vnde dea hilaritatis praeſes Vitula. —— PER MOENE.] Pro, per *moenia* Singulari numero *moene* protulit Ennius. ILLE MEAE TAM POTIS] Obſeruat Feſtus hoc loco *tam* pro, *tamen* eſſe poſitum. PARENTEM ET PATRIAE] Paullus Feſti decurtator ait, Ennium ſoſpitem pro ſeruatore poſuiſſe: & non malè ex Feſti fragmentis hic verſus eſt concinnatus. QVEM INCERTVM TV ISTI CREDERE,]

Turne-

Turnebus quidem ait, in Nonio vitiatã eſſe Ennij inſcriptionem, innuitq́ eum locum eſſe legendum, *Ennius Choenice*, Lib. 29. Aduerſ. cap. 20.

Tum tu iſti crede, atq. exerce linguam, vt argutarier poſſis.

Aitq́. eam fabulam Choenicem de nomine menſurae fuiſſe inſcriptã: vt Varronis modius, qui victus mediocritatem ſignificauit, & moderationem. Sed cur non potiùs, ſi agendum eſt coniecturis, non legit, *Phoenice?* Quam fabulam certum eſt, dediſſe Ennium: de Choenice autem nuſquam, nec litera quidem. —— ARGVTARIER] Loquaciter proloqui. —— NVLLA IN ME EST METVS] Ait Feſtus hoc loco, in dictionibus *Recto fronte*, & *Specus*, metus foeminino genere dici. —— TRIFACI] Trifax telum eſt longitudinis trium cubitorum, quod catapulta mittitur, vt ait Pompeius. O TERRA TRITA] Vertranius legit,

O terra Graeca vbi Liberi fanum intumum locaui.

Scaliger verò ita corrigit hunc locum,

O terra tritaui, in cuius moero Liberi
Fanum locaui ——

CVBITIS PINSIBANT HVMVM] Varro ait, *Terra, vt putant, eadem & humus: ideo Ennius in terrã cadentes dicit, Cubitis pinſibant humum.* Verba illa, *in terram cadentes*, non videntur eſſe Ennij, ſed Varronis. Virgilius, Lib. 4 de Ling. Lat. Lib. 10.

Fronte ferit terram ——

Idem ibid. —— *& calcibus atram Tundit humum* ——

CAEMENTAE] Vſurpauit Ennius hanc vocem in foeminino gegenere. EOS DEDVCI,] Diomedes affert hunc locum in exemplum ὁμοιοτελεύτου. Donatus de Barbariſmo eandem ob cauſſam, ſed aliquantò diuerſiùs;

Eos reduci, quàm relinqui, deuehi, quàm deſeri malui.

—— MORARES] Moro, pro, moror apud veteres. Pacuuius Hermione, *Paucis abſoluit, ne moraret diutius.*

EFFVNDIT IRARVM QVADRIGAS.] Metaphora ducta à quadrigis, quae habenis reguntur: quibus effuſis diſſolutae euagãtur nullo moderante. Seruius explicans Maronis illud lib. extremo,

—— *irarumq́. omnes effundit habenas,*

ait, *Hic moderatè loquutus eſt: nam Ennius, Effundit irarum quadrigas, dixit.* Silius lib. II. alia tranſlatione,

Effundit cunctam rabiem, irarumq́ procellas.

IRA INSANIAE INITIVM —] Cicero, *An eſt quicquam ſimilius inſaniae, quàm ira? quàm bene Ennius initium dixit inſaniae? Color, vox, oculi, ſpiritus, impotentia dictorum, atq. factorum quam partem habent ſanitatis?* Seneca hunc Ciceronis locũ ſic expreſſit latiùs, *Vt ſcias,*

inquit,

inquit, *inſanos eſſe, quos ira poſſedit, ipſum illorum habitum intuere: flagrant, emicant oculi, multus ore toto rubor eſt, labia quatiuntur, dentes cõprimuntur, capilli ſubriguntur, ſpiritus ſtridens eſt, gemitus, mugitusq. vt parum explanatis vocibus ſermo productus, & comploſae ſaepius manus, & pulſata humus pedibus, foeda viſu, atq. horrenda facies deprauantium ſe, atq. intumeſcentium.* Simile quid protulit Baſilius in ὁμιλίᾳ περὶ ὀργῆς. Arnobius ijsdem ferè verbis, *Et quid ergo ſequitur neceſſariò, niſi vt ex eorum luminibus ſcintillae emicent, flammae aeſtuent, anhelum pectus ſpiritum iaciat ex ore, & ex verbis ardentibus labrorum ſiccitas inalbeſcat?* Themiſtius, qui ob ſermonis leporem εὐφραδὴς appellatus eſt, in Oratione περὶ τῆς φιλίας, ἐγὼ δὲ οἶμαι, ait, τὴν ὀργὴν μανίαν ὀλιγοχρόνιον εἶναι. Plutarchus in libello De garrulitate inquit, Iram inſaniae eſſe cognatam.
Cap. 7. Et Chryſoſtomus in Ioannem ait, inter iram, & inſaniam nihil differ-
Homil. 47 re. M. Porcius Cato, iratum ab inſano tempore tantùm diſtare putabat.
Epiſt. lib. 1 bat. Horatius,

Epiſt. 2. *Ira breuis furor eſt* ——

Sicut enim ira ex dolore, ita ex ira furor naſcitur. Gregorius Nazianzenus, vbi animae ſuae calamitatem deplorat,

Θυμὸν ἐρευγομένη γυμνὸν κακόν. ὃς τε μάλιστα
Λάβρος ἐπιζείων, ἐκ νοὸς ἄνδρα φέρει.

Euenus ſaepe inquit hominũ mentem ab ira detegi, quae peior quandoque eſt inſania,

Πολλάκις ἀνθρώπων ὀργὴ νόον ἐξεκάλυψε
Κρυπτόμενον, μανίας πουλὺ χερειότερον.

Nec his diſſimile eſt Philemonis illud, cùm ait, omnes inſanire cùm iraſcimur, Μαινόμεθα πάντες, ὁπόταν ὀργιζώμεθα.

VERSVTILOQVAS MALITIAS?] Cicero *Nouantur autem verba, quae ab eo, qui dicit, ipſo gignuntur, ac fiunt: vel coniungendis verbis, vt haec,*

Tum pauor ſapientiam &c.
Num non vis huius me verſutiloquas &c.

Videtis enim, & verſutiloquas, & expectorat, ex coniunctione facta eſſe verba, non nata. Idem rurſus poſtrema verba in Oratore adducit. HEHE IPSE CLVPEVS CECIDIT—] Hehe, eſt conſternatae mentis. Maximo quidem probro apud Graecos habebatur, cùm
Lib. 4. clypeus è dimicantis manu decideret. Thucyd. ἡ ἀσπὶς περιερρύη ἐς τὴν θάλασσαν QVICQVAM QVISQVAM] Auctor ad Herenn. profert hunc verſum tanquam vitioſum ob nimiam eiuſdem literae aſſiduitatem. Cui ſimilis eſt Plautinus ille in Pſeudolo,

Quorum nunquam quicquam cuiquam venit in mentem,
vt rectè faciant.

FE-

FESTINANT DIEM] Seruius manuſcriptus in enarratione loci illius Virg. in IV. Georg.

— lentis Cyclopes fulmina maſſis Cùm properant, ——

inquit, *Vetuſtè ait, vt Plautus, properant prandium, & Ennius, feſtinant diem.* QVEI SILENTIO NOCTIS FAVENT &c.] Ita hûc locum affert Cicero, *Democritus quidem optimis verbis cauſſam explicat, cur ante lucem galli canant: depulſo enim de pectore, & in omne corpus diuiſo, & modificato cibo cantus edere quiete ſatiatos, Qui quidem ſilentio noctis (vt ait Ennius) fauent &c.* Sed inter hos galli cantus placet aliquantulum obſtrepere. Videtur Heliodorus Democriti opinionem ſequi, qui ait, Tempore quo galli canunt, ſiue, vt aiunt, naturali ſenſu cõuerſionis, qua Sol ad nos accedit, ad Dei ſalutationem commoti, ſiue prae caliditate, & motus, ac eſcae maturioris appetitu vnà habitantes proprio praeconio ad opus excitantes. Καθ' ὃν γὰρ καιρὸν ἀλεκτρυόνες ᾄδουσιν, εἴτε ὡς λόγος αἰσθήσει φυσικῇ, τῆς τοῦ ἡλίου καθ' ἡμᾶς περιτροφῆς ἐπὶ τὴν τοῦ θεοῦ πρόσρησιν κινούμενοι, εἴτε ὑπὸ θερμότητος ἅμα, καὶ τῆς περὶ τὸ κινεῖσθαι καὶ σιτεῖσθαι θᾶττον ἐπιθυμίας, τοὺς συνοικοῦντας ἰδίῳ κηρύγματι ἐπὶ ἔργον ἐγείροντες. Ambroſius Nolanus ſuae aetatis philoſophus haud ignobilis in ſuis quaeſtionibus exiſtimat, gallorum cantum ab innata quadam ſalacitate proficiſci. Cantu enim coëundi libidinem ſignificari, vel illud praecipuè denotat, quòd antequam ad ineundas gallinas idonei ſint, cõticeſcant. Quod pleriſq. auibus vſu venit, quae Veneris procliuitatem denuntiant: quemadmodum de perdicibus ait Plinius, quae ſuperuolantium afflatu concipiunt, ſaepe voce tantùm audita maſculi. Galli igitur concocto cibo, expulſo iam ſomno ad Veneris illecebras excitantur, cantuſq́ blanditijs ad ſeſe gallinas alliciũt. Lepidam admodũ rationem profert Lucianus in ſuo Somnio, quod & Gallus inſcribitur, cur gallus antelucanos edat cantus, quam vt cõmentitiam praetermittimus, vt ad ſeria deueniamus. Multorum igitur philoſophorum fuit opinio, omnia, quae infra Lunam ſunt, cum ſuperioribus cognationem quandã, atq. conuenientiam, quam Graeci συμπάθειαν vocant, habere. Vnde Chaeremon Stoicus, & cũ eo Porphyrius arbitrati ſunt, gallo à Sole aliquid caeleſte coi ferri: idq́ eò libentiùs, quòd prima mediae noctis inclinatione noctem explaudentibus alis (vt Lucretianis vtar verbis) eſt

Lib. 1. Hiſt. Aeth.

Lib. 10. cap. 33.

Lib. 4.

Auroram clara contentus voce vocare.

In qua etiam opinione fuit Proclus, qui ait inſitum eſſe gallis, Apollinis numen aduocare, & veluti proprijs canticis aſſurgenti ſupplaudere. Pauſanias Idomenei clypeum idcirco ait gallinacei galli effigie inſignitum, quòd is à Minoë Cretenſium rege, & Paſiphaë originem duceret, quae Solis fuit filia: cui gallum ideo ſacrum eſſe perhibet,

Lib. 5.

quia

quia eius ortum praeſentiat, cantuq. mortalibus indicet. Indeq. finxerunt poëtae, Latonae parienti gallum aſtitiſſe. Qui adeò prae caeteris animalibus cũ Sole eſt coniunctior, vt hanc ob cauſſam leo, qui animal maximè ſolare eſt, eius aſpectum, criſtas, vocemq. perhorreſcat: & eorum praecipuè (vt D. Ambroſius ait) qui albi ſunt. Cuius rei cauſſam Proclus, qui ex Platonica prodijt officina, optimè explicauit in eo libello, cui titulus eſt περὶ τῆς μαγείας. Ait enim, animalia multa cum Sole conuenire, quemadmodum leones, & galli, qui pro ſua natura ſolaris numinis participes ſunt. Vnde mirum quidem eſt, quantùm eodem in ordine inferiora cedunt ſuperioribus, quamuis magnitudine, potentiaq. minimè cedant. Hinc à leone aſſerunt vehementer gallum timeri, & quaſi quodammodo coli: cuius rei rationem à materia, ſenſúue aſſignare nequimus: ſed ſolùm à superni ordinis contemplatione: quoniam videlicet Solaris virtutis praeſentia cõuenit gallo magis, quàm leoni. Quod & inde perſpicuũ eſt: quia gallus quaſi quibusdam hymnis ſurgenti Soli applaudit, eumque aduocat, cùm ex Antipodum medio caelo ad nos defertur. Adhaec tradũt Graeci aliquot auctores, Cecropis animam, quam in leonis ſpeciem conuerſam fuiſſe autumabant, ex Aegyptiorum, Chaldaeorumq. necromantia, immolatis gallis, quibuſdam ſignis, figuriſq. impreſſis, quas Graeci χαρακτῆρας appellant, eſſe euocatam, ſeq. illam eis praebuiſſe conſpicuam. Sed Lucretius aliam huius timoris affert rationẽ, cùm de gallo loquens ait,

Lib. 6. Hexaemer. cap. 4. — Lib. 4.

Quem nequeunt rapidi contra conſtare leones,
Inq. tueri: ita continuò meminère fugaï:
Nimirum, quia ſunt gallorum in corpore quaedam
Semina, quae, cùm ſunt oculis immiſſa leonum,
Pupillas interfodiunt, acremq. dolorem
Praebent, vt nequeant contra durare feroces.

Alij autem dicunt, gallum eſſe ſymbolum colendae diuinitatis, & diuinum quiddam prae ſe ferre. Quod verò diuinum eſt, omnis humana, terrenaq. poteſtas reueretur. Leones porrò, cùm deorum matri Cybelae dedicati ſint, nam eius currum trahentes finxerunt poëtae, vnde Maro,

Lib. 3. Aen.

Et iuncti currum dominae ſubière leones,

terrae ipſi addicti intelliguntur. Per Cybelen enim terram poëtas intellexiſſe Albricus philoſophus, Seruius, & pleriq. alij dixerunt. Tanta igitur inter leonem, & gallum diſcordia intercedit, vt etiam (quemadmodum ex ſuperſtitioſis Democriti ſcriptis tradidit Socion) herbula quaedam, quae leo nuncupatur, ita gallum abhorreat, vt, ſi puella nondum iuncta viro, ſed tamen quòd tunc menſes laboret, nudaq.

paſſis crinibus leguminum ſegetem circumeat gallum habens in manibus, illico exareſcat. —— FAVENT FAVCIBVS RVSSIS, CANTV,] Fauere faucibus, pro, *canere* dixit Ennius, vt adnotat Turnebus. Aliqui tamen legunt, Lib. 5. Ad cap. 18.

—— *fauent faucibus*

Rurſum cantu, plauſuq. &c.

& intelligunt hoc loco, *fauere faucibus, cantu*, pro, *tacere*: quemadmodũ nota illa loquutio, *fauere ore*, vel, *linguis*. Hyperides, & Demoſthenes gallos κοκκύζειν dixerunt: Auctor verò Elegiae de Philomela, cucurire. —— PLAVSVQ. PREMVNT ALAS:] Plinius de gallis ait, *Nec Solis ortum incautis patiuntur obrepere, diemq. venientem nunciant cantu, ipſum verò cantum plauſu laterum*. NON NAVCI HOMO.] Chariſius ait, Nauci eſſe fabae granum, cùm ſe aperit, & hinc pro nihilo ponitur. Galbius Baſſus Satyra, Lib. 10. cap. 21. Lib. 2.

Veruïna confodiende, non te nauci facio.

QVASI IN CHORO PILA LVD.] Iſidorus vbi de digitorum, & oculorum notis loquitur, quibus taciti procul diſtantes colloqui poſſunt, adducit lepidos hos Ennij verſus de quadam impudica. Quam cùm deſcribere vellet, vtpote omnibus ſui copiam facientem, elegantiſſimam à pilae luſu ſimilitudinem ſumpſit, quae datatim ſeſe dederet. Datatim autem ludere, abſolutè erat, pila ludere. Vnde in eo luſu alij datores dicebantur, qui pilam dabant: alij factores, qui faciebant, hoc eſt qui feriebant. De qua re Plautus in Curculione,

Tum iſti qui ludunt datatim ſerui ſcurrarum in via,
Et datores, & factores omneis ſubdam ſub ſolum.

Eadem trāſlatione vſus eſt Pomponius Attellanarũ poëta in Adelph.

Quod ille dicit, tum datatim in lecto tecum luſi.

Vbi *datatim* interpretatur Nonius, *inuicem dando*. Artemidorus vbi de gymnaſijs ſecundùm ſpecies agit, harpaſtum, inquit, & pilam contentiones nunquam finiendas ſignificare: plerunq. etiam amorem erga meretrices. Similis eſt enim pila, & harpaſtum meretrici, proptereà quòd nuſquam maneant, & ad multos quidem perueniant. ALIVM TENET,] Tibullus, Lib. 1.

Te tenet, abſentes alios ſuſpirat amores. Eleg. 6. lib. 1.

—— ALII NVTAT,] Natura potiſſimùm ſermone bruta animalia ab hominibus differre voluit, quae non tãtùm ἄλογα ζῶα dicta ſunt, quoniam ratione carent (non enim omnino bruta rationis expertiã eſſe videntur, quandoquidem bona expetere, malaq. vitare optimè ſciunt) ſed quoniam muta ſunt, nulluſq. eſt inter ea ſermocinandi vſus. At demũ homines tanto naturae beneficio non contenti ſuapte induſtria alios excogitarunt modos, quibus abſq. ſermone occultas

animi cogitationes, quibus vellent, patefacere poſſent, nutu ſcilicet, ſiue oculorum, aut digitorum motione, & alijs pleriſque modis. Scaliger pro *nutat*, *adnictat* legit in Coniectaneis. In qua dictione Feſtus hunc ex Naeuij Tarentilla locum profert,

Alij adnutat, alij adnictat, alium amat, alium tenet.

Cuius auctoritate fretus Scaliger putat, totum hunc de meretrice locum eſſe Naeuij. Verùm quamuis hic verſus ſententia Ennianis illis non videatur abſimilis, verba tamen longè differunt. Sed fieri potuit, vt eandem ſententiam alter ab altero exprimere voluerit: vel vtrique ea, vt plerunque contingere ſolet, in mentem venerit. Iſidorus enim aperta dictione ex Ennio affert. Nutare autem capitis eſſe dicunt, annuere, vel innuere narium, vel labiorum, nictare oculorum. Plautus Aſin.

Neq. illa vlli homini nutet, nictet, annuat.

Eleg. 2. lib. 1. Tibullus, *Illa viro coram nutus conferre loquaces,*
Blandaq. compoſitis addere verba notis.

2. Amor. eleg. 5. Ouidius, *Multa ſupercilio vidi vibrante loquentes,*
Nutibus in veſtris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuêre tui, conſcriptaq. vino
Menſa: nec in digitis littera nulla fuit.
Sermonem agnoui (quid non videatur amanti?)
Verbaq. pro certis iuſſa valere notis.

Amor. 1. Eleg. 4. Idem, *Me ſpecta, nutusq. meos, vultumq. loquacem,*
Excipe furtiuas, & refer ipſa notas.

Amor. 3. Eleg. 10. Et rurſus, *Quid iuuenum tacitos inter conuiuia nutus?*
Verbaq. compoſitis diſſimulata notis?

Eleg. 3. Cornelius Gallus,
Atq. ſupercilijs, luminibusq. loqui.

— ALII PERPELLIT PEDEM,] Plautus Aſin.
Neq. illaec vlli ſuo pede pedem homini premat.

— ANNVLVM SPECTANDVM] Plautus ibid.
Spectandum ne cui annulum det, neq. roget.

Prou. cap. 6. ALIIS DAT DIGITO LITERAS —] Salomon, *Annuit oculis, terit pede, digito loquitur, &c.* Ouidius,

Lib. 1. Amor. Eleg. 4. *Verba ſupercilijs ſine voce loquentia dicam,*
Verba leges digitis, verba notata mero.

Lib. 1. de Ar. aman. Idem, *Nil opus eſt digitis, per quos arcana loquaris,*
Nec tibi per nutus accipienda nota eſt.

Lib. 3. Eleg. 7. Propertius,
Tecta ſupercilijs ſiquando verba remittis,
Aut mea cùm digitis ſcripta ſilenda notat.

Crepitu

Crepitu praeterea digitorum ad ſigna loquuntur amantes. Tibullus, Lib. 1. Eleg. 2.

Et vocet ad digiti me taciturna ſonum.

Quorum etiam ſono pueros ad reſpondendum ciemus, vt in libro de Orthographia ait Velius. Petronius autem geſticulatorem intelligit, qui certa quadam lege manus motat, cùm ait,

Tinctus colore noctis
Manu puer loquaci.

Tomi tertij Fragmentorum
Q. Ennij finis.

Digitized by Google

Q. ENNII

FRAGMENTORVM

TOMVS QVARTVS.

IN QVO, QVAE EX EVEMERO, SIVE SACRA HISTORIA SVPERSVNT, CONTINENTVR.

ET MINVTIORA QVAEDAM fragmenta, quae quonam referenda eſſent, pro incerto prorſus habuimus.

Q. ENNII
EVEMERI, SIVE
SACRAE HISTORIAE
SOLVTA ORATIONE CONVERSAE FRAGMENTA.

INITIO primus in terris imperium ſummũ Vranus habuit: is id regnum vnà cum fratribus ſuis inſtituit, atque parauit. Lact lib 1 cap 13.

Caelus in Oceano mortuus, & in oppido Aulatia ſepultus. Idẽ lib 1. cap. 11.

Exin Saturnus vxorem duxit Opem. Titan, qui maior natu erat, poſtulat vt ipſe regnaret. Ibi Veſta mater eorum, & ſorores Ceres, atq. Ops ſuadent Saturno, vt de regno non concedat fratri. Ibi Titan, qui facilè deterior eſſet, quàm Saturnus, idcirco & quòd videbat matrem, atq. ſorores ſuas operam dare, vt Saturnus regnaret, conceſſit ei vt is regnaret. Itaq. pactus eſt cum Saturno, vti ſiquid liberorũ virilis ſexus ei natum eſſet, ne educaret. Id eius rei cauſſa fecit, vti ad ſuos gnatos regnum rediret. Tum Saturno filium, qui primus natus eſt, eum necauerunt. Deinde poſteriùs nati ſunt gemini Iupiter, atq. Iuno. Tum Iunonem Saturno in conſpectum dedēre, atq. Iouem clam abſcondunt, dantq. eum Veſtae educandum celantes Saturnum. Item Neptunum clam Saturno Ops parit, eumq. clanculũ abſcondit. Ad eundem modum tertio partu Ops parit geminos Plutonem, & Glaucam. Pluton Latinè eſt Dieſpiter: alij Orcum dicunt. Ibi Glaucam filiam Saturno oſtendunt, ac filium Plutonem celant, atq. abſcõdunt. Deinde Glauca parua emoritur. Idem lib. eod. cap. 14.

Paullo poſt,

Deinde Titã poſtquam reſciuit Saturno filios procreatos, Idẽ ibid.

atq. educatos eſſe clam: ſeducit ſecum filios ſuos, qui Titani vocantur, fratremque ſuum Saturnum, atq. Opem comprehendit, eosq́. muro cirmumegit, & cuſtodiam heis appoſuit.

Idē eod. lib. cap. 11. Ioui Aquila conſedit in capite, atq. illi regnum portendit.

Idē eod. lib. cap. 14. Iupiter adultus cùm audiſſet, patrem atq. matrē cuſtodijs circumſeptos, atq. in vincula coniectos, venit cum magna Cretenſium multitudine, Titanumq́., ac filios eius pugnādo vicit, parentes vinculis exemit, patri regnum reddidit: atq. ita in Cretam remeauit. Poſt haec deinde Saturno data eſt ſors, vt caueret ne filius eum regno expelleret: ille eleuandae ſortis, atq. effugiendi periculi gratia, inſidiatus eſt Ioui, vt eum necaret. Iupiter cognitis inſidijs regnum ſibi denuo vendicauit, ac fugauit Saturnum. Qui cùm iactus eſſet per omnes terras, perſequentibus armateis, quos ad eum comprehendendum, vel necandum Iupiter miſerat, vix in Italia locum, in quo lateret, inuenit.

Idē eod. lib. cap. 11. Deinde Pantum deducit in mōtem, qui vocatur caeli ſtella. Poſtquam eò aſcendit contemplatus eſt latè terras, ibiq́. in eo monte aram creat Caelo, primuſq́. in ea ara Iupiter ſacrificauit: in eo loco ſuſpexit in caelum, quod οὐρανός nominatur: idq́., quod ſupra mundum erat, quod aether vocatur, de ſui aui nomine caelo nomen indidit. Idq́. Iupiter, quod aether vocatur, precans primum caelum nominauit: eamq́. hoſtiam, quam ibi ſacrauit, totam adoleuit.

Idē ibid. Eadem tempeſtate Iupiter in monte Olympo maximā partem vitae colebat, & eò ad eum in ius veniebant, ſiquae res in controuerſia erant.

Idē ibid. Siquis quid noui inuenerat, quod ad vitam humanam vtile eſſet, eò veniebat, atq. Ioui oſtendebat.

Idē ibid. Iupiter imperium Neptuno dat maris, vt inſuleis omnibus,

& quae

& quae loca ſunt ſecundum mare, omnibus regnaret.

Ipſe Iupiter, poſtquam rerum potitus eſt, in tantam inſolẽtiam venit, vt ipſe ſibi fana multeis in loceis conſtitueret. Nam cùm terras circuiret, in quamcunq. regionem venerat, reges, principeſue populorum hoſpitio ſibi, & amicitia copulabat: & cùm à quoq. digrederetur, iubebat ſibi fanũ creari hoſpitis ſui nomine, quaſi ita poſſet amicitiae, & foederis memoria conſeruari. Sic conſtituta ſunt templa Ioui Atabyrio, Ioui Labradeo. Atabyrius enim, & Labradeus hoſpites eius, atq. adiutores in bello fuerunt. Itẽ Ioui Laprio, Ioui Molioni, Ioui Caſio, & quae ſunt in eundem modũ, quod ille aſtutiſſimè excogitauit, vt & ſibi honorem diuinum, & hoſpitibus ſuis perpetuum nomen acquireret cum religione coniunctum. Gaudebant ergo illi, & huic imperio eius libenter obſequebantur, & nominis ſui gratia ritus annuos, & feſta celebrabant. Simile quiddam in Sicilia fecit Aeneas, cùm conditae vrbi Aceſtae hoſpitis nomen impoſuit, vt eam poſtmodum laetus, ac libẽs Aceſtes diligeret, augeret, ornaret. Hoc modo religionem cultus ſui per orbem terrae Iupiter ſeminauit, & exemplũ caeteris ad imitandum dedit. Idẽ ib. eod. cap. 22.

Deinde Iupiter poſtquam terrã quinquies circuiuit, omnibuſq. amiceis, atq. cognateis ſueis imperium diuiſit, reliquitq. hominibus legeis, moreis, frumentaque parauit, multaq. alia bona fecit, immortali gloria, memoriaq. affectus, ſempiterna monimenta ſueis reliquit. Aetate peſſum acta, in Creta vitam cõmutauit, & ad deos abijt: eũq. Curetes filij ſui curauerunt, decoraueruntq. eum: & ſepulchrum eius eſt in Creta in oppido Gnoſo: & dicitur Veſta hãc vrbem creauiſſe: inq. ſepulchro eius eſt inſcriptum antiqueis literis Graecceis ὁ Ζὰς τοῦ Κρόνου, id eſt Latinè, Iupiter Saturni. Idẽ eod. cap. 11.

Gluma. Varro de Re ruſt. lib. 1. c. 48.

Quae

Iaſt.lib.1 cap. 17. Quae prima, (*ſcilicet Venus*) artem meretriciam inſtituit, auctorq. mulieribus in Cypro fuit, vti vulgò corpore quaeſtū facerent. Quod idcirco imperauit, ne ſola praeter alias mulieres impudica, & virorum appetens videretur.

PROLEGOMENA
HIERONYMI COLVMNAE
IN EVEMERVM.

ANTEQVAM horum fragmētorum explicationē aggrediar, videor facturus operaepretium, ſi de Euemero, eiuſq. Sacra hiſtoria, quam poſtea Latinè conuertit Ennius, pauca retulero. Euemeri igitur patria incerta eſt: nam Plutarchus in libris, quos De dogmate philoſophorum ſcripſit, Tegeatem facit, & in libello de Oſiride, & Iſide, Meſſenium. Quod confirmat Aelianus, Strabo, & Lactātius. Clemens autem Alexandrinus, & Arnobius Agrigentinum tradunt fuiſſe. Vir fuit ſummae impietatis: nam deos ſuſtulit omnino. Et hunc in Iambis Callimachus innuiſſe exiſtimatur, cùm ait,

Aelianus Lib 2. cap. 31. de Var. hiſt. Lib. 1.

Ἐις τὸ πρὸ τείχǝς ἱερὸν ἀλέες δεῦτε,
Οὗ τὸν πάλαι χάλκεον ὁ πλάσας Ζᾶνα,
Γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψύχει.

Lib. 8. Adnec. math. lib. 3. Graec. aff. ſect. Quare impium τοῦ ἀθέου cognomē ſibi vſurpauit, vt Aelianus, Sextus Empiricus, Theodoretus, & alij quāplurimi tradiderūt. In eodem impietatis albo fuere Melius Diagoras, Prodîcus Ceius, Theodorus Cyrenaeus, Nicanor Cyprius, Hippon Melius, Diogenes Phryx, Soſias, Epicurus, & Abderita Protagoras: de quo haec protulit Timon Phliaſius in II. lib. eorum, quos inſcripſit σίλλους id eſt Sales, ſeu ſcōmata,

—— ὥς τέχνῃ μετέπειτα τοοῖς ὧν
Οὔτ' ἀλιγυγλώσσῳ οὔτ' ἀσκόπῳ οὔτ' ἀχυλίσῳ
Πρωταγόρῃ, ἔθελον δὲ τέφρην σὺν γράμματι θεῖναι,
Ὅττι θεοὺς κατέγραψ' οὔτ' εἰδέναι, οὔτε δύνασθαι.
Ὁπποῖοί τινές εἰσὶ καὶ εἴ τινες ἀθρήσασθαι.
Πᾶσαν ἔχων φυλακὴν ἐπιεικείης· τὰ μὲν οὔ οἱ
Χραίσμησ', ἀλλὰ φυγῆς ἐπεμαίετο ὄφρα μὴ οὕτως
Σωκρατικὸν πίνων ψυχρὸν ποτὸν ἄϊδι δύῃ.

Conſtat igitur multorum teſtimonio ſcripſiſſe libros, quibus deos eſſe omnino negabat. Quod fortaſſe argumentum in his iiſdem libris comple-

complexus eſt, quos ἱερὰν ἀναγραφὴν inſcripſit: non quòd haberet ipſe ſacram, quia res ſacras contineret (aſſerit enim in illa deos ex hominibus factos, & fictos eſſe) ſed vel iuxta vulgi opinionem, vel ironia ludens eo titulo librum inſigniuit. Vel etiam quia ex inſcriptionibus, titulisq. in vetuſtiſſimis templis exaratis, vt ex Lactantio demonſtrabimus, hiſtoriam ferè omnem collegit. Ea certè hominum, non deorũ res geſtas complexus eſt. Floruit Caſſandri regis temporibus, cui maximè charus fuit, longisq. ſuſceptis peregrinationibus Oceani meridionalem plagam perluſtrauit. Fuit alter praeterea eius nominis Elegiographus, cuius mentionem facit Cenſorinus in libello de Die natali. Sed placet adſcribere quaedam, quae ab antiquis ſcriptoribus de Euemero ſunt prodita, cùm ad eius hiſtoriae cognitionem plurimùm contulerint. Cap. 20.

Cicero lib. I. De nat. deor.

Quid qui aut fortes, aut claros, aut potentes viros tradunt poſt mortem ad deos perueniſſe, eosq. eſſe ipſos, quos nos colere, precari, venerariq. ſoleamus, nón ne expertes ſunt religionum omnium? Quae ratio maximè tractata ab Euemero eſt: quem noſter & interpretatus, & ſequutus eſt praeter caeteros Ennius. Ab Euemero autem & mortes, & ſepulturae demonſtrantur deorum.

Arnobius lib. IV. aduerſus gentes.

Mortalia ſunt enim quaecunq. narratis. Et poſſumus quidem hoc in loco omnes iſtos, nobis quos inducitis, atq. appellatis deos, homines fuiſſe mõſtrare, vel Agragantino Euemero replicato: cuius libellos Ennius, clarum vt fieret cunctis, ſermonem in Italum tranſtulit.

M. Minucius Felix,

Lege † Stoicorum ſcripta, vel ſcripta ſapientiũ, eadem mecum recognoſces ob merita virtutis, aut muneris deos habitos. Euemerus exſequitur & eorum natales, patrias, ſepulchra dinumerat, & per prouincias monſtrat: Dictaei Iouis, & Apollinis Delphici, & Phariae Iſidis, & Cereris Eleuſinae prodigijs aſſumptos in deos loquitur, qui errando, inuentis nouis frugibus, vtilitati hominum profuere. † hiſtoricor.

Lactantius lib. I. cap. XI,

Quomodo id probari poteſt? Nimirum veteres hiſtoriae docent. Antiquus auctor Euemerus, qui fuit ex ciuitate Meſſana, res geſtas Iouis, & caeterorum, qui dij putantur, collegit, hiſtoriamq. contexuit ex titulis, & inſcriptionibus ſacris, quae in antiquiſſimis templis habebantur, maximeq. in fano Iouis Triphylij, vbi auream columnam poſitam eſſe ab ipſo Ioue, titulus indicabat: in qua columna geſta ſua perſcripſit, vt monimentum eſſet poſteris rerum ſuarum. Hanc hiſtoriam interpretatus eſt Ennius, & ſequutus: cuius haec verba ſunt, Iupiter imperium &c.

Idem

Idem lib. De ira Dei cap. XI.

Nimirum ij omnes, qui coluntur vt dij, homines fuerunt, & ijdem primi, ac maximi reges. Sed eos aut ob virtutem quia profuerant hominum generi, diuinis honoribus affectos eſſe poſt mortem: aut ob beneficia, & inuenta, quibus humanam vitam excoluerant, immortalem memoriam conſequutos, quis ignorat? nec tantùm mares, ſed & foeminas. Quod cùm vetuſtiſſimi Graeciae ſcriptores, quos illi θεολόγους nuncupant, tum etiam Romani Graecos ſequuti, & imitati docent. Quorum praecipuè Euemerus, ac noſter Ennius, qui eorum omnium natales, coniugia, progenies, imperia, res geſtas, obitus, ſimulachra demonſtrant.

Auguſtin. lib. VI. De ciuit Dei cap. VII.

Quid de ipſo Ioue ſenſerunt, qui eius nutricem in Capitolio poſuerunt? Nónne atteſtati ſunt Euemero, qui omnes tales deos non fabuloſa garrulitate, ſed hiſtorica diligentia homines fuiſſe, mortaleſq́ conſcripſit?

Idem lib. VII. cap. XXVI.

Nam quod Virgilius ait,

Primus ab aethereo venit Saturnus Olympo,
Arma Iouis fugiens, & regnis exſul ademptis,

& quae ad hanc rem pertinentia ſubſequuntur, totam de hoc Euemerus pãdit hiſtoriam, quam Ennius in Latinum vertit eloquium. Vnde quia plurima poſuerunt, qui contra huiuſmodi errores ante nos vel Graeco ſermone, vel Latino ſcripſerunt, non in eo mihi placuit immorari.

Euſebius lib. II. Euang. praeparat.

De terreſtribus (inquit) dijs multa, variaq́. ab Hiſtoricis, & Poëtis tradita ſunt. Ex Hiſtoricis quidem Euemerus, qui ſacram quandam conficiens traditionem, ſeorſum ſcripſit. Ex Poëtis verò Homerus, Heſiodus, Orpheus, caeteriq́. huius generis auctores de dijs mõſtroſa quaedam effinxere. Nos tamen, quae ab vtriſque conſcripta ſunt, breuitati ſtudentes explicare conabimur. Euemerus igitur cùm Caſſandri regis fuerit amicus, ab eoq́. impulſus ſit, vt quaedam regia negotia, longamq́. peregrinationem ad finem perduceret, ait, in Oceanum Meridianum profectum. Qui cùm denique ex felici remigraſſet Arabia, in diuerſas nauigauit inſulas, & in earum vnam praeſtantiorem Panchaeam appellatam. In qua ait, vidiſſe incolas Panchaeos religione, pietateq́. praeſtãtes, qui maximis ſacrificijs, magnificiſq́. muneribus argenteis, & aureis deos colerent. Quamobrem ſacram dijs eſſe ipſam inſulam exiſtimat: aliaq́. multa tum propter vetuſtatem, tum propter operis apparatum admiratione digna tradidit: de quibus ſingillatim in ſuperioribus libris ſcripſimus. Addiditq́ in eius inſulae ſummo vertice templum eſſe Iouis Triphylaei ab eo ipſo conditum, cùm totius orbis imperio inter homines exſiſtens potiretur: &

in eo

in eo templo auream columnam eſſe, in qua Panchaeis literis Caeli, Saturni, & Iouis res geſtae ſummatim erant diſpoſitae. Ait praeterea, primũ Caelum regem fuiſſe iuſtum, ac pium virum, aſtrorumq́. motus cognitionis non imperitum: qui quoniam primus caelitibus ſacra retulerit vota, Caelus dictus eſt. Filios quoq; Pana, & Saturnum, filias verò Rheam, & Cererem ex Veſta habuiſſe tradit. Saturnumq́. deinde regnaſſe, qui ex Rhea vxore Iouem, Iunonem, & Neptunum ſuſcepit. Iupiter inſuper, quem Saturnus regni habuit ſucceſſorem, Iunonem, Cererem, & Themin vxores duxit. Ex ijsq́. liberos, ex prima ſcilicet Curetas, ex altera Proſerpinam, ex tertia Mineruam procreauit. Cùm verò Babylonem perueniſſet, à Belo hoſpitio acceptus eſt: ac poſtmodum cùm ad Panchaeam inſulam, quae in Oceano eſt, appuliſſet, Caelo progenitori aram collocauit. Indeq́. per Syriam regem Caſsiũ adijt, ex quo mons Caſſius dictus eſt: & in Ciliciam profectus, bello vicit Cilicem Imperatorem. Eius verba ſunt haec, quae à Georgio Trapezuntio eius interprete non vertuntur, qui in tota illa traductione mancus, & mutilus eſt, Περὶ δὲ τῶν ἐπιγείων θεῶν, πολλοὶ καὶ ποικίλοι παραδίδονται λόγοι παρὰ τοῖς ἱστορικοῖς τε καὶ μυθογράφοις. καὶ τῶν μὲν ἱστορικῶν, Εὐήμερος ὁ τὴν ἱερὰν ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἰδίως ἀνέγραψε. τῶν δὲ μυθολόγων, Ὅμηρος καὶ Ἡσίοδος καὶ Ὀρφεὺς, καὶ ἕτεροι τοιοῦτοι τερατωδεστέρους μύθους περὶ θεῶν πεπλάκασιν. ἡμεῖς δὲ τὰ παρ' ἀμφοτέροις ἀναγεγραμμένα πειρασόμεθα συντόμως ἐπιδραμεῖν, στοχαζόμενοι τῆς συμμετρίας. Εὐήμερος μὲν οὖν φίλος γεγονὼς Κασσάνδρου βασιλέως, καὶ διὰ τοῦτον ἠναγκασμένος τελεῖν βασιλικάς τινας χρείας καὶ μεγάλας ἀποδημίας, φησὶν ἐκτοπισθῆναι κατὰ τὴν μεσημβρίαν εἰς τὸν ὠκεανόν. ἐκπλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐκ τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας, ποιήσασθαι τὸν πλοῦν δι' ὠκεανοῦ πλείους ἡμέρας, καὶ προσενεχθῆναι νήσοις πελαγίαις. ὧν μίαν ὑπερέχειν τὴν ὀνομαζομένην Παγχαίαν. ἐν ᾗ τεθεᾶσθαι τοὺς ἐνοικοῦντας Παγχαίους, εὐσεβείᾳ διαφέροντας, καὶ τοὺς θεοὺς τιμῶντας μεγαλοπρεπεστάταις θυσίαις, καὶ ἀναθήμασιν ἀξιολόγοις, ἀργυροῖς τε καὶ χρυσοῖς: εἶναι δὲ τὴν νῆσον, ἱερὰν θεῶν καὶ ἕτερα πλείω θαυμαζόμενα κατά τε τὴν ἀρχαιότητα, καὶ τὴν τῆς κατασκευῆς πολυτεχνίαν. περὶ ὧν τὰ κατὰ μέρος, ἐν ταῖς πρὸ ταύτης βίβλοις ἀναγεγράφαμεν. εἶναι δ' ἐν αὐτῇ κατά τινα λόφον ὑψηλὸν καθ' ὑπερβολὴν, ἱερὸν Διὸς Τριφυλαίου, καθιδρυμένον ὑπ' αὐτοῦ, καθ' ὃν καιρὸν ἐβασίλευσε τῆς οἰκουμένης ἁπάσης, ἔτι κατὰ ἀνθρώπους ὤν. ἐν τούτῳ τῷ ἱερῷ στήλην εἶναι χρυσῆν, ἐν ᾗ τοῖς Παγχαίοις γράμμασιν ὑπάρχειν γεγραμμένας τάς τε Οὐρανοῦ, καὶ Κρόνου, καὶ Διὸς πράξεις κεφαλαιωδῶς. μετὰ ταῦτά φησι πρῶτον Οὐρανὸν βασιλέα γεγονέναι, ἐπιεικῆ τινα ἄνδρα καὶ εὐεργέτην, καὶ τῆς τῶν ἄστρων κινήσεως ἐπιστήμονα. ὃν καὶ πρῶτον θυσίαις τιμῆσαι τοὺς οὐρανίους θεοὺς, διὸ καὶ Οὐρανὸν προσαγορευθῆναι. υἱοὺς δὲ αὐτῷ γενέσθαι ἀπὸ γυναικὸς Ἑστίας Πᾶνα καὶ Κρόνον. θυγατέρας δὲ Ῥέαν καὶ Δήμητραν. Κρόνον δὲ βασιλεῦσαι μετὰ Οὐρανὸν, καὶ γήμαντα Ῥέαν γεννῆσαι Δία καὶ Ἥραν καὶ Ποσειδῶνα, τὸν δὲ Δία διαδεξάμενον τὴν βασιλείαν τοῦ Κρόνου, γῆμαι Ἥραν,

Mercurius 3us à Ioue [illegible] et Maia ex qua [illegible] Pana [illegible] Cic. de nat. deor. lib. 3 pag 153

καὶ Δήμητραν, καὶ Θέμιν. ἐξ ὧν παῖδας ποιήσασθαι, Κουρῆτας μὲν ἀπὸ τῆς πρώτης. Περσεφόνην δὲ ἐκ τῆς δευτέρας. Ἀθηνᾶν δὲ ἀπὸ τῆς τρίτης. ἐλθόντα δὲ εἰς Βαβυλῶνα, ἐπιξενωθῆναι Βήλῳ. καὶ μετὰ ταῦτα εἰς τὴν Πάγχαιαν νῆσον πρὸς ὠκεανῷ κειμένην παραγενόμενος, Οὐρανοῦ τοῦ ἰδίου προπάτορος βωμὸν ἱδρύσασθαι. κἀκεῖθεν διὰ Συρίας ἐλθεῖν πρὸς τὸν τότε δυνάστην Κάσιον. ἐξ οὗ καὶ τὸ Κάσιον ὄρος. ἐλθόντα δὲ εἰς Κιλικίαν πολέμῳ νικῆσαι Κίλικα τοπάρχην.

EXPLICATIO.

INITIO PRIMVS] Lactãtius vbi haec verba refert, ita inquit, *Ennius quidem in Euemero non primum dicit regnaſſe Saturnum, ſed Vranum patrem, Initio, inquit &c.* Quibus verbis Apollodorus ſuam auſpicatus eſt Bibliothecam: ait enim, Οὐρανὸς πρῶτος τοῦ παντὸς ἐδυνάστευσε κόσμου. Quae ego potiùs ex Euemero ſumpta, quàm Apollodori eſſe puto. Meminit pòſt idem Auctor Vrani, quem Caelum Latinè dicimus, filiorum, quorum nouiſſimum Saturnum eſſe ait, qui Caelo patri virilia amputauit, eumq. ab regno eiecit. Quem Atlantei Africae populi (vt ex Diodoro refert Euſebius) regnaſſe aſſerebãt apud ipſos primùm, habuiſſeq. filios quinque & quadraginta. Cur autem finxerunt poëtae Saturnum hoc eſt tempus, Vrani, qui caelum Latinè dicitur, eſſe filium, rationem explicat hiſce verbis Claudius Tuſcus, ὁ γὰρ χρόνος ἐκ τῆς τοῦ οὐρανοῦ κινήσεως πρόεισι. CAELVS IN OCEANO] Haec verba ex Euemero refert Lactantius. Sunt qui pro *Oceano* legãt *Oceania*: putantq. ita Cretam appellatam eſſe. EXIN SATVRNVS VXOREM DVXIT OPEM] Lactantius haec Ennij eſſe teſtatur ex Sacra hiſtoria. Idẽ quoq. Apollonius primo Bibliotheces ſcribit de Saturni coniugio: ait enim, Saturnum ſororem Rheam, quam Latinè Opem dicimus, ſibi in matrimonium copulaſſe, his verbis, τὴν δὲ ἀδελφὴν Ῥέαν γήμας, &c. TITAN, QVI MAIOR NATV ERAT,] Lactantius poſtquam multa ex Ennij Euemero proſequutus eſt, haec addidit, *Haec hiſtoria quàm vera ſit, docet Sibylla Erythraea eadem ferè dicens, niſi quòd in paucis, quae ad rem non pertinent, diſcrepat.* Sed quoniam Lactantius Sibyllae verba praetermiſit, viſum eſt, ea adſcribere. Inquit igitur, Saturno, Titano, & Iapeto Caeli Terraeq. filijs ſorte vnicuiq. tertiam terrae partem obtigiſſe: ita & inter eos pater aequè diuiſerat: qui ſenio tandem confectus mortuus eſt. Tum verò Saturnus, & Titan iureiurando violato de regno contendere coeperunt. Sed Iuno, Terra, Venus, Veſta, Ceres, & Dione contentionẽ compoſuere: conuocatisq. regibus, fratribusq. omnibus, ac conſanguineis, Saturno regnum tributum eſt, vtpote qui reliquis & forma eſſet praeſtantior, & aeuo maturior. Verba eius ſunt,

Καὶ

Καὶ βασίλευσε Κρόνος, καὶ Τιτὰν, Ἰαπετός τε
Γαίης τέκνα φέριστα, καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν
Ἄνθρωποι, Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ οὔνομα θέντες,
Οὕνεκα οἱ προφέρεσοι ἔσαν μερόπων ἀνθρώπων.
Τρίσσαι δὴ μερίδες γαίης κατὰ κλῆρον ἑκάστου,
Καὶ βασίλευσεν ἕκαστος ἔχων μέρος, οὐδὲ μάχοντο.
Ὅρκοι γάρ τ' ἐγένοντο πατρὸς, μερίδες τε δίκαιαι.
Τηνίκα δὴ πατρὸς τέλεος χρόνος ἵκετο γήρως,
Καὶ ῥ' ἔθανεν, καὶ παῖδες ὑπερβασίην ὅρκοισι
Δεινὴν ποιήσαντες, ἐπ' ἀλλήλους ἔριν ὦρσαν,
Ὅς πάντεσσι βροτοῖσιν ἔχων βασιληΐδα τιμὴν
Ἄρξει. καὶ μαχέσαντο Κρόνος, Τιτάν τε πρὸς αὐτούς.
Τοὺς δ' Ἥρη, καὶ Γαῖα, φιλοστέφανός τ' Ἀφροδίτη,
Δημήτηρ τε, καὶ Ἑστίη, εὐπλόκαμός τε Διώνη,
Ἤγαγον ἐς φιλίην συναγείρασαι βασιλῆας
Πάντας ἀδελφειούς τε, συναίμους τ' ἠδὲ καὶ ἄλλους
Ἀνθρώπους, οἵ τ' ἦσαν ἀφ' αἵματος ἠδὲ τοκήων.
Καὶ ῥ' ἔκριναν βασιλῆα Κρόνον πάντων βασιλεύειν,
Οὕνεκά τοι πρέσβιστος ἔην γε, καὶ εἶδος ἄριστος.

Sed lectio quatuor priorum verſuum aliquantulùm diuerſa eſt apud Athenagoram in Apologia pro Chriſtianis. Nam ibi pro, βασίλευσε, legitur βασιλεῖς, & pro, καὶ Οὐρανοῦ ἐξεκάλεσσαν, eſt, καὶ Οὐρανοῦς ἐκάλεσσαν, & pro, Γαίης τε καὶ Οὐρανοῦ, Γαῖάν τε καὶ Οὐρανόν, & pro, προφέρεσοι, habetur, πρώτιστοι. ITAQ. PACTVS EST CVM SATVRNO,] Proſequitur Sibylla, Titana, antequam imperium ſuſciperet Saturnus, eum coëgiſſe vt iuraret, maſculam prolem ab ipſo vllo modo educãdam nõ eſſe: vt, cùm ſenio Saturnus confectus obierit, ipſe regno ſuccederet. Quare cùm Rhea parturiebat, Titanes aderant, qui virilis ſexus foetus omnes crudeliter dilaniabant, ſinentes tantùm foemellas à matre nutriri. Ea verò ſic ait,

Ὅρκους δ' αὖτε Κρόνῳ μεγάλους Τιτὰν ἐπέθηκε,
Μὴ θρέψαι ἄρσενα, καὶ παίδων γένος, ὡς βασιλεύσῃ
Αὐτὸς, ὅταν γῆρας τε Κρόνῳ καὶ μοῖρα πέληται.
Ὁππότε κεν δὲ Ῥέη τίκτῃ, παρὰ τὴν δ' ἐκάθηντο
Τιτῆνες. καὶ τέκνα διέσπων ἄρρενα πάντα,
Θήλεα δὲ ζῶντ' εἶαν δὲ παρὰ μητρὶ τρέφεσθαι.

ATQ. IOVEM CLAM ABSCONDVNT] Apollodorus Rheam, inquit, quo tempore Iouem vtero ferebat, in Cretã eſſe profectam: ibiq. in Dictaeo antro illum in lucem edidiſſe, & Curetibus, Adraſteaeq., ac Idae nymphis Meliſſarum filiabus alendum dediſſe, quae Amaltheae lacte puerum educauere. Curetes verò in antro ar- *Lib. 1. Biblioth.*

mati infantem ſeruabant, haſtilibus ſcuta concutientes, ne vagientis pueri vocem Saturnus audiret. Eosq. ferunt Curetas eſſe appellatos διὰ τὸ κουροτροφῆσαι αὐτόν. Pindari verò interpres ait, Iouem in Ida Cretae monte fuiſſe educatum, Curetibus reſonantibus, ne Saturnus eum eiulantem audiret. Cuius verba ſunt, Ἴδη ὄρος ἐν Κρήτῃ ἔνθα Ζεὺς ἀνετράφη, Κουρήτων ἠχούντων, ἵνα μὴ γνοίη Κρόνος αὐτὸν κλαίοντα. Rhea verò lapidem faſcijs inuolutum pro puero patri deuorandum tradidit Idē

Lib. 4. Faſt. ferè repetit Naſo. Agathocles verò Babylonius dicit, quòd Rhea ex Proconneſo acceperit lapidem: per quem ait ſignificari, quòd priùs terra latuerit ſub rerum omnium confuſione. Graeci lapidem illum, qui Saturno pro Ioue traditus eſt, βαίτυλον vocant, à Latinis inuſitata

Priſ. lib. 7. voce Abaddir dicitur. Quem lapidem deuorauit in monte Petracho, quem ſupra Chaeronā eſſe, tradit Pauſanias in Boeoticis. Idemq. in Meſſenicis praeter plures nationes Meſſenios ait Iouis incunabula ſibi vendicaſſe: eiusq. nutrices nominaſſe Nedā, à qua fluuius, & Ithomen, à qua mons nomen acceperit. Additq., has nymphas ſurreptū à Curetibus Iouem ob Saturni metum in eo fonte lauaſſe, & ab eo

Lib. 2. furto aquae nomen inditum. Lucretius de Curetibus,

Dictaeos referunt Curetas, qui Iouis illum
Vagitum in Creta quondam occultaſſe feruntur:
Cùm pueri circum puerum pernice choréa
Armati in numerum pulſarent aeribus aera,
Ne Saturnus eum malis mandaret adeptus,
Aeternumq. daret matri ſub pectore volnus.

De qua re plura Strabo lib. X. Mythologi commentitium illud Saturni filios deuorantis ad tempus referunt. Vnde quidem rectè Claudius Tuſcus in Ephemeride inquit, qui fabuloſa Saturni perſcrutati ſunt, ſuos ipſorū filios faciunt eum vorantē poëtico ſcilicet velamine,

Ol. Od. 2. innuentes tempus rerum omnium parentem. Confirmat Pindarus, tempus cunctarum rerum auctorem ac parentem eſſe, quòd cuncta fiant temporis procurſu, intereant, redeantq. Quare rectè Graeci eodem ferè modo & Saturnum, & tempus nominant. Sed quoniam ad

Lib. 9. de R. Ruſt. Iouis educationem ſpectat Euemeri locus, qui à Columella adducitur, ideo hunc tranſcribere opportunum cenſemus, *Nec ſanè* inquit, *ruſtico dignum eſt ſciſcitari, fuerit ne mulier pulcherrima ſpecie Meliſſa, quam Iupiter in apem cōuertit, an (vt Euemerus poëta dicit) crabronibus, & Sole genitas apes, quas nymphae Phryxonides educauerint, mox Dictaeo ſpecu Iouis extitiſſe nutrices, easq. pabula munere Dei ſortitas, qui-*

Lib. 4. Georg. *bus ipſae paruum educauerant alumnum.* Ideirco Vergilius de apibus,

Dictaeo caeli Regem pauēre ſub antro.

Lib. 1. Argon. Quo verſu videtur adumbraſſe illa Apollonij,

> Ὄφρα Ζεὺς ἔτι κοῦρος, ἔτι φρεσὶ νήπια εἰδὼς
> Δικταῖον ναίεσκεν ὑπὸ ἄντρον ——

ITEM NEPTVNVM CLAM SATVRNO OPS PARIT, EVMQ. CLANCVLVM ABSCONDIT.] Tradũt fabulae, equum pro Neptuno Saturno oblatum fuiſſe. PLVTON LATINE EST DIESPITER, ALII ORCVM DICVNT.] Haec verba à Latino interprete addita ſunt, quò Graecam vocem redderet notiorem. Dieſpiter autem Iupiter eſt, qui etiam & Pluto. Virgilius, *Sacra Ioui Stygio* —— Lib. 4. Aen.

Nec ſemel apud poëtas infernum Iouem inuenies, ſicut etiam apud Maronem infernam Iunonem pro Proſerpina, ex opinione Stoicorum, qui vni eidemq. Deo nomina, & ſexum pro actibus, & officijs dicebant variari. Lib. 6. Varro, *Idem*, inquit, *hic Dieſpiter dicitur infimus aër, qui eſt coniunctus terrae, vbi omnia oriuntur, vbi aboriuntur: quorum quòd finis ortus, Orcus dictus.* Lib. 4 de Ling Lat. Cũ hoc cõuenit Ciceronis illud, *Terrena autẽ vis omnis, atq. natura Diti patri dedicata eſt, qui Dis, vt apud Graecos* Πλούτων, *quia & recidant omnia in terras, & oriantur è terris.* Lib. 2. de nat. deor. Quod nimirũ ex Platonis Cratylo ſumptum apparet, qui Ἅδην inquit ὑπονομάζουσι Πλούτωνα, κατὰ τὴν τοῦ πλούτου δόσιν, ὅτι ἐκ τῆς γῆς κάτωθεν ἀνίεται ὁ πλοῦτος. Perſuaſerãt enim ſibi veteres, eandem poteſtatem Plutonem apud inferos obtinuiſſe, quam Iupiter inter caeleſtes deos. Orcum ſanè appellatum volunt Grammatici ab vrgendo, quòd ad interitum omnia vrgeat: & inde ab antiquis, vt tradit Verrius, Orcum Vragum eſſe appellatũ: quae mihi nominis enodatio ſatis remota eſſe videtur. DEINDE TITAN POSTQVAM RESCIVIT] Refert Sibylla, Titanes poſtquam cognouẽre ex Saturno pueros eſſe editos, atq. furtim à coniuge educatos, Titan collectis vndiq. ſexaginta natis Saturnũ cum coniuge in obſcurum carcerem detruſit,

> Ἡνίκα δ' ἤκουσαν Τιτᾶνες, παῖδας ἐόντας
> Λάθριον, οὓς ἔσπειρε Κρόνος τε Ῥέη τε σύνευνος,
> Ἑξήκοντα δὲ τοὺς παῖδας συναγείρατο Τιτὰν,
> Καί ῥ' εἶχ' ἐν δεσμοῖσι Κρόνον τε Ῥέην τε σύνευνον,
> Κρύψεν δ' ἐν γαίῃ, καὶ ἐν ζωσμοῖς ἐφύλασσε.

QVI TITANI VOCANTVR,] Titanas primus omniũ Homerus in Apollinis hymno commentus eſt, tartari deos eſſe: vnde καταχθόνιοι δαίμονες dicti ſunt. Ab Homero deinde accepit Onomacritus Titanum nomen, quorum opera finxit in eo libro, quo Liberi patris Orgia verſibus expoſuit, eum Deum grauibus exagitatum aerũnis. Apollonij autem Scholiaſtes Muſaeum laudat in Titanographia. Lib. 3.
IOVI AQVILA CONSEDIT IN CAPITE,] Lactantius, Lib. 1. *Caeſar quoq. in Arato refert, Aglaoſthenem* (in Naxicis opinor, quae cap. 11.

ab eo

ab eo ſcripta comperio) *dicere, Iouem cùm ex inſula Naxo aduerſus Titanas proficiſceretur, & ſacrificium faceret in litore, aquilam ei in auſpicium aduolaſſe: quam victor bono omine acceptam tutelae ſuae ſubiugarit.* Quae mehercule verba (vt hoc obiter aſſeramus) eo ipſo, qui circumfertur, commentario contenta indicare ſatis poſſunt, eum etiam eſſe Germanici, non autem C. Baſſi, aut alterius cuiuſpiam, vt falsò aliqui credidêre. Praeterea idem quod ex Aglaoſthene diximus, refert etiam Anacreon apud Fulgentium lib. I. Mytholog. Seruius in phyſicam al-

Lib. 1. Aen. legoriam referens, quamobrem Ioui contra Gigátes dimicanti aquilam fulmina miniſtraſſe finxerint, ait, alitem ipſam calidiſſimam eſſe, adeò vt & oua, quibus incubat, coquere poſſit, niſi lapidē admoueat, quem alij Gagatem, alij Aëtiten vocant, qui frigidiſſimus eſt. At Myro Byzantia aliam affert rationem, aſſeritq. Ioui infanti aquilam nectar, quod ex petra hauſerat, miniſtraſſe: quam mox expulſo è regno Saturno in caelo locauit,

Νέκταρ δ' ἐκ πέτρης μέγας αἰετὸς αἰὲν ἀφύσσων
Γαμφηλῆς φορέεσκε πετῶν Διὶ μητιόεντι.
Τὸν καὶ νικήσας πατέρα Κρόνον εὐρύοπα Ζεὺς,
Ἀθάνατον ποίησε, καὶ οὐρανῷ ἐγκατένασσεν.

Anaxandrides aquilam hanc loquentem inducit, Nectar comedo, atq. ambroſiam bibo, & Ioui miniſtro. Hinc περιφραστικῶς à Virgilio, Oui-

Lib. 1. Aen. 6. Metam. Lib. 10. li. 5. Faſtor. Lib 8. Theb. Olymp. Od. 2 Lib. 9. De hiſt. anim. cap. 32.

dio, & Silio aquila Iouis ales, & Iouis armiger dicitur. Ouidius rurſus auem Ioui gratam, Statius flammigerum alitem, & Accius in Prometheo Iouis ſatellitem dixêre. Pindarus autē eam Διὸς ὄρνιχα θεῖον appellauit. ATQ. ILLI REGNVM PORTENDIT.] Meritò quidem regale auſpicium, quae auium regina habetur, altiusq. cunctis, ac celeriùs euolat, vt nubes tranſcendere videatur, & ſola Solis radijs aciem intendere, fixamq. tenere poteſt. Quapropter, vt ait Ariſtoteles, homines ſolam auium omnium aquilam eſſe diuinā perhibent. Poſt Heraclidarum familiam extinctam (referam aliquot eius auis auguria) de qua Argiuorum reges aſſumi mos fuerat, fertur oraculum conſulentibus Argiuis de rege eligendo reſpondiſſe, id aquilā oſtenſuram. Quae quidem non diu pòſt conſedit ſuper Aegonis aedibus. Itaq. cunctis ſuffragantibus, Aegon in regnum eſt aſſumptus. Eadem Midae portendit regnum Phrygiae, dum per integrum ferè diem iugo currus Gordij patris eius, infimo qui loco natus erat, conſedit. Illud verò perſpicuum eſt in Hieronis Siculi clypeo conſediſſe, cùm ille vix exceſſiſſet ex ephebis, primaq. militiae ſtipendia mereret: non vanum regiae dignitatis augurium. Quae verò de Tarquinio Priſco, ſatis in III. Annali explicauimus. Hinc, quoniā verū demonſtrat, Graeci αἰετὸν aquilā appellarūt παρὰ τὸ ἐτεὸν δηλοῦν. IVPITER ADVL-

TVS]

TVS] Inter innumera Iouis cognomina Iupiter τέλειος à Graecis dicitur: quae vox adultus ſonat, & perfectus. CVM AVDISSET, PATREM ATQ. MATREM] Sibylla hiſtoriã narrat hoc pacto, Saturni liberos, rem cùm cognouiſſent, magnis copijs inuaſiſſe Titanas, atq. inde primam belli originem mortalibus eſſe exortam,

> Καὶ τότε δή μιν ἄκουσαν υἱοὶ κρατεροῖο Κρόνοιο,
> Καὶ οἱ ἐπήγειραν πόλεμον μέγαν, ἠδὲ κυδοιμόν.
> Αὕτη δ' ἐστ' ἀρχὴ πολέμου πάντεσι βροτοῖσι.
> Πρώτη γάρ τε βροτοῖς αὕτη πολέμοιο καταρχή.

POST HAEC DEINDE SATVRNO DATA EST SORS,] Ferunt aliqui Saturnum non ob iuſiurandum Titani datum filios necaſſe: ſed quoniam iam ab initio audierat, fore, vt ipſe à filio regno priuaretur, ac in vincula conijceretur: quod innuit Heſiodus in Ortu deorum,

> Πεύθετο γὰρ γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεντος,
> Οὕνεκά οἱ πέπρωτο ἑῷ ὑπὸ παιδὶ δαμῆναι,
> Καὶ κρατερῷ περ ἐόντι, Διὸς μεγάλου διὰ βουλάς.
> Τῷ ὅγε οὐκ ἀλαοσκοπιὴν ἔχεν, ἀλλὰ δοκεύων
> Παῖδας ἑοὺς κατέπινε, Ῥέην δ' ἔχε πένθος ἄλαστον.

Quos verſus ita ferè videtur Ouidius feciſſe Latinos, Lib. 4. Faſt.

> *Reddita Saturno ſors haec erat, optime regum*
> *A nato ſceptris excutiêre tuis.*
> *Ille ſuam metuens, vt quaeq. erat edita, prolem*
> *Deuorat, immerſam viſceribusq. tenet.*
> *Saepe Rhea queſta eſt toties foecunda, nec vnquam*
> *Mater, & indoluit fertilitate ſua.*

AC FVGAVIT SATVRNVM.] Hanc opinionem Maro ſequutus, ait, Lib. 8.

> *Primus ab aetherio vênit Saturnus Olympo,*
> *Arma Iouis fugiens, & regnis exſul ademptis.*

Ouidius, *Hac ego Saturnum memini tellure receptum:* Lib. 1. Faſt.

> *Caelitibus regnis ab Ioue pulſus erat.*

Sed Homerus Saturnum ait, & Iapetum in tartarum ab Ioue fuiſſe coniectos. Quod ſequitur Plato in Euthyphrone, & Aeſchylus in Prometheo vincto. Quid autem ſibi velit Saturnus ab Ioue ex regno eiectus, in promptu eſt, nam tempora ſeneſcentia tempora, quae poſtea oriuntur, vt clauus clauum, extrudunt. VIX IN ITALIA LOCVM,] Intelligit eam Italiae oram, quae ad Tyberina oſtia poſita eſt, protenditurq. ad Circeios: ex alio verò latere Lyri celeberrimo flumine clauditur. IN QVO LATERET INVENIT.] Alludit ad Latij etymologiam, quod ita appellatum eſſe, proditum eſt: Iliad. 8.

quoniam

Lib. 8. quoniam ibi latuerit Saturnus. Virgilius,

Is genus indocile, ac diſperſum montibus altis
Compoſuit, legeſq. dedit, Latiumq. vocari
Maluit, his quoniam latuiſſet tutus in oris.

Lib. 1. Faſt. Ouidius, *Inde diu genti manſit Saturnia nomen:*
Dicta quoq. eſt Latium terra, latente Deo.

Cyprianus clarum noſtrae religionis lumen, *Ab Ioue*, inquit, *Saturnũ eſſe fugatum, manifeſtum eſt: inde Latium de latebra eius nomen accepit.* Minutius Felix, *Itaq. latebram ſuam, quòd tutò latuiſſet, vocari maluit Latium.* Idem confirmat Paullus Diaconus ex Eutropij hiſtoria lib. I. Sunt qui aſſerant, Saturni nomen Syriacum eſſe, & ea lingua latentẽ ſignificare. Vnde agrum Latinum, quaſi illius nomen interpretantes, Latium priſci illi vocauerunt, & eius vxorem Opem, Latiam. Quamobrem in Pontificalibus indigitamẽtis dicebatur, LATIA SATVRNI. Herodianus in Cõmodo, vbi de Iano loquitur ait, Φασὶ γὰρ αὐτοῦ καὶ Κρόνον ὑπὸ Διὸς ἐκβληθέντα τῆς ἀρχῆς, κατελθόντα εἰς γῆν, γενέσθαι ξένον, δεδιότα δὲ τὴν τοῦ παιδὸς δυναστείαν, παρ᾽ αὐτῷ κρυπτόμενον λαθεῖν. ὅθεν καὶ τὸ ὄνομα δοθῆναι τῇ χώρᾳ τῆς Ἰταλίας, Λάτιόν τε κληθῆναι, ἀπὸ τῆς ἑλλάδος φωνῆς εἰς τὴν ἐπιχώριον παραχθέν. ARAM CREAT] Sic infra, *Iubebat ſibi fanum creari*. Rurſus, *Et Veſtam hanc vrbem creauiſſe*. QVOD οὐρανός NOMINATVR:] Caelus Saturni pater οὐρανός Graecè dicitur, quaſi οὖρος ἄνω, vt Phurnutus exiſtimat, hoc eſt cõſeruator caeleſtium, & ὁρίζων, quod eſt naturae terminus: quáuis alij aliam nominis deriuationem ſequantur. IVPITER IN MONTE OLYMPO MAXIMAM PARTEM VITAE COLEBAT,] Refert Pauſanias in Arcadicis, Iouem contra Cretẽſiũ opinionem in Olympo fuiſſe educatum, in quo maximam vitae partẽ exegit. Pindarus

Od. 2. Olymp. Ἀλλ᾽ ὦ Κρόνιε παῖ Ῥέας,
Ἕδος Ὀλύμπου νέμων.

Lib. 10. Indeq. Virgilius Olympum pro ipſo Ioue poſuit,
Panditur interea domus omnipotentis Olympi.

Quem verſum, vt Caecilius Minutianus obſeruauit, à Naeuio ſurripuit, vnica tantùm dictione immutata: vbi enim ille *altitonantis*, hic *omnipotentis* repoſuit. Ego verò pro, *Naeuio, Ennio*, legerem: ante quẽ Latinorum nemo heroicum carmen ſcripſit. Sequuti videntur hi poëtae Cleanthis opinionem, qui Olympum deorum omnium maximũ eſſe voluit. IVPITER IMPERIVM NEPTVNO DAT

Lib. 6. MARIS,] Diodorus Siculus ſcribit Cretenſes nauigandi artis inuentionem, claſſiſq. inſtitutionem Neptuno tribuiſſe, qui poſtea maritimae rei praefectus eſt. Atq. inde, opinor, eſt factum vt maris Deus

Lib. 1. à poſteris haberetur, ſacraq. ei à nauigantibus fierent. Apollodorus

autem

autem ait, poſt ſubactos Titanas fratres rerum imperium inter ſe ſorte eſſe partitos, ac Ioui caeli regnum, Neptuno maris, Plutoni inferorum loca obtigiſſe. Apud Homerum Neptunus inquit, omnia in tres partes eſſe diſſecta, & quemq. honorem ſuum eſſe adeptum: nam ſibi ait maris imperium ſorte obueniſſe, Plutoni inferorum, aetheris verò Ioui, Τριχθὰ δὲ πάντα δέδασται, ἕκαστος δ' ἔμμορε τιμῆς, Iliad. ο.

Ἤτοι ἐγὼν ἔλαχον πολιὴν ἅλα ναιέμεν αἰεὶ
Παλλομένων, Ἀΐδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα.
Ζεὺς δ' ἔλαχ' οὐρανὸν εὐρὺν, ἐν αἰθέρι καὶ νεφέλῃσι.

RERVM POTITVS EST IN TANTAM INSOLENTIAM] Id ferè victoria comparatur, vt ſuperbia victores adeò efferantur, vt ſatis ſibi pro ratione voluntatem eſſe putent. IOVI ATABYRIO,] Ex Ennij verbis liquidò patet, Iouem Atabyrium eſſe cognominatum ab Atabyrio hoſpite, atq. bellorum adiutore: qui fortaſſe fuit Atabyrius ille Telchin, à quo mons Atabyrius appellatus eſt. Eius tamen nominis duo montes memorantur: alter, vt Rhianus affirmat lib. VI. Meſſeniacorum, Rhodi, cuius etiam meminit Strabo, quem altiſſimum omnium, qui in ea inſula ſunt, & Ioui Atabyrio ſacrum tradit: alter verò in Sicilia, vt refert Timaeus apud Stephanum, & Pindari Scholiaſten. Lib. 14. IOVI LABRADEO.] Fuit Labradeus alius Iouis hoſpes, à quo id cognomen ſumpſit. Sed Strabo ſcribit, Mylaſios duo Iouis templa habere, vnum eius quem Oſogo dicunt, alterum Labrandeni, illud in vrbe: Labranda verò pagus eſt in monte. Lib. 14. Eius haec ſunt verba, Ἔχουσι δ' οἱ Μυλασεῖς ἱερὰ δύο, τοῦ Διός, τοῦ τε Ὠσογὼ καλουμένου, καὶ Λαβρανδηνοῦ. τὸ μὲν ἐν τῇ πόλει, τὰ δὲ Λάβρανδα κώμη ἐστὶν ἐν τῷ ὄρει. Plutarchus in Problematis aliam refert hiſtoriam, concluditq. Labrandenum Iouem dictum à ſecuri, quam Lydi λάβρυν appellant. Aelianus autem longè ab his in nominis explicatione diſſentiens ait lib. XII. De animal. Ζεὺς δὲ Λαβρανδεὺς ὕσας λάβρῳ καὶ πολλῷ, τὴν ἐπωνυμίαν τήνδε ἠνέγκατο ἔχειν. Cap. 30. IOVI LAPRIO,] Videtur ab alio itidem hoſpite hanc ſibi feciſſe denominationem. IOVI CASIO,] Strabo non videtur aſſentiri, Iouem Caſium ab hoſpite, ac ſocio eſſe appellatum: ſed potiùs à Caſio monte, qui eſt in Aegypto: in quo Magni Pompeij corpus conditum eſt, cuius caput non procul inde eſt abſciſſum: in eoq. monte eſſe Caſij Iouis fanum prodidit. Lib. 16. Cuius rei mentionem quoq. Plinius fecit, & ni fallor, Procopius. Lucanus, Lib. 5. cap. 12.

Et Caſio praeferre Ioui? —— Lib. 8.

Confirmat Stephanus ab eo monte, ſiue ab Aegypti ciuitate eiuſdem nominis id ſibi cognomen Iouem vendicaſſe: ad cuius aram Nero, vt refert Suetonius, cantare auſpicatus eſt. CVM CONDITAE VRBI ACESTAE HOSPITIS NOMEN IMPOSVIT,]

Lib. 5.

Virgilius, *Vrbem appellabunt* † *promiſſo nomine Aceſtam.*

† permiſſo.

DEINDE IVPITER POSTQVAM TERRAM] Diodorus Lib. IV. βιβλιοθήκης ἱστορικῆς tradit Iouem imperio potitum vniuerſum orbem perluſtraſſe plurimùm de humano genere meritum. RELIQVITQ. HOMINIBVS LEGEIS,] Ideo Homerus leges, ait, ab Ioue profectas, —— οἵ τε θέμιστας

Iliad. α.

Πρὸς Διὸς εἰρύαται ——

Diodorus ibidem ait, Iouem omne ſtudium, curamq. in puniendis ſceleſtis, facinoroſisq. hominibus, ac in bonorum praemijs, communiq. omnium vtilitate impendiſſe. Et alibi, Iouem primum omnium iuſtitiam docuiſſe ſeruari mutuò inter mortales, omni vi, atq. iniuria remotis. AETATE PESSVM ACTA,] Peſſum dicitur, quaſi ſub pedes proiectū. Appuleius, *Niſi eam peſſum de tantis opibus deiecero.* Plautus, *Peſſum abire*. Itaque apud noſtrum, *peſſum acta*, idem quod peracta, eſt. Vnde exiſtimo, locum in epiſtola C. Matij ad Ciceronem, vbi vulgò legitur, *aetate praecipitata*, legendum eſſe, *aetate peſſum acta*. ET SEPVLCHRVM EIVS IN CRETA] Cotta apud Ciceronem, *Principio Ioues, inquit, tres numerant ij, qui Theologi nominantur, ex quibus primum, & ſecundum natos in Arcadia: alterum patre Aethere &c. Alterum patre Caelo, &c. Tertium Cretenſem Saturni filium, cuius in illa inſula ſepulchrum oſtenditur.* Quae Ciceronis verba ita penè tranſlata referuntur à Clemente Alexandrino in Protrept. Αὐτίκα γοῦν εἰσὶν οἱ τρεῖς τοὺς Ζῆνας ἀναγράφουσιν, τὸν μὲν αἰθέρος ἐν Ἀρκαδίᾳ, τὼ δὲ λοιπὼ τοῦ Κρόνου παῖδε. τούτοιν τὸν μὲν, ἐν Κρήτῃ, θάτερον δὲ ἐν Ἀρκαδίᾳ πάλιν. Lucianus in Sacrificijs, Οἱ Κρῆτες οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς, οὐδὲ τραφῆναι μόνον τὸν Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσιν. Item Arnobius, *Aiunt igitur Theologi veſtri, & vetuſtatis abſconditae conditores, tres in rerum natura Ioues eſſe: ex quibus vnus Aethere ſit patre progenitus, alter Caelo, tertius verò Saturno apud inſulā Cretā et ſepulturae traditus, & procreatus.* Idē rurſus, *Apud inſulam Cretā ſepulturae eſſe mandatum Iouem nobis, & editum traditur?* Minutius Felix, *Eius filius Iupiter Cretae, excluſo parente, regnauit, illic obijt, illic filios habuit: adhuc antrum Iouis viſitur, & ſepulchrum eius oſtenditur.* Idemq. affirmat Varro in opere, quod de Litoralibus ſcripſit. Quae quidem vox adeò priſcis illis temporibus inualuit, vt etiam Epiphanius in Ancorato tradat, ſua aetate in Laſio Cretae monte ſepulchrum Iouis monſtrari ſolitum. Et Cyprianus libro De idolor. vanit. *Antrum Iouis, inquit, in Creta viſitur, & ſepulchrum eius oſtenditur.* Sed Callimachus in Iouis hymno id commentitium dicit, & à mendacibus Cretenſibus excogitatum, qui Ioui nullis ſeculis interituro ſepulchrum erexerunt,

Lib. 6.

Lib. 5.

Lib. 11. Epiſt. 18.

Lib. 3. De nat. deor.

Lib. 4. Ad uer. gent.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο

Κρῆτες ἐτεκτήναντο. σὺ δ' οὐ θάνες. ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Statius verò Callimachum imitatus, —— *mentitaq. manes* Lib. 1. Theb.

Creta tuos ——

Et Lucanus in extremo VIII. lib. loquens de Pompeij ſepulchro ait,

Atq. erit Aegyptus populis fortaſſe nepotum

Tam mendax Magni tumulo, quàm Creta Tonantis.

De qua inſula multa fabuloſa à ſcriptoribus prodita ſunt, nã primus in ea Cres Orionis filius Demogorgonis nepos regnaſſe fertur, eamq. de ſuo nomine Cretam appellaſſe. Tradunt aliqui Cretem hunc vnum ex Curetibus fuiſſe, qui Iouem abſcondit, atq. educauit. Alij volunt primum ibi regnaſſe Saturnum, & ab eo ad Iouem imperium peruenisse. Doſiades auctor eſt, à Creta Heſperidis filia nomen inſulae impoſitum. Ferunt autem nonnulli eam inſulam Caprae montem olim fuiſſe appellatam: quòd in ea Iouem capra lactauerit, & hinc Iouem *αἰγίοχον* dictum eſſe. De Iouis verò patria multi contendunt: nam aliqui non in Creta, ſed Thebis natum affirmant: alij verò in Arcadia. Quam cõtrouerſiam Lycophronis interpres ita diſſoluit, *Τοῖς δὲ εἰδόσι, ὅτι Δίες πάντες οἱ βασιλεῖς καὶ θεοὶ λέγονται, οὐ καινὸν δόξει, καὶ ἐν Κρήτῃ, καὶ ἐν Ἀρκαδίᾳ, καὶ ἐν Θήβαις, καὶ ἐν ἑτέροις μυρίοις τόποις εἶναι γεννήσεις βασιλέων, καὶ ἐπιγράμματα. τοῦ δὲ οὐρανοῦ Διὸς ἡ γέννησις ἐν τῷ οὐρανῷ, ὥσπερ καὶ τοῦ νοὸς Διὸς ἐν τῷ ἐγκεφάλῳ, οὕτως ὁ εἰδὼς τοὺς βασιλεῖς πάντας Δίας καὶ θεοὺς καλουμένους, οὐ ξενισθῇ, τούτων πολλὰς πατρίδας εὑρίσκων καὶ ἐπιγράμματα.* Nonnulli myſticè intelligunt Iouem in Creta natum, quoniam, vt ait Antigonus, ea tellus nullam alit noxiam belluam. IN OPPIDO GNOSO:] Huius oppidi meminit Homerus, Q. Septimius Romanus in praefatione in Dictym Cretenſem, vbi ait, Gnoſon olim Cretenſis regis ſedem fuiſſe, Philoſtratus in vita Apollonij, qui tradit, ad Gnoſon Minois labyrinthum fuiſſe, Plinius, Solinus, & Euſebius lib. De temporibus, Diodorus lib. VI. Rerum antiquar. ait, Curetum tempore Titanas in Gnoſia habitaſſe, vbi etiam ipſius tempore viſerentur fundamenta domus, in qua Rhea educata fuerat, ac peruetuſtus cupreſſorum lucus. Virgilius à Gnoſo Cretam Gnoſia regna appellauit. Haec tantùm de Ioue in Sacrae hiſtoriae fragmentis hactenus reperimus. Veriſimile quidem eſt in ea caetera eius facta ſcripta fuiſſe, & praeſertim adulteria, ſtupra, nefariasq. puerorũ libidines, in quibus nullum ferè modum fuiſſe, Teleclides Comicus prodidit. Sed ne quid de noſtra remittatur induſtria, addam Euemeri locum de Ioue ab Hygino ita allatum in Aſtronomicis, qui ſanè de Sacra videtur petitus hiſtoria, *Euemerus ait, Aegam quandam fuiſſe Panos vxorem, eam compreſſam à Ioue peperiſſe, quem viri ſui Panos diceret filium. Itaq. puerum † Aegyptana, Iouem verò Aegiochum dictum: qui, quòd eum dilige-*

Marginal notes: Ὀδυσ. τ. — Lib. 4. cap. 11. — Lib. 4. cap. 12. — Cap. 16. — Lib. 3. Aen. — † Aegipana.

Gnosia … Catullus apud Macrob. lib. 6. Saturn. cap. 1.
Iuppiter omnipotens utinam non tempore primo
Gnosia Cecropiae tetigissent litora puppes.

bat plurimùm, inter aſtra caprae figura memoriae cauſſa collocauit : GLVMA] Varro, *Ariſta, & granum omnibus ferè notum: gluma paucis. Itaq. id apud Ennium ſolum ſcriptum ſcio eſſe in Euemeri libris verſis*. In exem- plaribus Varronis, cùm antè legeretur, *in Ephemeridis verſibus*, Poli- tianus primus antiqui codicis auctoritate Mediceae bibliothecae ita emendauit. QVAE PRIMA ARTEM MERETRICIAM INSTITVIT,] Ex hoc Veneris inſtituto mos inoleuit apud Cyprios (ſicut ex Trogo refert Iuſtinus) vt virgines ante nuptias ſtatutas do- talem pecuniam quaeſituras in quaeſtum ad maris litus mitterẽt, pro reliqua pudicitia libamenta Veneri ſoluturas. AVCTOR Q. MV- LIERIBVS] Non ſolùm apud antiquos, *auctor*, vt ait Feſtus, com- munis erat generis, ſed apud poſteriores ſcriptores. Virgilius Iuno- nem ita loquentem inducit, *Auctor ego audendi* ——

Miſcell. cap 35.

Lib. 18.

Lib. 12.

*

Quò magis Sacrae hiſtoriae iactura ſtudioſis ſit tolerabi- lis, addidimus ipſius Euemeri, quae ex hoc libro fragmenta apud vtriuſque lin- guae auctores hactenus reperimus.

Athenaeus lib. XIV. Δειπνοσοφιστῶν,

Εὐήμερος ὁ Κῷος ἐν τῷ τρίτῳ τῆς ἱερᾶς ἀναγραφῆς τοῦθ' ἱστορεῖ ὡς Σιδωνίων λεγόντων τοῦτο, ὅτι Κάδμος μάγειρος ὢν τοῦ βασιλέως, καὶ παραλαβὼν τὴν Ἁρμονίαν αὐλητρίδα, καὶ αὐτὴν οὖσαν τοῦ βασιλέως ἔφυγε σὺν αὐτῇ. Euemerus Cous in tertio Sacrae hiſtoriae Sidoniorum auctoritate refert, Cadmum re- gis coquum fuiſſe, qui, ſumpta Harmonia regis tibicina, vnà cum illa aufugit.

Sextus Empiricus aduerſus mathem. lib. VIII. ex verſio- ne Gentiani Herueti, cùm Graecè hactenus ad nos non peruenerit,

Euemerus autem, qui ἄθεος fuit cognominatus, dicit, Cùm eſſet vita homi- num inſolens, & incompoſita, qui caeteros ſuperabant viribus, & pruden- tia, adeò vt ex eorum iuſſis omnes viuerent, ſibi ipſis affinxerunt quandam excellentem, & diuinam potentiam, vnde etiã à multis dij ſunt exiſtimati.

Hyginus lib. II. Poët. aſtron.

Euemerus quidem Gorgona à Minerua dicit interfectam.

Idem lib. II. De ſignis caeleſt.

Euemerus autem primam ait Venerem aſtra conſtituiſſe, & Mercurio de- monſtraſſe.

Feſtus Pompeius.

Sus Mineruam, in prouerbio eſt, vbi quis id docet alterum, cuius ipſe inſcius eſt. Quam rem in medio, quod aiunt, poſitam Varro, & Euemerus ineptis mythis inuoluere maluerunt, quam ſimpliciter referre.

Q. EN-

Q. ENNII MINVTIORA QVAEDAM FRAGMENTA,

Quae quonam referenda eſſent, pro incerto prorſus habuimus.

Crebriſuro — Feſt. Crebriſuro.

V. C. turtures. Indignas † turreis — Ser. Eclog. 10.

Corpulenteis — Feſt. Corpulentis.

Iſta macella — Caper de Orthogr.

Inſexit. Feſt. Inſeque.

Adgrettus fari. Idem Adgrettus.

Conſiluêre. Idē Conſiluêre.

Aſſectari ſe, omnes cupiunt. Priſc. lib. 8.

Remorbeſcat. Feſt. Remorbeſcat.

Induta fuit ſaeua ſtola. Ser. 1. Aen.

† Palatium. Palatum caeli. Cic. 2. De nat. deor.

Caeli ingentes fornices. Idē lib. 3. de Orat.

Replet te laetificum gau. Varr lib. 6 De lin. La. Auſon. Monoſyl.

Bilingues Brutates. Feſt. Bilingues.

Oratores doctiloqui. Varr. lib. 6 De lin. La. Auſon. monoſyll.

Populea fruns. Non. Araneae.

Buxus araneae. Idē Buxū.

al. victa tax. Buxus victa taxis tonſa.

Acro li. 3. Car Od 11 — Angue villoſi canis.

Ser. 12. Aen. — Floros.

Feſt. Daedalam. — Menerua daedala.

Ser. 9. Aen. — Integros aeui deos.

Varr. lib. 5 De lin. La. — Dico qui hunc dicare † cupit. al. poteſt

Cic. Orat. — In templeis iſdem.

Idē ibid. — Vi patefecerunt Fruges.

Priſc. li. 6. — Frugi homo.

Ser. 1. Aen. — Repoſtus.

Idē ibid. — Porgite.

Antiq. Gloſſ. — Locum.

Ibid. — Regredi greſſum.

Feſt. Ambactus. — Ambactus.

Idem Stipes. — — ites abiegno.

Chariſi. lib. 1. — Cretenſeis.

Feſt. Topper. — Topper, quam nemo † malus ſcit. † melius

Idē Tappete. — Tappete.

Idē Septētriones. — Supera.

Idem in Frag. Rigido. — — rigido tum caerula ſuro.

Idē ibid. Rediuūt. — — redinunt in patriam.

Ser. 7. Aen. — Florens.

Oſtium

Oſtium minuſculum. Macr. lib. 3. cap. 12.

Nec dico, nec facio. Donat. in And. act. 3. Sc. 2.

Ego vnum libellum non edolem? Non. De improprijs.

Inſomnia. Seru. 4. Aen.

Auſus es hoc ex ore tuo? Cic. Att. lib. 6. ep. 2.

Veſperum. Cēſor. De die nat. cap. 10.

Torrus. Ser. 12. Aen.

Proteruiter. Priſc. lib. 15.

Ignauiter.

Inimiciter.

Iracunditer.

Superbiter.

Temeriter.

Praeclariter.

Toruiter.

Puriter.

Reuerecunditer.

Miſeriter.

Proſperiter.

Puta, & ita. Seru. 2. Aen.

Nunquam poëtor niſi podager. Priſc. lib. 8.

Cic. de Amic. Vita vitalis.

Fortunatianus in Dialect. Bombum pedum.

HIERONYMI COLVMNAE EXPLICATIO.

CREBRISVRO] Ait Pompeius, apud Ennium hanc vocem vallum ſignificare crebris ſuris, hoc eſt palis, munitum. INDIGNAS TVRREIS] Seruius enarrans illud Virgilij, (Eclog. 10.)

— indigno cùm Gallus amore periret,

adducit hunc locum, & *indignum*, magnum interpretatur. Sed meliùs fortaſſe Scaliger in explicatione illius verſus in Ceiri,

Verùm haec tum nobis grauia, atq. indigna fuêre,

indigna, ἄφατα exponit. CORPVLENTEIS] *Ennius*, inquit Feſtus, *pro magnis dixit: nos corpulentum dicimus, corporis obeſi hominem*. ISTA MACELLA] Macellum à mactandis pecoribus: ſed hoc loco adnotat Caper, in plurali numero prolatum. INSEXIT] Feſtus, *Inſeque apud Ennium dic, Inſexit, dixit*. ADGRETTVS FARI] Idē ait: Ennium, *adgrettus*, pro, *adgreſſus*, poſuiſſe. quod verbum à Graeco ἄγρει venire aſſerit. Antiquis enim frequens mos fuit, literas commutare, & praeſertim s, in t, vt hoc loco, & apud veterem alterum Poëtam, *Atrei terta nitet galea*,

pro, *terſa*. CONSILVERE] Pro, *conticuére* poſitum. ASSECTARI SE, OMNES CVPIVNT] Obſeruat Priſcianus *Aſſectari* hîc paſſiuè poſitum, ἀκολουθεῖσθαι. REMORBESCAT] In morbum recidat. INDVTA FVIT SAEVA STOLA] Affert húc locum Seruius, vt probaret, veteres *ſaeuam* pro, *magna* poſuiſſe. Ad quorum imitationem ſaeuam Iunonem Maro dixit: & de Aenea, quē pium vbiq. inducit, ait, (Lib. 1. & 7. Lib. 12.)

— maternis ſaeuus in armis.

PALATVM CAELI] Cicero, *Epicurus dum palato, quid ſit optimum, iudicat, caeli palatum (vt ait Ennius) non ſuſpexit*. Reſpicit autem Ennius ad caeli conuexitatem, alluditq. ad Graecam vocem οὐρανός, quae non modò caelum, ſed vt Rufinus Epheſius tradit, palatum etiam ſignificat, ita enim inquit, οὐρανὸς δὲ καὶ ὑπερῴα τὸ περιφερὲς τῆς ἄνω γνάθου. Hinc à Lucretio, pro, palato templum, vt ab Ennio pro, caelo palatum, dictum eſt, (Lib. 4.)

Suauiter attingunt, & ſuauiter omnia tractant
Humida linguaï circum ſudantia templa.

Et hac tempeſtate Neapoli mulierculae palati concauitatem vulgò palati caelum dicũt. Super quibus verbis quædã retulimus in I. Annali: quamuis vetuſti quidam Ciceronis codices habeant pro, caeli palatũ, *caeli palatium.* CAELI INGENTEIS FORNICES] Cicero, *Quo in genere primùm fugienda eſt diſſimilitudo, vt, Caeli ingentes fornices: quamuis ſphaeram in ſcenam, (vt dicitur) attulerit Ennius: tamen in ſphaera fornicis ſimilitudo non poteſt ineſſe.* Varroni tamen lib. IV. ad Ciceronem non videtur abſurda haec ſimilitudo: inquit enim, *Et Agamemnon, In altiſono caeli clypeo. Cauum enim clypeum. Et Ennius item ad cauationem, Caeli ingentes fornices.* Virg. lib. IV. Aen. & Ouid. I. Met. in propria ſignificatione caeli conuexa dixerunt. LAETIFICVM GAV] *Gau,* pro *gaudio:* vt alibi diximus. Auſonius, Lib. 3. de Orat.

Ennius vt memorat, replet te laetificum gau.

BILINGVES BRVTATES] Iidem dicuntur Brutiates, Bretiatae, & Brutiani: de quibus Agellius loquens ait, *Quòd autem ex Brutis erant, appellati ſunt Brutiani.* Sed meliùs Brettiani à Brettijs, quos Graeci Βρεττίους dicunt. Bretti habentur in Liuij manuſcripto exemplari. Dicti ſunt Brutij à Brutia puella, vt Iuſtino placet, vel à Bretto Herculis filio, vt tradit Stephanus, ſiue Hermolaus Byzantius, & comprobat Euſtathius in Com. in Dionyſium Alexandrinum. De quibus nõ ſpernenda quaedam adnotauit P. Leopardus in ſuis Emẽdat. lib. IV. cap. XII. Sunt autem Italiae populi Lucanis proximi, quos Feſtus ait bilingues Ennium dixiſſe, quòd & Oſcè, & Graecè loqui ſoliti ſint. Hos διγλώσσους appellauit Philiſtus, quaſi duplici voce loquentes. Horatius eadem ſignificatione dixit, Lib. 10. cap. 3. Ser. lib. 1. Saty. 10.

—— Canuſini more bilinguis?

Graecè enim, & Latinè loquebantur. Quae Horatij verba explicans Porphyrio, laudat eundem noſtri Poëtae locum: qui tam deformatus eſt in impreſſis, vt nullus inde ſenſus elici poſſit. Ita enim legitur, *Ideo ergo Brunius Brichacae bilingui dixerunt.* In peruetuſto manuſcripto Fuluij Vrſini eſt, *Ideo ergo & Ennius, & Lucilius Bruttace bilingui dixerunt.* Sed & hic locus neque integer eſt, quamuis ad veriorem lectionem propenſior: nam pro, *Bruttace, Brutates* legendum eſt. Ita διγλωσσος appellatus eſt Anacharſis Scytha, poſtquam Graecè loqui didicit. Sed Cecropem Athenienſium regem natione Aegyptium, quia Attica lingua vt vernacula vtebatur, non bilinguem, ſed biformem credula vetuſtas ſibi perſuaſit. Vnde eum Lycophron δίμορφον γηγενῆ appellauit. Sic etiam à Q. Curtio lib VII. Branchidae ſunt vocati. Sed Virgil. bilingues Tyrios appellauit, quaſi ſubdolos, ambiguaeq́ Lib. 1. Aen.

fidei homines: quo vitio eos laboraſſe in primis proditum eſt. Plautus Poenulo Milphionem ſeruum inducit aduerſus Hannonem Poenum his verbis loquentem,

At hercle te hominem & ſycophantam, & ſubdolum,
Qui huc aduenisti nos captatum migdilibs
Biſulca lingua, quaſi proſerpens beſtia.

Idem in Perſa bilinguem pro vafro, & lubricae, inconſtantisq. fidei homine intellexit,

Tamquam proſerpens beſtia eſt, bilinguis, & ſceleſtus.

De huiuſmodi hominum genere plura diximus in prouerbio, διπλοῦς ἄνδρας. ORATORES DOCTILOQVI] Legati δεκτῆς, ſiue
O'δυσ. 7. ἠπυταί, vt apud Homerum. Virgilius,
Lib. 11. *Iamq. oratores aderant ex vrbe Latina.*

POPVLEA FRVNS] *Frundes* pro, *frondes* dixiſſe veteres iam
Lib. 5. oſtendimus. Virgilius,

—— populea velatur fronde iuuentus.

Lib. 4. MENERVA DAEDALA] Ingenioſa: ſic Carus Ennium imitatus, *Mobilis articulat verborum daedala lingua.*
Lib. 5. Et, *—— naturaq. daedala rerum.*
Lib. 7. Virgilius: *—— daedala Circe.*

Feſtus putat, daedalam a rerũ, artificiorumq. varietate dictam: Graeci enim variare δαιδάλλειν dicunt. Meneruam ſcripſimus, antiquam ſcribendi conſuetudinem ſequuti. INTEGROS AEVI DEOS]
Lib. 9. Seruius ſuper illud Maronis,

—— atq. integer aeui
Aſcanius ——

ait, *Adoleſcens, cui adhuc aetas integra ſupereſt. Vnde Ennius deos aeui integros dicit, quibus multum aeui ſupereſt.* Muliercula illa apud Afranium Diuortio,

—— non deſunt mihi,
Qui vltro dent: aetas integra eſt, formae ſatis.

Plautus Pſeudolo,

Vbi ſunt? vbi latent, quibus aetas integra eſt? ——

Pacuuius Niptris,

Aetate integra, feroci ingenio, facie procera virum.

Terentius Eunucho,

Quàm liberali facie, quàm aetate integra?

Lib. 1. Theb. Statius, *Integer annorum ——*
Plautus Mercatore,

Adoleſcens quom ſis, te, cùm eſt ſanguis integer.

DICO QVI HVNC DICARE CVPIT] Varro ait, *Dico,*

originem

originem habet Graecam, quòd Graeci δικάζω. *hinc Ennius, Dico, &c. hinc Iudicare, quòd tunc ius dicatur.* VI PATEFECERVNT FRVGES] Cicero, *Purrhum ſemper Ennius* ait, *nunquam Pyrrhum. Vi patefecerunt Fruges, non Phryges.* P. Victorius legendum aſſerit *Bruges.* Var lect. lib. 14. cap. 3.
REPOSTVS] pro, *repoſitus* per ecthlipſin dictum eſt, vt ait Diomedes. Seruius ea Maronis verba declarans, Lib. 1. Aen.

—— manet alta mente repoſtum

Iudicium Paridis ——

ait, *repoſtum* Syncopen eſſe, & *repoſtus*, & *porgite* Virgilium de Ennio tranſtuliſſe. Ait autem Virgilius, Lib. 8.

Cingite fronde comas, & pocula porgite dextris.

Horatius, *Quando repoſtum Caecubum ——* Epod. Od. 9

Eadem figura & Virgilius, Lib 1. Aen.

—— nunc placida compoſtus pace quieſcit.

AMBACTVS] Seruus mercede conductus. Adducit hunc Ennij locum vetus Gloſſarium: in quo haec vox huiuſmodi explicatur, *Ambactus,* δοῦλος μισθωτὸς, ὡς Ἔννιος. — ITES ABIEGNO] Forſitan, *ſtipites abiegnos.* CRETENSEIS] Chariſius Varronis teſtimonio ait, hac voce Ennium vſum eſſe. Maro autem non Cretenſes, ſed Cretes dixit, & Cretaeas oras. TOPPER] *Fortaſſe*, hoc loco. Sed interdum, vt ait Artorius, ſignificat etiam *celeriter, citò, temerè:* quae vox in vſu eſſe deſijt: eamque iamdiu doctae purgataeque aures exploſerunt. Quintilianus loquens de vetuſtis verbis ait, *Sed opus eſt modò, vt neque crebra ſint haec, neque manifeſta: quia nihil eſt odioſius affectatione: neque vtique ab vltimis, et iam obliteratis repetita temporibus: qualia ſunt topper, & antigerio, & exantlare, & proſapia.* TAPPETE] Ex mutilo hoc Feſti fragmento liquet, Poëtam hac voce vſum, quae ex Graeca ſumpta eſt, vt videtur idē Feſtus innuiſſe: ab illis enim, vt à nobis τάπης tapetum dicitur. Aliam quoque adducit auctoritatem ex Poëta, cuius tantùm nominis extrema pars legitur ad hūc modum, *lius in Demetrio.* Eam autem fabulam è Graecis Alexis ſcripſit: è Latinis verò Accius, & Turpilius. Quare manifeſtè patet, legendum ibi eſſe, *Turpilius in Demetrio.* Chariſius, hoc tapete, dici aſſerit, vt, hoc facile, &, hoc tapetum, &, hic tapes. SVPERA] Feſtus Seplaſia, *Ennius ſupera.* Scaliger ex coniectura ita hunc locum reſarcit, *Superat temo ſtellas:* quod non diſplicet, cùm ex iiſdem fragmentis appareat Feſtum de Septentrionibus loqui. Explicauimus autem hunc locum in Iphigenia. FLORENS] Seruius enarrans Maronis illud,

Lib. 4 & 3. Aen.

Lib. 1. cap. 12.

Lib. 1.

Lib. 7.

—— florentes aere catervas,

inquit, *Ennius, & Lucretius florens dicunt omne, quod nitidum eſt. Hoc eſt ſequutus Virgilius: aliter Acyrologia eſt. Lucretius,*

SSS 2 *Flore-*

—— florebat nauibus pontus.

Haec ille. Sed legendus eſt Lucretij locus ex lib. V.

Tum mare veliuolum florebat nauibu' pandis.

M Cato in Oratione Dierum dictar. de conſulatu ſuo, *Poſtquam Maſſiliam praeterimus, inde omnem claſſem ventus Auſter lenis fert, mare ve-*
Lib. 1. *lis florere videres vltra angulum Gallicum.* Rurſus Lucretius eadem tranſlatione,

Hinc laetas vrbeis pueris florere videmus.

Lib. 3. cap. 12. OSTIVM MINVSCVLVM] Macrobius, *Item*, inquit, *Antonius Gnipho vir doctus, cuius ſcholam Cicero poſt laborem fori frequentabat, Salios Herculi datos probat in eo volumine, quo diſputat, quid ſit feneſtra, quod eſt oſtium minuſculum in ſacrario: quo verbo Ennius etiam vſus eſt.* NEC DICO, NEC FACIO] Donatus enarrans Terentianum illud,

—— itaq. hercle nihil iam mutire audeo,

refert hũc Ennij locum, ſed decurtatum arbitror in vulgatis exemplaribus. Nam legendum eſt, *Nec dico, nec facio mu:* quod ex ſequentibus Donati verbis patet, cùm ait, *Vnde & mutos dicimus. quod Graeci μύειν.* EGO VNVM LIBELLVM NON EDOLEM?] Adducit hunc Poëtae locum hoc modo Varro in Satyra, cui Bimargo nomen fecit, *Cùm tot Comoedias ſine vlla fecerit Muſa, ego vnum*
Saty. 1. *libellum non edolem, vt ait Ennius?* Videtur hoc idem expreſsiſſe Iuuenalis, cùm ait,

Semper ego auditor tantùm, nunquámne reponam?

Edolare autem proprium fabrorum eſt, quod peruenuſtè ad ſcripto-
Lib. 13. Ep. 46. rum expolitionem transfertur. Cicero Att. *Quae manibus habebam, abieci: quod iuſſeras, edolaui.* Sed lepidiſsima eſt illa Catulliana tranſlatio,

Quoi dono lepidum nouum libellum,
Arida modò pumice expolitum?

Lib. 4. Aen. INSOMNIA] Seruius ſuper illud Virgilij,

—— quae me ſuſpenſam inſomnia terrent?

ait, *Inſomnia enim licet & Pacuuius, & Ennius frequenter dixerint, Plinius tamen excluſit, & de vſu remouit.* AVSVS ES HOC EX ORE TVO] Cicero Att. *Ain' tandem Attice laudator integritatis, & elegantiae noſtrae? auſus es hoc ex ore tuo? inquit Ennius: vt equites Scaptio ad pecuniam cogendam darem, me rogare?* Quod ἐμφατικῶς prolatum videtur: quemadmodum illud apud Andronicum in Odyſſea,

Mea puera, mea puera, quid verbi ex tuo ore profugit?

Qui verſus ex illo Homeri in I. Odyſſeae conuerſus eſt,

Τέκνον ἐμὸν, ποῖόν σε ἔπος φύγεν ἕρκος ὀδόντων;

Lib. 2. Aen. A quibus Virgilius,

tantumq́.

—— *tantumq. neſas patrio excidit ore?*

VESPERVM] Cenſorinus vbi agit de diebus, *Poſt ſupremam*, inquit, *dicitur Veſper, ante ortum ſcilicet eius ſtellae, quam Plautus Veſperuginem, Ennius Veſperum, Virgilius Heſperon appellant*. TORRVS] Ita Seruius, pro, *torris*, affirmat Ennium, & Pacuuium dixiſſe. PROTERVITER] Chariſius ait, aduerbia in, e deſinentia in ter feciſſe. PVTA ET ITA] Ait Seruius, *Praepoſitiones, vel aduerbia in, a exeuntia modò producunt vltimam literam, excepto puta, & ita: quia apud Ennium & Pacuuium breuia ſunt*. VITA VITALIS] Βιωτὸς βίος. Philemon, Lib. 12, Lib 2, Aen.

Ἡμεῖς δ' ἀβίωτον ζῶμεν ἄνθρωποι βίον.

BOMBVM PEDVM.] Fortunatianus vbi de verbi etymo diſſerit, inquit, *Nec ingenium quartum defuit: nam ſunt qui verbum à vero quidem putant dictum: ſed prima ſyllaba ſatis animaduerſa ſecundam negligi non oportere. Verbum enim cùm dicimus inquiunt, prima eius ſyllaba verum ſignificat: ſecunda ſonum. hoc enim volunt eſſe, bum. Vnde Ennius ſonum pedum bombum pedum dixit: & boaſſe Graeci clamaſſe; & Virg. reboant ſyluae.* Nero in Bacchis,

Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

*

Cenſorinus De die natali, vbi de vertentibus annis aliorũ retulit auctoritatem, ait, *At noſter Ennius CCCLXVI.*

*

Seruius ait, *Sanè Atlas Graecum eſt, ſicut & Nilus. Nam Ennius dicit, Nilum Melonem vocari, Atlantem verò Telamonem.* Quod confirmat lib. IV. vbi illud explicans, Lib. 1,

—— *& latera ardua cernit*
Atlantis duri ——

dixit, *Sanè Latinè Telamon dicitur, ſicut Nilus Melo.* Saepe quidem Romani Graeca nomina corruperunt, quemadmodum etiam ex Halcyone fecerunt *Alcedo*, & ex Ganymede *Catamitus*.

Q. Ennij Fragmentorum Tomi Quarti Finis.

Digitized by Google

AVCTORVM ELENCHVS
QVORVM OPERA
IN HIS FRAGMENTIS COLLIGENDIS, explicandiſue vſi ſumus.

A

ABBA Maximus
Achaeus Eretriẽſis
Achilles Statius Alexandrinus
Achilles Statius Luſitan⁹
Acron Horatij interpres
Actius Syncerus
Acuſilaus
Adamantius
Adrianus Turnebus
Aelianus
Aelius Donatus
Aelius Lampridius
Aelius Scillo
Aelius Tubero
Aemilius Probus
M. Aemilius Scaurus
Aeſchines Rhetor
Aeſchylus περὶ παροιμιῶν
Aeſchylus Athenienſis poëta Tragicus
Aeſchylus Sardianus iãbor. poëta
Aeſopus
L. Afranius
Agameſtor Pharſalius
Agathocles
Agathon Tragicus
Agathyllus
Aglaoſthenes
Alanus de Inſulis, qui & Anticlaudianus
Albricus
Alcaeus
Alcidamas
Alcimus
Alexander Cornelius
Alexarchus rerũ Italicarum ſcriptor
Alexis Comicus
Alfius Belli Carthaginiẽſis ſcriptor
Alphenius Iuriſconſ.
D. Ambroſius
Ambroſius Nolanus
Ammianus Marcellinus
Amphis Comicus
Anacreon
Anaxagoras
Anaxandrides
Anaximander
Andreas Alciatus
Andronicus Imperator
Andro Telus
Angelus Politianus
Annius Viterbenſis
Anticlides
Antigonus
Antimachus
Antiochus Syracuſanus hiſtoricus
Antipater Macedo
Antiphanes
Antiphon
Antiſtius Labeo
M. Antonius
Antonius Auguſtinus
Antonius Gnipho antiquus Grammat.
Antonius Goueanus
Antonius Liberalis
Antonius Monachus
Apollodorus
Apollonius
Apollonius Rhodius
Apollonij Scholiaſtes
Apollonius Sotadis filius
Appianus Alexandrinus
Appion Grammaticus
Appuleius
Aquila Romanus
Aratus Poëta
Arati interpres
Archeſtratus
Archias Poëta
Archilaus
Archimedes
Aretades Gnidius

Ari-

Ariphrades
Ariſtaenetus
Ariſteas Proconneſius
Ariſtides Mileſius Hiſtoricus
Ariſtides Orator
Ariſtobulus
Ariſtocles
Ariſtophanes
Ariſtoph. Scholiaſtes
Ariſtophanes Grammat.
Ariſtoteles
Armogius
Arnobius
Arrianus
Artemidorus
Artemon Mileſius
Artorius
Aruſianus Meſſus
Aſconius Pedianus
Aſinius
Aſper Grammaticus
Aſtydamas Tragicus
Athamas Pythagoreus
Athanadas
Athenaeus
Athenagoras
Attalus Philoſophus
Atteius Capito
Atteius Philologus
Attius Poëta
Auctor Arati vitae
Auctor. Collectaneorum Conſtantino Caeſari dicatorum
Auctor Elegiae de Med. faciei
Auctor Elegiae de Philomela
Auctor epigr. in Auguſtum
Auctor Epitomar. T. Liuij
Auctor Etymologici
Auctor ad Herennium
Auct. libri de Hom. vita
Auctor obſcoeni Carm.
Auctor Orationis in Cic.
Auctor De viris illuſtrib.
D. Auguſtinus
Aulus Gellius
Aulus Serenus
Aurelius Olympius
Aurelius Prudentius
Auſonius Gallus

B

Bacchilides Poëta
Bartholomaeus Maranta
Baſilius Magnus
Baſilius Zanchius
Beda
Benedictus Aegius
Bias Prienaeus
Bion

C

Caecilius Statius
Caelius Apicius
Caelius Calcagninus
Caelius Hiſtoricus
Caelius Rhodiginus
Caeſius Baſſus
Caius Balbus
Caius Baſſus
Caius Caeſar
Caius Iureconſ.
Caius Sempronius
Callias
Callimachus Medicus
Callimachus Poëta
Calliſthenes Sybarita
Calpurnius
Caluus Poëta
Cantharus Athenienſis
Capitolinae Tabulae
Carcinus Tragicus
Carolus Sigonius
Caryſtius Pergamenus
Caſſiodorus
Caſſius Hemina
Caſſius Parmenſis
M. Cato
Catullus
Cenſoriae Tabulae
Cenſorinus de Die natali
Cephalon Gergithius
Cercidas
Ceſellius Vindex
Chaeremon
Chalcidius
Charax Mitylenaeus
Chirius Fortunatianus
Chreſtus
Chryſippus
M. T. Cicero
Cincius
Cinna Poëta
Claudianus
Claudius Quadrigarius
Claudius Saturnius
Claudius Tuſcus
Cleanthes
Clearchus
Clemens Alexandrinus
Clemens Romanus
Cleomedes
Cleon Poëta
Cleophon
Cleoſtratus Tenedius
Clitarchus
Codrus Vrceus
Columella
Conſtantius Landus

Corin-

Corinthus
Coriolanus Martirannus
Cornelia
Cornelius Fronto
Cornelius Gallus
Cornelius Labeo
Cornelius Nepos
Cornelius Tacitus
Cornificius
Cornutus Perſii interpres
Crates
Cratinus
Criſpinus
Critolaus
Cteſias Gnidius
Q. Curtius
D. Cyprianus

D

DAemon
Damaſtes Sygaeus
Damianus Sophiſta
Dares Phrygius
Demagoras
Demaratus
Demetrius Phalereus
Demetrius Scepſius
Democritus
Demophilus
Demoſthenes
D. ſpauterius
Dexippus
Diagoras
Dicaearchus
Dictys Cretenſis
Didymus
Dinarchus Orator
Diocles Peparethius
Diodorus Siculus
Diogenes Laërtius
Diomedes Grammaticus
Dion Caſſius Nicaeus
Dion Chryſoſtomus
Dionyſiocles
Dionyſ. ſiue Oenomaus
Dionyſius Afer
Dionyſius Chalcidenſis
Dionyſius Halicarnaſ.
Dionyſius Lambinus
Dionyſ. Longinus
Dionyſ. Mileſius
Dionyſius Phryx
Diphilus
Dominicus Pizimentius
Dorion
Dorotheus Camillus
Doſiades
Duodecim Tabulae

E.

EMpedocles
Ennius Grāmaticus
Q. Ennius
Epaenetus
Ephippus
Ephorus
Epicharmus
Epicurus Gargettius
Epigrammata Graeca
Epimenides Gnoſius
D. Epiphanius
Eratoſthenes
Erotianus
Etruſcorum libri
Eubulus
Eudoxus
Euelpis Chariſtius
Euemerus
Euenus
Euethes
Eumachus
Eumelus Corinthius
Eumolpus
Euphon
Euphorbius
Euphorion
Euphorius
Euripides
Euripidis Scholiaſtes
Euſebius Caeſarienſis
Euſtathius
Euſtathius Archiepiſc.
Euthicles
Eutropius
Euxenides

F.

FAbius Pictor
Fannius
Faſti Capitolini
Faſti Siculi
Feneſtella
Ferdinandus Pincianus
Feſtus Pompeius
Flauius Caper
Flauius Soſipater Chariſius
Flauius Vopiſcus
L. Florus
Fortunatianus
Franciſcus Floridus
Franciſcus Maſſarius
Franciſcus Petrarcha
Franciſcus Robortellus
Frontinus
Fulgentius
Furius Antias

G.

GAlatas
Galbius Baſſus
Galenus
Gargettius Epicurus
Gelenius
Cn. Gellius

Gentianus Heruetus
Germanicus
Giſanius
Glaucus Locrenſis
Gracchus
Grammatici
Gratius
Greg. Nazianz.
Gulielmus Budeus
Gulielmus Canterus
Gulielmus Philander

H.

Harpocration
Hegeſias
Hegeſippus Hiſtoricus
Heliodorus Emiſacus
Hellanicus
Henricus Memmius
Hephaeſtion
Heraclides Lembus
Heraclides Ponticus
Heraclides Syracuſanus
Hermogenes
Hermogenianus
Hermolaus Barbarus
Hermolaus Byzantius
Herodianus
Herodorus
Herodotus
Herophilus
Heſiodus
Heſychius
Hiceſius
D. Hieronymus
Hieronymus Aquiuinus
Hieronymus Cardianus
Hieronymus Columna in Adagijs, & Etymologijs
Hieronymus Donzellinus
Hieronymus Mercurialis
Hieronymus Vida
Hipparchus
Hippias
Hippon
Hippon Melius
Hipponactes
Hipponax
Hirtius
Homerus
Horatius
Hoſtilius
Hoſtius
Hyginus
Hypatus Macedonius
Hyperides

I.

Iacobus Cruquius
Iamblichus
Ianus Gulielmus
Ianus Palmerius
Ianus Parrhaſius
Incerti Scriptores
Ioannes Boccacius
Ioannnes Chriſtophorſonus
Ioannes Grammaticus
Ioannes Longus
Ioannes Porteſius
Ioannes Serranus
Ion Chius
Iophon
Fl. Ioſephus
Ioſephus Scaliger
Iouianus Pontanus
Iſacius
Iſidorus
Iſigonus Nicaeenſis
Iſocrates
Iſter
Iuba
Iulianus Aurelius
Iulianus Barada
Iulianus Caeſar
Iulius Firmicus
Iulius Modeſtus
Iulius Pollux
Iulius Rufinianus
Iunius
Iuſtinus
Iuſtus Lipſius
Iuuenalis

L

Laberius
Lactantius Firmianus
Lapides Antiqui
Laſus Hermineuſis
Laurentius Gambara
Laurentius Valla
Leonides Byzantius
Lesbonax
Libo
Libri Sacerdotum Populi Romani
Licinius Imbrex
Licinius Macer
Licinius Mutianus
Lilius Gyraldus
Lippius Collenſis
T. Liuius
Liuius Andronicus
Lucanus
Lucianus Samoſatenſis
Lucilius
Lucius Florus
Lucius Calpurnius
Lucius Cincius
Lucius Tarrutius
Lucretius
Q. Luctatius Catulus
Lycimnius
Lycon

Lyco-

Lycophron
Lycoph. Scholiaſtes
Lycurgus
Lynceus

M.

Macrobius
Maecenas
Mamertinus
Manethus
Manilius
Manilius Mathem.
Mapheus Vegius Laudẽſis
Marcellinus
Marcus Ant. Muretus
Martialis
Martianus Capella
Cn. Matius Poëta
Matron Poëta parodiarũ
Maximus Tyrius
Melanippides
Melanthius
Meleſermus Athenienſis
Melius
Menander
Menethon Aegyptius
Merillus
Metrodorus
Minutianus
Minutius Felix
Mnaſeas
Mneſitheus Athenienſis
Mneſthaeus
Mnimermus
Modeſtus
Moſchion
Moſchus
Muſaeus
Muſonius
Mylus
Myniſcus
Myro Byzantia
Myrſilus Lesbius
Myrtilus
Myſthaecus

N.

NAEuius
Neanthes
Nemeſianus
Neophron Sicyonius
Nicander
Nicandri Scholiaſtes
Nicanor Cyprius
Nicephorus Calliſtus
Nicephorus Gregora
Niceratus
Nicolaus Faber
Nicomachus Alexandrinus
Nicoſtratus Epheſius
Nigidius Figulus
Nonius
Nonij Corrector
Nonnus Panopolitanus
Nouius
Numa de Pontificalibus
Numenius
Nymphodorus Syracuſanus

O.

OCellus Lucanus
Octauius Auguſtus
Octauius Herennius
Octauius Lampadio
Oenomaus
Oneſicritus
Onomacritus
Onuphrius Panuinius
C. Opilius
Oppianus
Oraculum
Orpheus
Oſidius Geta
Ouidius

P.

PAcuuius
Palaemon
Palaephatus
Palladas Epigrammatarius
Pancrates Arcas
Pancratius
Pandectae
Pantaleon
Panyaſis Halicarnaſſ.
Papinianus
Papyrianum ius
Parmenides
Paullus Diaconus
Paullus qui Feſtum mutilauit
Paullus Iouius
Paullus Iuriſconſ.
Paullus Leopardus
Paullus Manutius
Paullus Oroſius
Pauſanias
Paxamus
C. Pedo Albinouanus
Perſius
Petronius Arbiter
Petrus Bellonius
Petrus Crinitus
Petrus Daniel
Petrus Pitheus
Petrus Victorius
Phanodemus
Phauorinus
Phemonoë
Pherecydes Syrus
Philemon Comicus
Philetaeras

Philetas
Philippus Beroaldus
Philippus Epigrammatarius
Philiſtus
Philo
Philo Byblius
Philochorus
Philoſtratus
Philoſtratus Iunior
Philotimus
Philoxenus Cytherius
Phlegon Trallianus
Phocas Grammaticus
Phocion
Phocylides
Phoebus Antiochenus
Phorion
Phurnutus
Pierius Macedo
Pierius Valerianus
Pindarus
Pindari Schol.
Placiades Fulgentius
Plato
Plautus
Plinius
Plinius Nepos
Plotinus
Plutarchus
Poëta vetus incertus
Polyaenus Macedo
Polybius
Polycrates Samius
Polydorus Virgilius
Polyſtephanus
L. Pomponius Attellanarius
Pomponius Atticus
Pomponius Iuriſconſ.
Pomponius Laetus
Pomponius Mela
Pōtificalia indigitamēta
Porphyrio Horatij inter.
Porphyrius philoſoph.
Poſcenius Feſtus
Poſidonius
Poſthumius Albinus
Praxiphanes
Priſcianus
Probus Grammat.
Proclus
Procopius
Prodicus
Promathion Peparethius
Propertius
Protagoras
Pſellus
Ptolemaeus
Publius Syrus
Publius Victor
Pyrander
Pythagoras
Pythagorici

Q

Quintianus Stoa
Quintilianus
Q. Cicero
Q. Claudigarius
Q. Septim. Romanus
Q. Septimius Tertullianus
Q. Serenus
Q. Smyrnaeus qui ab Homero praetermiſſa ſequutus eſt
Q. Varganteus

R

Rhabanus Fuldenſis
Rhemnius Palaemon
Rhianus Poëta
Roma Ilienſis
Romulus Amaſaeus
Rondeletius
Rufinus
Rufinus Epheſius
Rutilius Geminus

S

Sacerdotum Populi Rom. libri
Salluſtius
Salomon
Saluianus
Sanchuniathon Phoenix
Santra
Scaliger
T. Scaurus
Sedigitus Volcatius
Seleucus
Sempronius Aſellio
Seneca Philoſophus
Seneca Tragoediarū ſcriptor
Sentius Augurinus
Sergius
Seruius Claudius
Seruius Honoratus
Sextus Empiricus
Sextus Rufus
Sibylla
Sidonius Apollinaris
Silius Italicus
Simeon Bofius
Simmias
Simon Magus
Simonactides Chius
Simonides
L. Siſenna
Socion
Socrates
Solinus
Solon
Sopater

Sopho-

Sophocles
Sophoclis Scholiaſtes
Sophron
Soſias Epicurus
Soſipater
Soſiphanes
Sotades
Ael. Spartianus
Speuſippus
Staſimus
Statilius Maximus
Statius
Statij vetus interpres
Stephanus
Stilbius
Stobaeus
Strabo
Strattis
Suetonius
Suenius
Suidas
Sulpitius Lupercus
Symmachus

T

Tabulae Capitolinae.
Tabulae Decemuirales
Tabulae Siculae
Tarrhaeus Gram.
L. Tarrutius
Tatianus
Teleclîdes
Terentianus
P. Terentius
Themiſtius
Theocritus
Theocriti Scholiaſtes
Theodoretus
Theodorus Cyrenaeus
Theodorus Gaza
Theognetus Comicus
Theognis
Theologi antiqui
Theon Arati interpres
Theophilus Antiochenus
Theophilus Comicus
Theophraſtus
Theopompus
Theotimus
Thomas Morus
Thraſymachus
Thucydides
Thucydidis Scholiaſtes
Thyleſius
Tibullus
Timaeus Hiſtoricus
Timocles Comicus
Timon Phliaſius
Titinnius Poëta
C. Titius
Q. Trabea Comicus
Tranſalpinus Chiliad. auctor.
Trebellius Pollio
Tripertita
Tryphiodorus
Tubero Hiſtoricus
Turpilius
Tyndaricus Sicyonius
Tyrtaeus Poëta
Tzetzes

V

Valderus
Valerius Antiâs
Valerius Aedituus
Valerius Cato Grammaticus
Valerius Flaccus
Valerius Maximus
Valerins Probus
Valerius Soranus
Varius
M. Varro
Varro Atacinus
Vegetius
Velius Longus
C. Velleius Paterculus
M. Verrius Flaccus
M. Vertranius Maurus
Vetus Gloſſarium
Vibius Sequeſter
Victorinus
Vincentius Friſciſcutius
Virgilius
Vitruuius
Vlpianus I. C.
Volaterranus
Volumnius
Voluſius
Vulcatius Gallicanus

X

Xenagoras
Xenophanes
Xenophon

Z

Zelotes Epigrammatarius
Zeno
Zenodotus
Zopyrinus.

IN HAS EXPLICATIONES

RERVM, ET VERBORVM, HISTORIARVM,

ATQVE FABVLARVM, POPVLORVM, VRBIVM, inſularum, montium, fluuiorum, piſcium, perſonarum, figurarum, prouerbiorum, deſcriptionum, philoſophorum opinionum, apophthegmatum, aliarumque rerum memorabilium:

NECNON AVCTORVM, QVI PARTIM NOtantur, & corriguntur, partim germana lectione donantur, locupletiſſimus

INDEX.

A

ACREBRÒ inculcatum qualem reddat orationem 101. 378
Abaddir quid 488
Abies, abiegnus, abiegineus 315
Abietis materia ad quid neceſſaria ſit 364
Abnueo 150
Aborigines Latinos appellatos eſſe 55
Abſes pro abſens 290
Abydos vrbs 251. *à quibus fuerit cõdita ibid.* 252. *oſtreis abũdat ibid.*
Acarna Magneſiae oppidum 257
Acaſtus 440. 441
Ἀκερσεκόμης, *&*
Ἀκέσιος *Apollo* 436
Acharna piſcis 257
Acheron quid ſit, vnde dictus, & cur per eum mortuorum animae transuehebantur 376 377. *eius oſtiũ* 380
Acheron Mariandynorum rex 377
Achillea herba 415
Achilles vnde nomẽ ſit ſortitus, à quo, & quibus nutritus, Medicinae peritus 340. *à quo herbarum cognitionem didicerit* 415. *Polydorum interimit* 376. *Lariſſaeus, Phthius cur appellatus* IX. *Pyriſſous* 340
Aconitum quid ſit 377
Aconitij etymon 372
Acronis locus emendatur 446
Acroſtichides quae ſint 303. 304. *vnde dictae* 303
Ἀκροτελεύτιον *quid* 304
Ἀκυρολογία 9
Adgrettus, pro, aggreſſus XVI. 500.
Ἅδης *quis ſit* 278. *vnde dictus* 379
Adiuro pro, adiuuero 5. 230
Admetus 440. 441
Adolabilis quid ſignificet 451
Adorare pro, agere 95
Adraſtea nympha 487
Adraſtus 431

Adria-

Adrianus Caeſar vetuſtum dicendi genus vehementer amauit, quos valde commendarit 1
Aduenies pro adueniens 290
Aduerbia in e deſinentia in ter feciſſe 505.
Aduorſum pro apud 417
Aeacidarum gentem totam diuinitus oblata caede occubuiſſe 466
Aeacus quis 346. *filios regno expellit* 347
Aega Panos vxor 483
Aegina Aſopi filia 348
Aegyptij quarum artium fuere inuentores 351
Aeneas Iupiter indiges appellatus, eius ſacellum cum inſcriptione 85. *vbi ſepultus* 63
Aeolia à quo condita ſit, nomenq́; habuerit 427
Aeolus Hellenis filius 427
Aeolus Melanippes filius ibid.
Aepytus Creſphontis filius 398
Aequor vnde dicatur & quid ſignificet 101. 102
Aerea cuſpide facta vulnera minus difficulter curari 414
Aër fuluus 197
Aëris mare 439
Aërope vxor Atrei 419
Aerumna, & erumna ſine diphthongo vnde dicta ſit 53
Aiſchylum meraciore vino calidum Tragoedias ſcripſiſſe XIII
Aether ex quibus ſit progenitus 202
Aethiopes caerulei 435
Aëtites lapis 490
Aeuum vnde dictum 86
African⁹ Superior vbi ſepultus XIIII
Agamemno, Telamo olim dicebatur 347.
Agamemnonis mutatum conſilium et verba 335. *eius, fratriſq́. contentio ibid.* 336
Agaſo vnde deriuetur. 130
Agea quid ſit, & vnde dicta ſecundũ Feſtum 222
Agellij locus emẽdatur 111. 138. 300
Agere precibus 95
Agitare aeuum 158
Agmen quid ſig. 121. 463
Aiax, & eius etymon 345. 370. *& Vlyſſis certamen* 342. *repulſam accipit, greges trucidat, arietem Vlyſſem ratus caedit, ſuo ipſius gladio incumbit ibid. cur ſibi necem inferat* 347
Aiacis ſanguis in florẽ mutatus 344. *ſepulchrum, templum, & ſtatua vbi locorum fuerint* 345
Alba Longa oppidum, & vnde dicta ſit 59. *à quo euerſa* 102
Alcaeus meraciore vino calidus ſcribebat XIII
Alcamenes primus Hecates triforme ſignum fecit 467
Alcedo vnde nominis originem habeat 505
Alceſtidis fabula 440. 441
Alcmaeo filius Amphiarai 431. 432
Aleus 413. 414
Alexander Epirotarum rex Dodonaei oraculi reſponſo deceptus, & vbi locorum trucidatus ſit 377
Alexandrum Magnum forma ſupra hominem anguſtiore fuiſſe ſecundũ Solinum 85. *Priamo ad Hercei Iouis aram parentaſſe* 367
Ἀλεξίκακος *Apollo* 436
Ἀλεξίκακος *Hercules* 358
Ἀλεξίκακος *qui & Tutanus, ac Rediculus* 173.

Ἀλεξι-

Ἀλεξίδαμος quis appellatus ſit 358
Ἀλληγορία 13
Alliteratio 60
Ἀλφακισμός 4
Altiſonans Iouis epitheton 240
Am quid ſignificet 90
Amalthea Iouis nutrix 487
Amaſſo pro, amauero 230
Ambactus XVI. 503
Ambracia filia Melanei Dryopum regis 453
Ambracia, aliàs Ampracia vrbs 452
vnde dicta 453
Amor ex quibus ſit progenitus 202
Amphiaraus vaticinandi peritiſſimus eiusq. hiſtoria 431.432.444
Ἀμφιβολογία 8
Amphion 446 447
Amphithraſo quid ſit 451
Ampliter 70
Amulij hiſtoria 53.59.60
Amyntor 424
Anacharſis Scytha cur δίγλωσσος appellatus ſit 501
Ἀναφορά 7
Ἀναστροφή 9.136
Anaxagorae de Sole ſententia 280
Anaximandri de Sole opinio 213.280
Anchiſes vnde ſit oriundus, & augurandi ſcientiam aſſecutus 52
Ancile quid ſit, eius forma, & etymon 90
Ancus Tulli ſucceſſor 103.104. eius obitus 107
Andromache vnde dicta 370. Priamum cur patrem vocet 365. eius fabula 363
Andromedae fabula 408
Angelus Politianus notatur 321
Anguillae vbi optimae 258
Anguis caeruleus 435
Anima vnde dicta 276. alata ſecundum Zoroaſtrem 44
Animarum tranſmigratio 42.43
Animalia bruta ſermone ab hominibus differre 473
Animus pro animans 290
Animus quid ſit variae opiniones 404
Animi ſedem ſanguinem eſſe 27 ſubſtantia 73. affectus in corde 27 perturbationes 19.20.21
Animum igneum eſſe 27.279. harmoniam 404 à Deo id quod eſt habere 283
Animi poſt mortem ſuperſtites 27
Annalis, & hiſtoria quid differant VI. VII.
Annibal vnde ſit oriundus 150 Panico furore conſternatus diuinitus ab Vrbis oppugnatione pellitur 173. Antiochum dehortatur, ne imparibus copijs cum Romanis contenderet 176
Annibâlem, & Hamilcârem olim pronuntiatum eſſe 269
Anni ordo ſecundum Romulum 92. Numam verò 89 de eo variae opiniones ibid. 90
Annueo, & abnueo apud veteres 105
Annuere, vel innuere narium, vel labiorum eſſe 474
Annuo, annuui 105
Anſatae haſtae 111.121
Ἄνθος νέκταρος quid ſit 443
Anthracinae veſtes 422
Antia Vlyſſis & Circes filius, & oppidi nomen 63
Antigerio dictio priſca 503
Antinoa Peliae filia 325
Antiopae fabula 446 447
Ἀντίστοιχον 6
Antiſtio 336.337

Ἀντι-

Ἀντίθεσις 6
Ἀντίθετον 13
Antonij Auguſtini error 409
Ἀντονομασία 12
Anuis pro, anus 1. 382
Anxur, aliàs Tarracina 238. vnde nomen habeat 239
Aper ποτάμιος χοῖρος 353
Ἀφαίρεσις 5
Aphyae vbi optimae gignantur 258
Ἀποκοπή 5. 137
Apollo quid ſignificet 280. vnde dicatur 370. 436
Apollo ἀκερσεκόμης, ἀκέσιος, ἀλεξίκακος 436. ἀργυρότοξος 437. χαίτηος, χρυσοκόμης 436. χρυσότοξος, κλυτότοξος 437. ἑκαβόλος, ἑκατηβελέτης, ἑκατηβόλος, ἕκατος, ἑκηβόλος, παιάν 436. quando noxius, quando placidus, & beneuolus 435. 436
Apollinis ſagittae quid ſint 436. ſimulacra quomodo apud priſcos effingebantur 435
Apollini comam ephebi olim nutriebant, & vbi locorum, quóue tempore offerebant 436
Apophthegmata aliquot 138. 147. 152. 276. 298. 336. 348
Apparatio pro, apparatus 98
Appij Claudij verba in Senatum 115
Appionis Grammatici error 255
Appuleius emendatur 251. 253. 254. 255. 257
Ἀπρέπεια 8
Apriculus piſcis, quomodo Graecè dicatur, et vbi locorum naſcatur 254
Aprilis vnde dictus 92
Aptum ſtellis 95
Aquila quo Graecè dicatur, eius etymõ 490. auis auſpicata, eius aliquot auguria, auis calidiſſima, & qua, ne oua quibus incubat coquere poſſit, arte vtatur, eius epitheta, Ioui infanti nectar miniſtrat ibid.
Aquilam Ioui miniſtraſſe fulmina, cur fingatur 490
Aquilo vnde dictus, ventorum rex & pater 194
Arar Celtarum fluuius, & vnde appellatus ſit 250
Arbores nauibus cõgruẽtes 128. 129
Arcades cur προσέληνοι 330
Archemorus quis fuerit, & vnde nomen ſortitus 444
Archimedis ſpeculum 281
Archondas apud Graecos Tyrrhenae tubae vſum primus intulit 102
Arcitenens Apollinis, & Dianae epitheton 437
Arcus, & arquus quid ſignificent ſecundum Nonium 185
Ardea Vlyſſis & Circes filius, & oppidi nomen 63
Areopagus qd ſit, & vnde dictus 389
Argei quid ſignificent, & vnde nomẽ habeant 91
Argiope filia Teuthrantis 414
Argiuorũ reges unde aſſumebãtur 490
Argo nauis vnde dicta ſit 315. vbi conſtructa 314. eius epitheta ibid. ex quibus arboribus fabricata ibid. 315. primùm conſtructa ibid.
Argos oppidum Theſſaliae 315
Argus filius Phryxi ibid.
Argutarier 469
Ἀργυρότοξος Apollo 437
Arimaſpi vnoculi, & vnde dicti 228
Ἄρης quis ſit, & vnde dicatur 389
Ariſtodemus 400. eius filij 401
Ariſtophanes meraciore vino calidus ſcribebat XIII
Armentae 72

Ἄσωτος, ſiue ἄσωτος 291
Aſtra pro aſpera 5
Aſtracus quis fuerit, & vnde oriundus 52
Aſſectari paſſiuè poſitum 500
Aſteropea filia Peliae 325
Aſtra quae primùm conſtituerit, & cui demonſtrarit 496
Aſtronomiae inuentores qui fuerint 351.
Aſtu ciuitas, & ἀστοὶ incolae 329
Aſtutus vnde dictus ibid.
Ἄστυ quid, & eius etymologia ibid.
Aſtyanax vnde nomen habeat, Scamādrius apud Homerum 369 de turri praeceps datur 362. cur in eum tā immaniter ſaeuitum ſit 369
Aſtyoche Simoentis filia 52
Ἀσύνδετον 8
Atabyrius hoſpes, Iupiter, mons 493
Atarna ciuitas 257
Ater quid ſignificet 422
Athamantis fabula 405. 406
Athamantis Pythagorei opinio de mūdi principijs 279
Athenae in quot partes fuerint diuiſae 329. earū antiquitas, & inter Arcades contentio 330
Athenienſes cur cicadis comas ornarint ibid.
Athenagorae locus emendatur 487
Ἄθεοι qui fuerint 482
Atlantei Africae populi 486
Atlantem Telamonem vocari 505
Atque pro, ſtatim 148
Atrei fabula 419
Atticae regionis antiquitas, & cur antiqtatis ſignū fuerit cicada 330
M. Attilio quid euenerit 152. 153
Aucupo 9. 319
Audacter, & audaciter 137
Audibo 348
Audio vnde deriuetur 357
Auentinus mons, & vnde dictus 62
Auge 413. 414
Augifico 372
Augures carpuntur 350
Augurium quid ſit, & auſpiciū quid differant 61
Auguſtus locus quid, & vnde dictus 214
Auium obſeruationum inuentores 61
Auratae vbi optimae gignantur 258
Aurorae pennas tribui 67
Auroram trahit Pegaſus ibid.
Auſculto vnde deriuetur 357
Auſonius emendatur 129
Auſpicium quid ſit, & auguriū quid differant 61
Auſter ventus, & Hauſter cum aſpiratione, eiusq. varia epitheta 193. 194.
Auſtrati qui ſint 194

B.

B, Quomodo olim pronunciabatur 110
B, cum p, affinitas 114
Bacchus vnde dictus ſit 406. primus mortalibus vitium ſatus oſtendit, & quomodo à Graecis appellatus, in leonem conuerſus, vnum è Gigantibus interimit 407
Bacchi varia nomina 406. eorumque etymon ibid. 407
Baccho quaenā victima mactabatur, & vbi locorum 76
Baiae vrbs XV.
Βαίτυλος quid ſit 488
Barbaricae opes, & Barbari qui olim dicebantur 366

Belli

Belli origo vnde mortalibus ſit exorta 491
Bellipatiens iuuentus 161
Bellipotens Martis epitheton 114
Bellona vnde deriuetur 467
Bellum vnde nomen habeat ibid.
Bene pro, valde poſitum 71. 72
Bene vortat 88
Bilingues qui fuerint 501. 502
Bion quid ſenſerit de aſtronomis 351
Boare vnde deductum ſit 180
Boeotiam quis condiderit, eoque nomine appellarit 427
Boeotus filius Melanippes ibid.
Bombus pedum 505
Bona foemina olim quae appellabatur 108
Bona pars quid ſignificet 72
Bos Luca quid ſit, & vnde dicta 468
Branchidae populi bilingues 501
Βρεκεκεκὲξ κοὰξ κοὰξ *ranarum vox* 103
Βρένδος *quid ſignificet* 200
Brendus Herculis filius ibid.
Βρεντήσιον, & Βρενδέσιον *vrbs, eiusque etymon ibid.*
Brettiani populi 501
Brettus Herculis filius ibid.
Bromia quae ſit 406
Bromius quis ſit, & eius etymologia ibid.
Bruges, ſeu Fruges 503
Brũduſium vrbs, & vnde dicatur 200
Brutates, &
Brutij populi, vnde ſint appellati, & cur bilingues 501
M. Brutus oraculi interpres 285
Bucephalus Alexandri Magni equus 215.
Bubbus 114
Buteo quid, & quomodo Graecè appelletur 333
Buteoni in augurijs primas partes tribui ibid.
Buxum, & buxus 140. 141. *vnde dicta* 114
Byrſa ciuitas à quo condita ſit, & quo tempore 39

C.

K Αλόφατον 9
Cacum Herculis boues abegiſſe 72
Cadauera à quibus olim vngebantur 108
Caduceum cur geſtet Mercurius 144
Caecilius Minutianus emendatur 492
Cael pro, caelum XV.
Caelaſſis pro, caelaueris 230
Caelius Calcagninus reprehẽditur 136
Caelum, & caelus veteribus 236. *quid ſignificent* 76. *peplum appellari* 201. *cur pater* 277. *die aperiri, noctu verò claudi* 123. 124. *ac terram tanquam teſtes qui innocabant* 319
Caeli clypeus, & quot modis dicatur 334. *fretum* 14. 439. *portae* 124. *tegmen* 201. *velum ibid.*
Caelus qui, & vnde dictus 485. *quomodo Graecè dicatur, eiusq. etymõ* 492. *eius filij* 485. 486. *eidẽ quis virilia amputarit ibid.*
Caementae 9. 469
Caeninenſes populi à Romulo caeduntur 81
Caerula templa 82. 83
Caerulea mors, vmbra 435
Caeruleae Furiae ibid.
Caerulei Aethiopes ibid.
Caeruleum mare 83
Caeruleus anguis 435
Caerulum à caeruleo differre 100

Caeſar quid ſæpe in ore habuerit 463
Caicus fluuius 414
Caij Matij locus emendatur 494
Καιρὸς Iouis nouiſſimus filius 121
Calabria cur olim Meſſapia dicta ſit IX. eius limites X
Caligulae vox Tragica 460
Calliope Muſarum regina 37. vnde ſit dicta 38
Callirrhoë Scamandri filia, eiuſque liberi 52. fons 331
Calor magni animi fomes 100
Calorem humore nutriri 327
Caluaria piſcis, eius deſcriptio, & nomenclatura 257
Campani ciuitate donati 235
Campanis Romanas vxores ducere licuiſſe ibid.
Campi Magni Africae 270
Campſo quid ſignificet, & vnde deriuetur 161
Canere vaticinantium erat 47. 48
Canes pro, canis 225. 315. com. gen. 163
Capetus rex Albanorum 93
Capital pro, capitalis XV
Καππανισμός 4
Καπρίσκος, & κάπρος an idē piſcis 254
Capys vnde ſit oriundus 52
Carcer quid ſit, & quomodo Graecè dicatur 66
Carmen Cyclicum quid 51
Carthago à quibus ſit condita variae opiniones 150
Caſcus XVI. 54. 55
Caſius hoſpes, mons, Iupiter 493
Caſnar XV
Caſſandra, aliàs Alexandra filia Priami 359. eius vaticinium vnde fluxerit, vaticinia cur inutilia ſint reddita ibid.
Caſſiopes arrogantia 408
Caſſius mons vnde nomē traxerit 485. 486
Caſus ſextus geminatus 179
Cata XVI
Κατόχρησις 14
Καταχθόνιοι δαίμονες qui ſint 489
Catamitus vnde deriuetur 505
Catonis ſententia de otio 337
Catus quid ſignificet 217. 218. vnde dictus ibid.
Cauſiani naſcentes lugent, mortuosque beatos exiſtimant 404
Cecrops quis fuerit, et cur biformis fingatur 501. eius anima euocata 472
Celere pro, celeriter 295
Celeriſſimus 200
Celox, & eius quantitas 223
Centurionis inſigne XII
Cephalaea caro 256
Cepheus pater Andromedae 408
Cerberum quò Hercules traxerit 377
Cercopes in ſimias mutati 231. 232
Ceres vnde ſit dicta 285. eius, & Proſerpinae templa vbi terrarum ſint conſtructa 230
Cererem eſſe terram 278
Cerno pro, iudico 421
Cernere ferro 105
Ceſellij error 176
Ceti deſcriptio, oſſa tanquam ſeruatae à Perſeo Andromedae veſtigiū vbi locorū oſtentabantur, eorundem magnitudo & menſura, eaque quis inter miracula oſtenderit 410
Cette 1 326
Chaeremonis opinio de gallorum antelucanis cantibus 471
Χαίτηεις Apollo 436
Χαλκέμβολοι, & Χαλκεμβολάδες quid ſignificent 133

Chara-

Charactêres dicendi 2
χαρακτηρισμός 17
Charadrius auis, & eius etymon 253
Chariſius emendatur 202. 203. 238
Charites Cypariſſos appellari 140
χειροβαλίστρα 222
Chronographia 67. 199
Chryſalus quid ſignificet 371
Chryſippus in puteum demerſus 419
χρυσοκόμης Apollo 436
Chryſogonus quid ſignificet 371
χρυσότοξος Apollo 437
Cicadarum natura 330
Cicadis qui comas ornarint, & qua de cauſa ibid.
Cicero emendatur 261. 319. 435. eius locus reſtitutus 117
Circaei montes 491
Circulatores qui appellentur 350
Circus quid ſignificet ibid.
Citharae vox conficta θρεττανελό 103
Clamor nautis cur peculiaris ſit 180
Claſſicum quid 66
M. Claudius emendatur 203
Cleanthis opinio de Sole 280. de Olympo 492
Clupea quid 250. 251
Clupeo verbum quid ſignificet 166
Clupeus, & clupeum 165. 166. vnde dicatur ibid.
Cluſius Ianus 218
Clypeum è dimicantis manu cadere, probroſum apud Graecos erat 470
in Clypeo funus efferendi mos à quo ſit profectus 372
Clytia 424
κλυτότοξος Apollo 437
κοκκύζειν quid ſit 473
Coclites qui ſint, & vnde dicti 228
Codrus rex Athenienſium 392
Cognatus vnde dicatur 227
Cohus 223. 224
Colchi quóſnam inuocabant in accepta iniuria 331
Collatio ſiue παραβολή 15
Comiter aduerb. & eius origo 468
Comitium quid, & vnde ſit appellatum 78
Comoedia vnde dicta 273. 468
Comoediarum inſcriptiones vnde ſumantur 452. inuentor quis fuerit 273
Comparatio 14
Conchae piſces optimae vbi gignantur 258
Concorditer 79
Concubia nocte, & noctu 135
Conglomero quid ſignificet 421
Coniectus pro, coniectio 98
Cono verbum 10
Conſentes dij 264
Conſipta 322. 323
Conſonantes olim nō geminabātur 110
Conſonātium aſpero concurſu cadentiū arborum fragor exprimitur 127. 128
Contemplo verbum 295
Contudit pen. prod. 200
Conuiuarum mos 108
Conuiuo, as, 294
Cor pro animo 176
Corculi qui ſint 218
Cornelij qui fuerint 158
Corona cui olim dabatur, &
Coronarum genera 356. 357
Corona ex apio quibus erat praemium 444
Corporis honos ſecundū Platonē 429
Corporo verbum 411
Corpulentus 500
Corpus humanum cur terrenum dicatur, cùm ex quatuor elementis ſit cōpactum 279. 281. 282. 283. 284

Corti-

Cortinipotens quis ſit appellatus 114
Corythus 414
Cracentes 225
Craſtus vrbs Sicanorum 273
Cratinus negabat quempiam poſſe bonũ poëtam euadere, niſi immodicis vini potationibus indulgeret XIII
Creare aram, fanum, vrbem 492
Crebriſurus I. 500
Creon Medeam in exilium agit 311. eius verba ad Medeam 322
Cres Orionis filius, vnus ex Curetibus 495.
Creſphontis hiſtoria 398. 400. 401
Creſſi 439
Creta inſula vnde ſit dicta, quis primũ in ea regnauerit, Caprae mons cur olim appellata 495
Cretam nullam alere noxiam belluam ſecundum Antigonum ibid.
Creta Heſperidis filia ibid.
Cretenſis regis ſedes olim quae fuerit ibid.
Cretenſes mendaces eſſe 494. 495
Cretenſes, & Cretes 503
Crimino verbum 296
Crinitus reprehenditur 136. 295
Κρόμμυον, ſiue κρόμυον quid, & vnde dictum 298
Crux foem. & maſc. 166
Cumae vrbs XV.
Cuncto verbum 354
Cupentus I
Cupire pro cupere 289
Cupreſſus foem. & maſc. 140. quomodo Graecè dicatur, & eius etymologia, ea arbore cur pirae olim circumdabantur ibid. 141
Cura vnde ſit dicta 230
Curetes qui fuerint 487. 488. vnde dicti ibid.
Cybele quid ſignificet 472
Cychreus Neptuni filius 347
Cyclades inſulae à Sporadibus an diſtinguantur 111
Cyclicus 51
Cyclopis deſcriptio 156 157
Cyneas legatus 115. 116
Cypariſſi arbores, & vnde nomen habeant 140
Cypariſſi Eteoclis filiae, & earum fabula ibid.
Cypariſſos Charites appellari ibid.
Cypriae virgines dotem vulgato corpore quaerebant 496
Cyprij boues cur humano ſtercore veſcantur 293
Cypſelus Arcadiae rex 398. 399
Cyri ſententia de terra 284
Κυριολογία 17

D.

DACTYLORVM frequentia celeritatẽ exprimi 133. 179. 199
Daedalus adiect. quid ſignificet 502
Δαιδάλλειν quid ſit ibid.
Dardanus, eiusq. poſteri 52
Datatim ludere 473
Datiuus caſus quomodo inflectatur ſecundum veteres XV. 212
Debilo I. 150
Decernere ferro 105
Decius pater, & filius 124. 125
Degere aeuum, vitam 86
Degrumari 196
Delecto quid ſignificet 421
Delibatus 158
Δελτακισμός 4
Demetrias Magneſiae oppidum 315
Democritus ait, aëra totum fabulis opple-

oppleri 288. eius opinio de gallorũ antelucanis cantibus 471. de mundo 29
Demotice vxor Athamantis 405
Deorum duodecim nomina 263. 264. 265
Deos qui ſuſtulere 482. nihil curare ſecundum Epicurum 349
Deponentia verba actiuè terminata 9. 10 175.
Depopulo 9
Deprecor quid ſignificet 393
Deſcriptio curſus equi 98. 99. 100. noctis 332. 333. 335. mediae 191. occaſus, & matutini temporis 67. ſilentij 268. 269. Solis equorum 354. 355
Deſcriptiones 15. 16. 17
Deſmontes 426. 427
Deſpauterius notatur 223
Detotondit 148
Dextera mundi pars 71
Dia dearum 81
Διαίρεσις 6
Διαλογισμός 17. 18
Διάλυσις 14
Diana, ſiue Diuiana 290. Bromia 406 Titanis 466. Triuia 467. apud Scythas humana victima placabatur 74. eandem formidabilẽ deam olim fuiſſe, & eius epitheton 437
Διαστολή 6
Dice pro dic 95
Dico vnde deriuetur 503
Διχότομος quae ſit 467
Dido 150
Dies pro, diei 187
Dies ex quibus ſit progenitus 202
Dieſpiter quis ſit 489
Differo quid ſignificet 411
Difficul pro, difficultas XV.
Dij Conſentes 264. Geniales & vnde dicti 85. Genitales, ſiue indigetes ibid. Magni 119. 120
à Dijs vaticinationem eſſe 27
Δημήτηρ quae ſit 285. vnde dicta 286
Diogenes quid de ſe ipſo dicere ſolebat 434
Diomedi vbi locorum humana victima mactabatur 76. & quis hunc ritum ſuſtulerit ibid.
Diomedis locus emendatur 162. 354
Diphilus Cypriorum rex 76
Diphthongum veteres ſoluebant 59
Dirce fons 447
Dirce vxor Lyci 446. 447
Diuortiũ cui olim facere licuerit 399
Dopro, domum XV I. 5. 238
Dodecacrunos fons 331
Dolus ex quibus ſit progenitus 202
Dominicus Pizimentius notatur 233
Donati locus reſtituitur 504
Drachma quid 351
Duellona 467
Duellum 234
Duillius primus naualem victoriam conſequutus 133
Duplices quando non multum in vſu fuerint 362
Duriter 70

E.

Ἑκαβόλος Apollo, & Ἑκατηβελέτης, & Ἑκατηβόλος, & Ἕκατος 436
Echinus piſcis, & vnde dicatur 257
Ἑκηβόλος Apollo 436
Ἔκλειψις 9
Ecliptica Solis iter 269
Ἔκτασις 6
Ἔκθλιψις ibid.

Edulare

Edolare 504
Efferre pedem 317
Efferre pedem de corde 331
Egeria nympha 88.89. *vnde dicta ibid.*
Eia militum properantiũ clamor 239
Εἰκών 15
Εἰδωλοποιΐα 16
Εἰρωνεία 13
Elementa quatuor 29. *mundi eſſe principia* 276. 279
Elephantus cur Luca bos dicatur 468
Elimino 318
Elops piſcis, & vbi optimus 254. 255
Eloquo 9. 175
Empedocles cordi ſuffuſum ſanguinem prudentiae inſtrumentum eſſe exiſtimat 217
Empedoclis opinio de mundi principijs 276. *de nigrore, & frigore* 379
Ἔμπεδος *quid ſit propriè* 425
Ἔμφασις 17
Ἐναλλαγή 9. 10
Endeis filia Chironis 346
Endo 1. 58. 136
Endoitium,
Endoperator,
Endoploratum,
Endoprocinctum &
Endoſtrium 65
Engonaſis quid ſit, eiuſq. variae appellationes 371
Enneacrunos fons 330. 331
Ennius Calaber X. ex Meſſapo oriundus IX. Romana ciuitate donatus VIII. quibus fuerit charus XI. XII. XIII. XIIII. militauit XI. XII. centum militibus praefuit ibid. Graecam linguam Latinam, & Oſcam callebat XIIII. multas exteras dictiones Romanis immiſcuit XVI. antiquis admodũ vocibus vtitur 1. *ſchematibus, ac tropis* 5. *duabus negationibus Graecorum exẽplo* 394 *nothis pedibus* 5. *eleganti literarũ delectu* 3. *muſicorum exemplo* 5. *nõ multùm in ſenariorum pedum obſeruatione religioſus* 464. *an arte rudis, ſiue arte carens* 2. *heroicum carmen primus in Latiũ intulit XVI.* 49. 492. *ſummus Epicus poëta, & Muſarum diſcipulus VIII.* 1. *primus literam geminauit* 1. *cur pater dictus ſit* 49. *Homerum imitatur XVI. Atticos, & Dorienſes ibidem, dictiones Ionico more inflexit XV.* 101. *ſemigraecus XV. militiae peritus* 31. *Iuris ciuilis, Oeconomicae, & Politicae* 29. *medicus, & augur.* 30. *auium naturam, Muſicen, Aſtrologiam. Necromantiã, Agriculturam non ignorauit ibid. terreſtrium, & maritimarum regionum ſcientia praeditus* 32. *hiſtorici legem ſeruat* 51. *hiſtorias, & rẽ nauticam nouit* 31. *quadrupedum mores* 30. *piſcium notitiam habuit ibid. elementa quatuor ponit* 29 *vẽtum aëra fluentem eſſe innuit* 30. *Peripateticos ſequitur* 28. *Pythagoreos, & Stoicos* 27. *tria corda ſe habere dicebat XIIII. animos poſt mortem eſſe ſuperſtites voluit* 27. *animum eſſe igneum, eiuſq. ſedem conſtituit ibid. mortem animae priuationem eſſe* 30. *vnde oriantur ſomnia non ignorauit ibid. aſſeruit vnum eſſe mundum, igneum caelũ, ac Solem* 29. *deos eſſe, & rerum humanarum curã habere* 24. 25. 26. *quid de virtutibus, quibus excolitur animus, & de bonis externis ſenſerit* 28. *non animas, ſed ſimulacra*

quae-

quaedam ad inferos deſcendere putat 42. annum in quatuor tempora diuiſit 29. 30. tempora ignorauit 214. fortunae plurimũ tribuit 26. varios ſepeliẽdi ritus commemorat 31. à Varrone reprehenditur 370. nunquam poëtatur niſi podager XIII. articulorum cruciatu peryt, & in ſepulchro Scipionis conditur ibid.
Ennij patria VIII. parentes ignorantur IX. natalis dies X. mores X IIII. Muſa cur rudis I. oratio epithetis effloreſcit 12. concinna numerorum ſtructura 4. 5. annalis ab Octauio Lampadione emendatus 32. annales Fl. Caper enucleauit, Puteolis in theatro à quodam Ennianiſta legebantur, Q. Varunteius in libros digeſſit, & per Vrbis compita publicè recitabat, opera ibid. praecepta 28. 29. locus mutilus de Iride 30. opinio de caeli motu 29. ſenectus XII. XIII. obitus ibid. epitaphium XIIII. monumentũ & ſtatua XIII. XIIII. 259. oſſa ex Ianiculo Rudias tranſlata IX. bonorum haeres quis fuerit XLV.
Ennium ſibi ciuem Tarentini vendicãt IX. Virgilio praetulit Adrianus I.
ab Ennio multa mutuatus eſt Virgilius ibid.
Enyalius quis 93
Epaphus 446
Ἐπένθεσις 6
Ephebi cui deo comam olim nutriebant, & vbi, & quando offerebãt 436
Epicharmus 273. 274. 275. eius patria, & parentes 273. Comoediae inuentor ibid.
Epicharmus Cous medicus 274. 275
Epicureorum opinio, nihil poſt mortẽ ſupereſſe 423
Epicurus quid negarit 349. eius ſententia de Sole 280
Epitheton 12
Ἐπίζευξις 7
Epopeus 447
Eques pro equo 134
Equi curſus deſcriptio 98. 99. 100
Equorum animoſitatis indicium 355
Equus Sophocleus 215
Erebus ex quo ſit progenitus, eiusq̃ filij 202
Erechthei hiſtoria 391. 392. 393
Erichthonius Dardani filius 52
Erinnyes quae ſint 388
Eriphyle coniux Amphiarai 431. 432 433
Ἐρώτημα 17
Erumna ſine diphthongo, & vnde ſit dicta 53
Eſcit pro, erit 117
Eſſedones parentum funera cantibus proſequuntur 404
Etruſci augurum diſciplinae periti, & vnde ſint nominati 71
Εὐχή 18
Euemerus ἄθεος 25. 495. 496. eius patria 482. quo tempore floruerit, & quae loca perluſtrarit 483. 484. 485. 486
Euemerus Elegiographus 483
Euenat pro, eueniat 383
Euhyus quis ſit, & vnde dictus 407
Euitari vitam 367
Eumenides vnde nomen trahant 387. 388. earũ variae appellationes ibid.
Eumolpus 392. 395
Euocationes magicae quibus rebus olim factae ſint 380

Euripides notatur 370
Exantlo verb. 372. 389. 503
Execro verb. 175
Exemplum Graecè παράδειγμα 15
Ἐξοχή 18
Expleo verb. quid ſignificet 223
Expugnationis mos antiquus 102
Extenuatio 14

F.

FABIVS Maximus 169. 170. 171. cur clypeus appellatus ſit ibid. eius verba ad Scipionem cur Maximus appellaretur 170. Cunctator dictus 150
Q. Fabius Rullianus, ſeu Rutilianus 170
C. Fabricius 117. 118. 119
Face pro, fac 95
Facere facinus 138
Faceſſo 60
Facul, pro, facultas XV
Falae quid ſint, & vnde dictae XVI. 185
Falarica quid ſit 185. 221. 222
Famul, pro, famulus XV
Fari, pro vaticinari 52
Fatuellus, & Fatua 47
Fatum ex quibus progenitum ſit 202
Fauentes ſpectare 176
Fauere faucibus, ore, linguis 176. 473
Fauna &
Faunus, & vnde ſit dictus 47
Fauſtulus paſtor 59
Fello verbum quid ſignificet 56
Ferire foedus 79
Feſtus emendatur 81. 117. 139. 302. 303. 344. 462. notatur 293. eius loca aliquot reſtituuntur 73. 236. 343. 410. 503
Fidei penult. prod. 231
Fidem vt deam Romani coluere 264
Filijs pro, filiabus 410
Filo pendere 109
Filum, pro lamina 134
Flauus color 178
Florens 503. 504
Floridum dicendi genus 3
Flos vnde dicatur 442. 443. delibatus populi 158. Liberi 442. 443. ſalis ibid.
Fluuij, & fontes olim pro dijs habiti 94
Fneſtra pro, feneſtra 261
Foedera quot modis ſanciebant veteres 78
Foedus ferire 79
Fornices caeli 501
Fortuna 119. eius inconſtantia 150. 151. 152. 155
Fortunatim 88
Forus, & forum 222
Foſſare, & foſſari 117
Franciſcus Floridus notatur 219
Fraus ex quibus ſit progenita 202
Fremo vnde deriuetur 129. 237
Fretum caeli 439. caeruleum 14
Frigo vnde deriuetur 442
Frigus cuti inimiciſſimum 199. torporis fomes 100
Frigutio, & fringutio 442
Fructi, & fructuis 382
Frugalitas Romanorum 138
Fruges, ſeu Bruges 503
Frugiferaï 202. 203
Fruns 129. 468. 502
Fruſtra eſſe 300
Fruſtro, & fruſtror ibid.
Frutimi 468
Frux pro homine frugi 159

Fuat

Fuat pro, fiat 353
Fufetieo XV. 101
Fulgentius notatur, & emendatur 441. 442
Funus in clypeo efferre quis inſtituerit 372
Furiae quae ſint, & vnde dicantur, earum arma, & comites 388. quomodo fingantur 435

G.

GAGATES lapis 490
Galli cur frigoribus pueros aſſuefaciant 200. Capitolium adorti 135
Gallus auis cur ante lucem canat variae opiniones 471. 472. Latonae parienti cur aſſiterit, eiusq. aſpectũ & praecipuè albi cur leo perhorreſcat ibid.
Gallum colendae diuinitatis eſſe ſymbolum 472
Gau pro, gaudium XV. 501
Gaza Perſica vox 1
Gelaſimus paraſitus, eiusq. nominis deriuatio 370. 371
Gemmo verb. gemma, & oculus vitis 221
Gena quid ſignificet 234
Genas à foeminis radi cur lege XII. Tabularum olim probibitum ſit ibid.
Genera dicendi 2. 3
Genetrix, per e, media ſyllaba cur ſcribatur 92
Geniales dij, & homines 85. 86
Genit pro, genuit 5. 76
Genitiuus primae declinat. in âs aliquando proferebatur 133. quartae in i, & is, 382
Genua vnde dicta ſint 465. cui rei dicata 453
Geometriae inuentores qui fuerint 351
Germani cur pueros frigoribus aſſuefaciant 200
Geryones à quo interemptus ſit 72. cur tricorpor fingatur XIV
Geſum Gallica dictio 1
Glauca filia Creontis 311
Glaucus, & γλαυκίσκος piſcis, vnde dicatur, & vbi optimus 254. 255
Gluma 496
Gnatus, pro, natus 5
Gnoſus oppidum 495
Gorgon à Minerua interfecta 496
Gorgopis vxor Athamantis 405
Γουνᾶσθαι quid ſit 453
Graeci mutas, liquidas, & ſeminocales duplicabant 1. eorum mos exercentium ſe in gymnaſijs 462
Gratia ex quibus ſit progenita 202
Graue dicendi genus 2. 3
Gruma, & degrumari 196
Γρῦ quid ſit 227
Gymnicis ludis Spartanas etiam puellas operam dediſſe ex Lycurgi inſtitutione 462. 463
Gypſatae manus, & pedes quid olim denotarint 320. 321

H.

HABITO verbum quid ſignificet, & vnde deriuetur 101
Hamilcarem, & Annibalem pronunciarunt veteres 269
Harpax quid 371
Haruſpices Graecè quomodo dicantur 350. carpuntur ibid.

Hebeuſi pro; hebetem 190
Hecaten, & Dianam eandem eſſe, non triuijs tantùm, ſed & vijs praefuiſſe, cur in triuijs venerentur, eius parentes, triforme ſignum quis primùm fecerit 467
Hecuba cuius ſit filia varia opinio 381
Vlyſſem rogat vt ſe mactent pro filia 363
Hebe 470
Heliodori opinio de gallorum antelucanis cantibus 471
Helle filia Athamantis 405
Helleſpontus, & vnde dicatur 219. 220
Hemona, & hemo, onis 232. 233
Hendecaſyllabi minuti verſus 49
Hephthemimeris 5
Hera quid ſit 119
Herceus Iupiter, & vnde dicatur 367. 368
Hercules Nemeaeos ludos corrigit, Ioui conſecrat, praemium conſtituit 444. *Geryonem interimit, victor ex Hiſpania in Italiam venit, quem nefarium ritum aboleuerit* 72. *ἀλεξίκακος cur dictus ſit* 338. *quò Cerberum traxerit* 377
Herculi ſacra quis in Latio inſtituerit 72. *aram dicarit* 85
Hermione vxor Cadmi 431
Heroum ſtatuae apud Romanos 85
Herſilia coniux Romuli 93
Heſione filia Laomedontis 347
Heſperia, & vnde ſit dicta 53
Heſperides ex quibus progenitae ſint 202
Hexameter verſus in Tragoedia 428. *eius variae appellationes* 49
Hiccine 347
Hiems vnde dicta 188
Hilum 284
Hipparchi opinio de animo 279
Hippolytus Saluianus notatur 254
Hippuri piſces vbi locorum optimi gignantur 258
Hiſtoria, & annalis quid differant VI. VII.
Hoc pronomen quid ſignificet 420. 421
Homerus cur à Muſae inuocatione vtriuſque poëmatis exordium inchoauerit 37. *ex omni Graecorum dialecto charactêres delibauit* XVI. *palingeneſiam videtur aſſerere* 43. 44
Homeri Ilias cur rubris veſtibus, Vlyſſea verò caeruleis repraeſentabatur 340 *opinio de terra* 284. 285
Homerum in pauonem tranſmigraſſe cur crediderint Pythagorici 45
Homo, onis 232
Hora, aliàs Herſilia coniux Romuli 93
Horae quae ſint 83
Horatij locus adnotatur 261
Horatij Coclitis res geſtae 97. 98
Horitor pro, hortator I. 162
Horret haſtis ager 79. 80
Hoſtes vnde ſint dicti 400
Hoſtimentum quid 399. 400
Hoſtio verbum ibid.
Humana hoſtia placabatur Saturnus 72. 73. 74. 75. *quiſnam nefarium hunc aboleuerit ritum* 72
Humaniter 79
Humatus quis propriè ſit 402
Humile dicendi genus 2. 3
Hyacinthides Erechthei filiae 391. *vnde dictae ſint, & earũ nomina* 392
Hyacinthus pagus ibid.
Hyginus notatur 393
Hyperbole 14
Hyperion quis, & vnde ſit dictus 199. *cur aſtrorum pater* 466. 467

Hyperionis quid ſit ſecundum Pythagoram 199
Hypſipyle 444

I.

IAMDIV 433
Ianus Ianiculi conditor 76. cur Patulcius, & Cluſius dictus ſit 218. eius templū quo tempore apertum, clauſúmque oſtēderetur, & quoties clauſum fuerit ibid.
Iapeto ſorte tertiam terrae partem obtigiſſe 486. 487
Iapygia IX
Iaſon Glaucam vxorem ducit 311. eius verba ad Medeam 325
Iaſonem non vna tantùm naui, ſed claſſe Colchos penetraſſe 316
Ibus pro, iis 60
Ἰχθυοφάγοι qui fuerint 281
Ida nympha 487
Idomenei clypeus cur galli effigie inſignitus fuerit 471
Ignis vnde ad nos manarit 280. 281
Ilia Veſtalis 53. 211
Iliona vxor Polymneſtoris 445
Im, & ſum pro, eum 96
Imbricitor 193
Immuſculus, ſiue immuſſulus 233
In mundo, quid ſignificet 441
Inalbat dies 123
Inarime inſula, & vnde nomen traxerit 232
Inclytus vnde formetur 54
Increpo verbum 70
Indigetes dij, & eorum variae appellationes 85
Indignus quid ſignificet 500
Infas pro, infans 290
Inferorum oſtium vbi locorum ſit 380
Infinitus modus pro nomine XVI. 149
Ingenij honor 429
Ingeniorum vigor igneus 218
Inimiciter 70
Inimicitia 303
Ino Cadmi filia 405. eius fabula ibid. 406. poſt obitum quo nomine appellata fuerit 92
Inorata re 341
Inſania triplex ſecundum Platonem 348. 349
Inſequo 10. 174. 175
Inſexit 500
Integer quid ſignificet 502
Interitio pro, interitus 98
Inuidētia ex quibus progenita ſit 202
Ionum mos in gignendi caſu 101
Ἰωταχισμός 4
Iphigenia an fuerit immolata 334. eius verba mortem non recuſantis 337
Ira quid ſit 469. 470
Ἥρα, & vnde dicta ſit 276. 277
Iris, ſiue arquus quando appareat 185
Iſiaci coniectores 350
Iſis quid ſignificet 283. quaénam fuerit 350. 351. Aegyptios literas docuit ſecundum Auguſtinum ibid.
Iſtri Romanorum caſtris potiti 171
Italia Saturnia appellata 72
Italus Italiae imperium ſuſcipit, & filiam ſuam Romam Siculis, & Aboriginibus praeficit 63
Ithome Iouis nutrix, & montis nomen 488
Iubar m. & n. gen. 199. quid ſit 343
Iudico vnde originem habeat 503
Iulius Caeſar à Venere originem habere exiſtimari voluit 92
Iulius Proculus 84
Iuno quomodo Graecè dicatur, & quid

ſit

ſit 119.276.277. eius epitheta 120 cur Iouis coniux fingatur 277. inferna 489. ei humana mactabatur hoſtia & vbi locorum 76
Iupiter quid ſit 276. 277. 287. 288. vnde dictus 289. vbi natus, et à quibus educatus ſit 487. 488. 492. vbi maximã vitae partem exegerit ibid. αἰγίοχος dictus 495. altitonãs 240. Atabyrius 493. Caſius ibid. Herce° 367. infernus 489. Labradeus, & Labrandenus 493. Laprius ibid. pater, & rex 237. 238. Τέλειος 491. ὕετιος, & ὄμβριος 288. 289. Ζεὺς ibid.
Iouis patria ſecundum varios auctores & controuerſiae diſſolutio, cur Creta eius patria 495. coniuges, & liberi 485. nefariae libidines modo ferè caruiſſe ſecundum Teleclidem 495. Καιρός nouiſſimus filius 121. ſtudium in puniendis facinoroſis hominibus 494. ſepulchrum ibid. Feretrij origo 173. Hercei ara 367. & Solis vnum numen 326. 327. omnia plena 289. oculum cuncta videre 326. verba ad Venerem 81. cerebrum, ſcarus 255. lac, caſeus optimus ibid.
Ioui infanti aquilam nectar miniſtraſſe 490. in capite cõſediſſe 489. 490 cur miniſtraſſe fulmina fingatur ibidẽ, ſuauiſſima edulia olim tribuebãtur 255. omnia eſſe perſpicua 326
Iouem imperio potitum, vniuerſum orbem perluſtraſſe, legesq́. hominibus reliquiſſe 494. eſſe omnia 289. caelum apud priſcos 421. ac Solem qui in accepta iniuria inuocarint 331. magnũ in caelo ducẽ eſſe 327
Ioues tres 494
Ius virtute melius, & ſententiae huius auctor notatur 353
Iuſiurandum quid ſit, 464. 465. eius etymon 464
Iuſtus Lipſius notatur 348

L.

LABOR ex quibus progenitus ſit 202
Labrade° hoſpes, Iupiter 493
Labranda, & Labrandenus Iupiter ibidem.
Λάβρυ quid ibid.
Lacaenae mulieris dictum 372
Lacedaemoniorum mos in gymnicis ludis 462
Lacryma vnde nomen habeat 383
Lacrymas conſternati animi ſigna eſſe 336
Lactantius notatur 263 eius locus corrigitur 136. 137
Lacte pro, lac 167
Laërtius notatur 275
Lambinus notatur 445
Lampetra piſcis vnde dicatur 251
Lapi pro, lapide 1. 184
Lapis f. g. 463
Laprius hoſpes, Iupiter 493
Laſius mons 494
Latini populi, & vnde dicantur 55
Latinus Telemachi, Circesq́. filius 64. Albanorum rex 55
Latiũ vnde nomen ſortitũ ſit 491. 492
Latona Titani filia 466
Latonae parienti cur gallus aſtiterit 472
Latrare animum 162
Latrocinor 221
Λάτρον, καὶ σάτρον 60
Latrones qui ſint, & vnde appellentur 60. 221

Lauere 385
Laurentia Romuli, & Remi nutrix 70
Laurentum, & vnde dicatur 54
Learchus Athamantis filius 405
Leber pro, Liber 265
Leo cur galli, & praecipuè albi aſpectũ perhorreſcat 472
Leones cui ſint dedicati ibid.
Leonini verſus 292
Leonis herbae natura 472. 473
Lenaſſo 230
Leucates Epiri promontorium, & de eo multa ſcitu digna 161
Leucippi opinio de mundo 29
Leucothea 92. 406
Liber cur Bacchus dictus ſit ibid.
Liberi flos 442. 443
Libertatem virtutis eſſe, ſeruitutem vitij 424. 425
Licitor 221
Lilij Gyraldi error 293
Liquidum Oceani cubile 133
Literae ad imitandum aptiſſimae 3. 4
Lituo quinam vtebantur 148
Liuius ſemigraecus XV
Liuius emendatur 105. 148. 442
Longiſcio verbum 196
Longiter 70
Lopades 255
Λοξώ 467
Luca bos, & vnde dicatur 468
Lucani vnde ſint oriundi ibid.
Lucerum centuria 78. 79
Lucetius XV
Luci aduerb. 195
Luciani opinio de gallorum antelucanis cantibus 471
Lucretij opinio de terra 285
Lucto 10. 156
Lumen vitae adire, lumina linquere 107
Lumine ſecundo 322
Luminis orae 87
Luna ciuitas, & portus 40
Lunae currum quinam trahant varia opinio 410
Lunae bigae tribuũtur, & quales 409
Lupa infantium altrix 55. 56. 58. *cur eo nomine appellata ſit* 56
Lupiae vrbs IX
Lupi piſces vbi optimi gignantur, & quomodo Graecè appellentur 258
Lupus f. gen. 9. 55
Luſtrum quid, & vnde dicatur 353
Lux candida 67. *centeſima* 322
Lyaeus, & eius etymon 406
Lychnus XV. 156
Lycurgus legislator cui leges acceptas retulerit 89. *eius inſtitutione ſancitum eſſe, vt mulieres, ac virgines virilibus officijs exercerentur* 462
Lycus 446. 447
Lydius modus 407
Lyris fluuius 491
Lyſander ad tibiae ſonitum Athenarum muros deijcit, claſſemque exurit 102
Λύτρον *quid ſignificet* 353

M.

M *In fine dictionis ſequẽte vocali non eliditur* 161
Macellum vnde dicatur 500
Machaera XV
Macrobius emendatur 124. 403. *notatur, & emendatur* 297. *eius locus reſtituitur* 190
Mactaſſint 417
Maenae piſces vbi gignantur optimae 258

Maeo-

Maeoniae mulieres quid inuenerint 168
Maeotis palus 261
Magalia 1
Magis, atq. magis 171
Mahumetus à quo ſe leges didiciſſe aſſeruerit 89
Malaca XV
Malaciſſo, & malacus 293
Μᾶλλον μᾶλλον 171
Malua vnde ſit dicta 293
Mamers XV
Mamurius 90
Manilius emendatur 265
è Manu 354
Mappa 66
Mare aëris 439
Mare cur diuerſos videatur colores aſſumere 178
Mare magnum 194. 195
Marmor flauum 177. 178
Marſi populi, & vnde nomen trahant 240. *impunè ſerpentes contrectarunt* 349. 350. *eorũ ſacerdotes Heliogabali iuſſu quid fecerint, Augurali diſciplina praediti ibid.*
Marſus Vlyſſis, & Circes filius 240
Marſyas tibicen ibid.
Marti quaenã victima mactabatur 76
Martius menſis vnde dicatur 92
Matrimonij finis 399
Mauors, & vnde dictus ſit 95
Me pro, mihi 104
Medea qua arte Creontem, eiusq. filiã ſit vlta, liberos trucidat 311. *Athenas ſe recipit, coniugioq. deuincit, an filios ſuos trucidarit* 312. *miſeriam ſuam amplificat* 325. *eius cõciſa oratio quid praeſeferat* 324. *furioſi amoris deſcriptio* 317 318. *verba ad filios* 326
Mediaſtuticus, & Medix 147. 148
Medulla Suadae 159
Melanurus piſcis, & vnde dicatur 256
Meleus Tyrrhenorum imperator 102
Melicerta Inûs, & Athamantis filius 92 405. 406
Meliſſa in apem conuerſa 488
Memorderit pro, momorderit 301
Menalippe, ſiue Melanippe 426. 427. 428.
Menas Aegyptiorum rex 89
Meneruа olim dicebatur 265. 502
Mens ſempiterna 279
Menſas quis primùm conſtituerit 89
Menſes in deorum tutela 264 265
Mentis 279
Mercurius cur caduceum geſtans fingatur 144. *vbi locorum humana victima placabatur* 77 *Mirtinus cur appellatus fuerit* 265
Merenda 294
Meretriciam artem quae primùm inſtituerit 496
Merope Cypſeli filia 398
Merula piſcis, & Turdus quomodo Graecè appellentur, & an ſexu, & ſpecie differant 256
Meſius XV
Meſſapia, & vnde nomen ſortita ſit IX. X
Meſſapus Neptuni filius IX
Μεσηγυδορποχέστης *quid* 253
Meta quid ſignificet, & quomodo Graecè dicatur 66
Μετάληψις 11. 167. 379
Μεταφορά 10, 11
Metapontus Icariae rex 426 427
Μετεμψύχωσις 42. 43
Metieo XV. 101
Metius 101. 102
Μετωνυμία 11. 12

Metus

Metus ex quibus progenitus ſit 202
Metus foem. gen. 469
Mi pro, mihi vnde originem habeat 263
Midae quomodo Phrygiae regnũ praemonſtratum fuerit 490
Minerua Area 390
Mineruae quáenam victima immolabatur 76
Μιμωδύς quae ſit 467
Minos legiſlator cui leges acceptas retulerit 89. *eius Labyrinthus vbi fuerit* 495
Mircinus quis fuerit appellatus 265
Mis pro, mei 1. *pro meis* 104
Miſeria ex quibus progenita ſit 202
Mixtum dicendi genus 2. 3.
Moene 468
Moenera, & Moenire 111. *moenita* 104
Moeri, & vnde dicantur 111
Moneta coriacea, & teſtacea 91
Monetam ex aere, & ferro quis primùm excudendam curarit ibid.
Moro verbum 10. 469
Mors ex quibus progenita ſit 202. *quid ſit* 30. *caerulea* 435
Mortui ad ſepulturam cur cantu eſſerebantur 404
Mu facere 127. 504
Mugiles vbi optimi 254. 258
Mugio verbum 294
Mulgeo verbum 134
Mulli vbi optimi 258
Multa, poena pecuniaria XV.
Mundus caeli 267
Mundi principia 276. 279. *de eo opiniones* 29. *eum animal eſſe* 71
Muraenae vbi optimae 254 258
Mures marini 251
Murex piſcis, à purpura an differat 257
Muriculi, ſiue muſculi 257
Muſae chorearum praeſides 38. *cur manus inter ſeſe mutuò prenſent, & Olympum incolant ibid. Heliconiades, Libethrides, Olympiades, Pimpleides, Theſpiades cognominatae* 39. *earum pater quis* 38. *numerus* 37. 38
Muſices genera 37
Mυſſo verbum 130. 196. 227. 236
Muſtela marina 251
Mutire quid ſit 416
Mycone inſula 345
Mylaſios duo Iouis templa habere 493
Mylli piſces vbi optimi 258

N

N, *Subinde inculcatum* 4. *extremum ex nominibus ſaepe veteres auferebãt* 290
Naeuij locus reſtituitur 417
Naiades nymphae, & vnde dicantur 279
Nar fluuius, eiuſq. etymon 130
Nare pro, volare 44
Natantes fluctus 239
Nauci 349. 473
Nauigandi artem, claſsiſque inſtitutionem quis inuenerit 492
Nauis quae primùm ſit constructa, à Minerua aedificata, & inter ſydera collocata 315. 316
Nauus 129
Neapolis vrbs VIII. XV.
Necromantes qui ſint 379
Νέκταρος ἄνθος 443
Necyomantia quae ſit 381
Νεκυομαντεῖον apud quos fuerit 377
Neda Iouis nutrix, et fluuij nomẽ 488
Negotium vnde dictum ſit 337

Nemea regio, & vnde nomen habeat 444.
Nemeaeorum ludorum origo, & vnde appellentur 443. 444 eoſdem quis in melius correxit, Iouique conſecrarit ibid.
Nemeſis 92
Neoptolemus vbi trucidatus fuerit 466
Neoptolemi poena quid ſignificet ibid
Neoptolemi hiſtrionis reſponſum 265
Nephele Athamantis vxor 405
Nepos pro, neptis 53
Neptunus Opis filius, ac pro eo equus patri deuorandus traditur 489
Neptuno maris datur imperium, & cur deus à poſteris haberetur 492 nigros tauros deberi 178
Neriene 94
Nerius ibid.
Nero vnde nomen habeat 94. vbi cantus auſpicetur 493
Neſtis quid, & vnde appelletur 276. 279.
Nictare, oculorum eſſe 174
Nigrorem, & frigus eiuſdem eſſe ſubſtantiae ſecundum Empedoclem 379
Nigrum colorem aliquando cum purpureo confundi 178
Nilum Melonem vocari 505
Ningulus 105
Niobes filij 437
Nitido verbum 401
Noctiuagus currus 410
Noctu concubia 135
Nomen pro aduerbio 212. 213
Nomina quaedam ſunt quibus dij, alia quibus homines vtuntur, ex Homero 354
in Nominum compoſitione veteres Graecorum libertatem imitabantur 62
Nonius emendatur 56. 70. 88. 111. 129. 141. 142. 167. 181. 298. 323. 329. 341. 348. 372. 373. 385. 393. 411. 417. 439. 451. notatur 93. 176. notatur, & emend. 354. eius locus reſtituitur 157. 166
Nouenſiles dij 85
Nox pro nocte 195
Nox ex quo ſit nata 202. quid ſit 29
Noctis partes 29. quomodo olim notabantur 335. excubias quis primùm obſeruarit ibid. mediae deſcriptio 191
Nocti alas tribui ibid. bigas, & quadrigas 409
Numa quicum nocturnos congreſſus habuerit, & quid ab ea didicerit 88 vnde dicatur 89. quid inſtituerit 90 91. annum in meliorem ordinem redegit 89 primus ex aere, ferroq; monetam excudendam curauit 91
Numerorum ratio in augurijs 68
Numidae, & vnde dicantur 125. 126.
Numus vnde nomen habeat 91
Nuncupo verbum 391
Nutare capitis eſſe 474
Nycteus 446. 447

O.

O, Subinde inculcatũ 4. 378. pro, u, 65. 67
Ob pro, ad 10. 181. 347
Obcenſi pro, accenſi 181
Obire pro adire ibid.
Obligurrio, & ligurrio verbum 299
Obſtrigilator 296
Obſtrigillo, obſtrigilo, ſiue obſtringillo ibid.

Obuaro

Obuaro verbum quid ſignificet, & vnde deriuetur 341
Occaſio fortunae comes 26. 27
Occaſus pro, occaſio 98
Oceanum Soli dapes miniſtrare, quomodo phyſicè intelligatur 327
Oculata piſcis 256
Oculos dolori viam patefacere 365
Oculus, gemma vitis, & gemmo verbum 221
Oeti pro, vti 111
Olli pro, illi 58. 59
Olympus mons 38. 39. 492. *vnde dicatur* 39. *pro ipſo Ioue* 492. *deorum omniũ maximus ſecundũ Cleanthem ibid. Muſarum quare ſedes* 38
Olympus rex, tibicen 39
Ὁμοιόπτωτον 8
Ὁμοιοτέλευτον *ibid.*
Onomarchus 432
Ὀνοματοποιΐα 13. 102. 103
Ὀφικίζω *quid ſignificet* *XV.*
Ophthalmia quid 256
Opici qui ſint, vnde dicantur, eorum idioma, regio ſerpentibus abundat *XV*
Opinati, & opinatiſſimi qui ſint 382
Opino 175. 389
Opſcus 237
Orae belli 123
Orantium ritus antiquus 453. 454
Orare precibus, & adorare 95
Oratores qui ſint 95. 502
Orbis piſcis 257
Orcum, & Orcus 76. *vnde appelletur* 489
Orci galea 278. *ianitor* 380. *oſtium vbi ſit ibid.*
Oreſtam vrbem quis condiderit, eiúſque conſuetudo, & inſtitutum 388
Oreſtes 387. 388. 389. 390. 391
Orpheus palingeneſiam aſſerit 43. *quid de terra ſenſerit* 284
Oſci populi, vnde dicantur, & quare Opici XV. dictionum breuitate gaudebant 137
Oſcines 69
Oſcum ludicrum *XV*
Oſiris 89. 283
Oſogo Iupiter 493
Oſſium magnitudo mira 195. 196
Oſtiam quis condiderit 104
Oſtium minuſculum 504
Oſtreae vbi optimae 251. 252
Ouidius quid de Ennio ſenſerit, eius ingenium, poëſis 2
Ὀυρανός *quid ſignificet, eiúſq. etymologia* 492. 500
Ὀξύμωρον 164. 383

P

PACVVIVS *Ennij nepos, & bonorum haeres* *XIIII*
Paeneis Ceptionis filia 346
Pagaſa quid, & vnde appelletur 315
Παιάν *Apollo* 436
Palaemon 406
Palaepolis *VIII*
Palamedes noctis excubias primus obſeruauit 335
Palatum caeli 500
Παλιλογία 9. 60
Pallor vnde exoriatur 461
Paluda pro, paludata 201
Pandoſia vrbs 377
Pannibus pro, pannis 301
Pantaleo notatur 223
Παραβολή 15
Παράδειγμα *ibid.*
Παραγωγή 5

Parcae ex quibus ſint progenitae 202
Parvo verbum 236. 237
Παρένθεσις 14
Parilia, ſiue Palilia 64. 65
Parire pro, parere 289
Paris Hecubae filius, cur interficiendus detur, à paſtoribus nutritur, & unde nomen habeat 358
Παρόμοιον 8. 230. 300
Παρονομασία 7. 300
Partio 10. partiuit 348
Paruiſſimus 200
Parumper 92
Paſicompſa quid ſignificet 371
Paſiphaë Solis filia 471
Paſſeres piſces vbi optimi 258
Πάθη 19. 20. 21. 22. 23
Patulcius quis 218
Paullus Manutius notatur 310. 311
Paupertatis vires 351. 358
Pauſa VX. 237. 262
Pauus 44
Pectines piſces vbi optimi, & pectunculi 253
Pedule 169
Pedum quid 335
Peleus Aeaci filius 346. eius fabula 347
Pelius mons 314
Pendere filo 109
Periculamentum 168. 169
Penthemimeris 5
Pentheus vnde dicatur 370
Pepoſci pro, popoſci 301
Pepugi pro, pupugi ibid.
Perbiteret 384
Perdices ſuperuolantium afflatu concipere 471
Perduelles, perduellum, duellum 467
Peregrinae mulieres quae ſint 321
Periboea Alcathoi filia 347
Peripatetici virtutem in mediocritate conſtituunt 28
Περίφρασις 14
Peritus belli 188
Perorare quid ſit 95
Perſarum opiparae epulae 255
Perſeus Andromedam à periculo liberat 408. 409
Perſii locus explicatur 45
Pertinacia ex quibus ſit progenita 202
Peruolgat 439 Peſſum 494
Peſtis quid ſignificet 434. 435
Petere terram 133
Petora XV.
Petrachus mons 488
Peucetia IX
Peucetius Oenotri frater ibid.
φ, & θ, quis inuenerit 273
Phageſia 245
Phalaecus 432
Phalanx 1
Phaullus 432
Phemonoë Apollinis filia 233
Pherata Aeoli filia 467
Pherecidis de terra opinio 284
Philippus Beroaldus notatur 260
Philonis de terra opinio 285
Φλὸξ οἴνου 442
Phocus Aeaci filius 346. eius fabula 347
Phoenicum immanis conſuetudo, & etymon 75. 424
Phoenix Agenoris filius ibid.
Phoenix Amyntoris filius ibid.
Phormus Comicus 273
Φῶς quid ſignificet 73
Phruxonides nymphae 488
Phryges olim Barbaros appellatos eſſe, ex Euſtathio 366
Phryxus Athamantis filius 405

Pilatus, & Pilatim 296
Pinſibant 469
Pipit XV
Piſæus mons 84
Piſcium exquiſitorum genera 258
Piſiſtratus Orchomeniorum rex 84
Πιταχισμός 4
Pithecuſa inſula, & vnde dicatur 232
Plautus notatur 370. 371
Plebes pro, plebs 315. 336
Πλεοvασμός 9
Plinius emendatur 257
Plueo, & pluui 105
Plus pro, palus 261
Pluto 276. 278. 479. vnde dicatur, & eius varia nomina 489
Poëtam ſine furore fruſtra ἐπὶ μουσῶν ποιητικὰς θύρας accedere, ex Platone 48
Polcer 52
Polire agrum 149
Poluis, & poluer 439
Polydorus Priami filius 445. 446. cur Ilionam matrem appellet 445. à quo interfectus ſit, variæ opiniones 376
Polymneſtor Thraciæ rex 445. cur Polydorum interfecerit 376
Polynicis etymon 370
Polyphontes, ſiue Deiphontes rex 398
Πολυπτωτον 8
Polypus vnde dicatur, & vbi optimus 257
Πολυσυνδετον 8
Pomœrium vnde ſic dicatur 111
Pompeij Magni corpus vbi ſit conditum 493
Poplicitus 110
Populo verbum 453
Populus quid ſignificet 51
Populus Herculi ſacra 90
Porcet 448
Porgite 5. 503
Porphyrij de gallorũ antelucanis cantibus opinio 471
Porphyrio emendatur 501. notatur 299
Portiſculus 133. 143
Portus quid 200
Poſidonij de Sole opinio 280
Poſitiuus gradus pro ſuperlatiuo 124
Poſtes quando Romani arborum ramis ornabant 270
Poſt illa 212
Poteſtur 189
Potiſſum 188. 189
Praecingo, &
Praecinctus 191
Praecipe pro, praecipite 184
Praecox 145
Praegnas pro, praegnans 290
Praelio verbum 10. 341
Praepes 68 69. 200
Praeter propter vitam 338. 339
Praxithea Cephiſi filia 392
Priamus vbi fuerit interfectus variae opiniones 367. 368. ſupplex Hectoris cadauer redimit 353
Priamo Alexander ad Hercei Iouis aram parentat 367
in Principe an philoſophia requiratur 466
Priſci qui ſint 55
Proca Albanorum rex 79
Proceleuſmaticus 225
Proceriores videntur in deorum numerum relati 84 85.
Procli de gallorum antelucanis cantibus opinio 471. & leonum cum Sole conuenientia 472
Prodere pro, perdere 188
Prognariter 125

Pro-

Proletarius 110
Promethei fabula 280
Propagen 451
Propino 296. 297
Proſapia 503
Proſerpina vnde ſit dicta 290. eius, & Cereris templa vbi locorum conſtructa 330
Προσονομασία 7
Προσωπογραφία 17
Προσωποποιΐα 16
Πρόσθεσις 5
Proteruiter 505
Proteſilai etymon 371. 372
Προτρεπτή 18

PROVERBIA.

Ab ouo ordiri 347
Achillis haſta, Achilleo more, Achilleum vulnus 415
Ἄϊδος κυνή 278
Ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον 159
Amicus certus in re incerta cernitur 459. 460. 461
Aut manenti vincendum, aut moriendum 117
Bis dat, qui citò dat 295
Βοῦς Κύπριος 293
Κρόμμυα ἐσθίειν 298
Delio natatore indigere 355
Dies vnus multa cõficit 153. 154. 155
Διπλοῦς ἄνδρας 502
Δραπέτης κλῆρος 401
Ἐκ τοῦ ὁρᾷν τὸ ἐρᾷν 463
Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα 311
Ἐν χειρῶν νόμῳ 144
Equus Sophocleus 215
Fors domina campi 119
Fortes fortuna adiuuat 135
Γλώττῃ πολεμίζειν 225
Hâc vrget lupus, hâc canis angit 323
Haſtis argenteis pugnare 118
Herbam dare 224
Ἵππου γῆρας 216
Lucrum malum aequale diſpendio 235
Μέλιτος μυελός 159
Nihil ad rhombum 381
Nodum in ſcirpo quaeris 227
Optimum non naſci 404
Πράγματ᾽ ἐξ ἀπραξίας 337
Πυρὸς ἀποπνέειν 335
Quem metuũt, oderunt 459. 460. 461
Sinapi victitare 268
Surdo verba facere 218. 319
Sus Mineruam 496
Thyeſtae preces, Οἰδίποδος ἀρά 422
Vel hoſti miſerandus 121
Ver hiemem ſequitur 187
Vt herbas nocentes vellere 302
Vultur es, cadauer exſpecta 232
Pſammathe Nerei filia 346
Pſittae piſces vbi optimae 258
Pſyllorum vis occulta 349
Pueros ineunte aetate frigoribus perferendis eſſe aſſuefaciendos ſecundũ Ariſtotelem 199. 200
Pulſare pedibus 38
Puriter 70
Purpura piſcis 257
Purpura à quo fuerit inuenta 168
Purpureum colorem aliquando cum nigro confundi 178
Purus putus 358
Puta, & ita 505
Puteal 215
Puteoli vrbs XV
Pylos vrbs 256
Pyrae olim cupreſſo circumdabantur 140. 141
Pyrrhus Epirotarum rex 114. 115. 117. 118. 119. vnde dicatur 114

Pyrrhus vbi Priamum interfecerit variae opiniones 367. 368
Pythagoras vbi, & qua arte palingeneſiam docuerit 43
Pythagorici cur Homerum in pauonem tranſmigraſſe crediderint 45

Q.

Q, Subinde inculcatum 4
Quadrigae irarum 469
Quaeſere 104
Quatere terram 125. 126
Quatuor naturâ primam corripit 68
Querela ex quibus ſit progenita 202
Ques 1. 229
Quianam 140
Quintianus Stoa notatur 223
Quirinus quis ſit, & vnde nomen trahat 92. 93
Quis f. gen. 9. 136. 331

R.

R, Quomodo horrorem, ſtrepitumq́. imitetur 219
Ramnenſium centuria 78. 79
Ranarum vox ficta 103
Rarenter 70
Ratis quid ſit propriè 133
Re ſumma 354
Rectum quid ſit 115
Rediculus, eius etymologia, & fanum 173
in Regibus an philoſophia exquiratur 466
Regredio 10. 341
Remorbeſco 500
Remuria 62
Remus 63. 64. eius interitus 69
Repoſtus pro, repoſitus 5. 503
Reſapſa 188
Reſono is 166
Reſtat pro, diſtat 143
Rhea quid ſit 278. Saturni vxor 486. 487. 488. vbi educata fuerit 495
Rhombi piſces vbi optimi 258
Riphaei, & Ripaei montes 229
Robur 176
Roma vnde dicta ſit, à quo condita, & quo tempore 62. 63. 64. eius forma quadrata 87. 88
Romani olim nullam literam geminabant, & quis hanc conſuetudinem aboleuerit 1. Fidem vt deam coluêre 464. in creandis magiſtratibus vtebantur augurio 71. inter pugnandum clamabant 148
Romanorum frugalitas 138. conſuetudo ſiue in publica, ſiue in priuata laetitia 270
Romphaea XV. 182
Romulus vnde ſit oriundus 85. quadrata figura vrbem condit 87. augurium ſeruat 67. 68. fratrem percutit 69. foedus componit 78. Caeninenſium exercitum fundit 81. primum menſem à patre, ſecundum à matre nominauit 92. Herculi ſacra inſtituit 72. eius apotheoſis 83. 84. 86
Rubiginem remedium eſſe 414
Rudiae Ennij patria VIII. IX
Ruma quid 57
Ruminalis dea ibid.
Ruminalis ficus, & à quibus colebatur ibid.
Runa quid 237
Rureſco 140

S.

M, In T mutatum XVI. quando apud veteres elidebatur 47
S, non literam, ſed ſibilum arbitratus eſt Meſſala 179
S, ſubinde repetitum quid denotet 378
Sacrorum genus impium 74 75. 76.
Saeuire quid ſit 269
Saeuus quid ſignificet 317. 500
Sagire quid ſit 163. 164
Sal, & vnde deriuetur 179
Salentini populi 1X
Salij, & vnde appellentur 90
Salmacidos fontis natura ſecũdum varios ſcriptores 461. 462
Salmacis nympha ibid.
Salus, & ſalum 384
Sam pro, ipſam 1
Samij cur viticem colebant 57
Sanguen 87. 385
Sanguis an dulcis ſit 381. quando ater appelletur 422. prudentiae inſtrumentum 217
Sanqualis auis 233
Sappho amoris oeſtro percita vnde ſeſe praecipitem dederit 161
Sarra vnde Tyros appellata ſit 150
Sas & ſos 77
Saturnia Italiae vrbs 46
Saturnia terra 76. 77
Saturnium carmen 46 47
Saturnus Caeli filius 76. cur Caeli, ſiue Vrani filius fingatur 486. patri virilia amputat, eumq. ab regno eijcit ibid. Rheam ſibi in matrimoniũ copulat 487. vbi primùm regnârit 495. quot liberos habuerit 486. & Titan iureiurando violato de regno contendunt ibid. 487. cum coniuge in carcerem detruſus 489. cur filios necauerit variae opiniones, in fugam conijcitur, cum Iapeto in tartarum detruditur 491. cur filios deuoraſſe creditus 74. 488. ab Ioue ex regno eiectus, quid ſibi velit 491. vbi locorum humana placabatur victima 72. 74
Saturni nomen Syriacum eſſe 492. liberi Titanas inuadunt 491
Saturno ſorte tertiam terrae partem obtigiße 486. 487. regnum cur tributum ſit ibid. lapis dei orãdus cur traditur 488
Satyrae etymon 295
Saucia amore 317. 318
Scaliger notatur 107. 139. 164. 253. 269. 270. 364 391. 428 474. notatur, & emendatur 265
Scamander fluuius, & quo nomine à dijs appelletur 354
Scamandrius quis fuerit 369
Scarus vbi optimus, & vnde eius praeſtantia oriatur 256
Scarũ quis primùm aduexerit, interq. Hoſtiam, & Campaniae litus tanquam in terra fruges diſſeminarit ibid.
M. Scaurus inter reliqua miracula quid in aedilitate ſua oſtenderit 410
Sceleſtim 425
Schemata 5
Σχέσις τῶν ὀνομάτων 7
Sciaena piſcis, eiuſq. variae appellationes 256
Scibam 348
Sciomantia 381
Scipio aegreferebat, quòd Magnus ipſe appellaretur: Fabius verò Maximus 170. eius verba ad Fabiũ ibid.
Scirpus 227
Sciſciderit 5

Sciſco 79
Scopulus quid, & vnde deriuetur 48
Senati, & ſenatuis 382
Seneca notatur 277. eius locus reſtituitur 260
Senectus ex quibus ſit progenita 202
Sepulchrum quomodo Graecè appelletur 402. an ſit corporis portus 422
Sepultura quanto in honore olim fuerit 402
Sepulturae genus terna pulueris iniectio ibid.
Sero pro, diſpono 79
Serpens Opicorum regis inſigne XV
Serpentibus quae regio ſcateat ibid.
Seruitutem vitij, libertatem verò virtutis eſſe 424. 425
Seruius emendatur 504. notatur 293. eius locus reſtituitur 164. 191
Seruius Tullus 108. 109
Seſtos vrbs 252
Sex. Aelius 218
Si pro, ſiue 181
Sibina 228
Sicilices ibid.
Siet pro, ſit 353
Σιγματισμός 4
Signa caeleſtia in deorũ eſſe tutela 265
Signum mittendi muneris olim cuium fuerit 65. 66
Simia homini ſimillima 231. 232
Sinapi vnde dicatur 297
Siniſtra auguria cur ſint auſpicatiora 71
Snex pro, ſenex 261
Socerum parentis locum obtinere 365
Sol quid 280. albus 67. aureus 68. Dei clypeus 213. πυρόεις, πυρίδρομος, περιςεφὴς *280 cur Titan dictus ſit, Luna verò Titanis* 467
Solis natura ignea 190. magnitudo 213 forma rotunda 29. iter 269. equi quatuor, & eorum etymologia 355 equorum deſcriptio 354. 355. varia epitheta 327. & Iouis vnũ numen 326. 327. dapes quae ſint ibid. & Lunae, ſtellarumq. motus quis primùm obſeruarit 466. 467
Soli quadrigae tribuuntur 409
Solem eſſe ignem 331. rotae ſimilem 213. & Iouem qui in accepta iniuria inuocarint 331
Soliſtimum 188
Solium vnde dicatur 110
Solla, & ſola ibid.
Solon legiſlator cui leges acceptas retulerit 89. eius de parricidis reſponſum 384. dictum de morte 259
Solum terrae 224
Somnia ex quibus ſint progenita 202
Somniorum interpretes quomodo Graecè dicantur 351
Sonit 10
Sonunt 176
Sophia XV
Sortio 9
Sos pro, ſuos 1
Sotadici verſus 292. vnde dicãtur 291
Spartanae puellae virilibus officiis exercebantur ex Lycurgi inſtitutione 462. 463
Spartanorum diſciplina 117
Spartanis à militibus funus in clypeo efferendi mos inſtitutus 372
Specus olim trium generum fuiſſe 186
Speres pro, ſpes 1. 105. 188
Spernere quid ſignificet 353
Speuſippi de ſole opinio 280
Spirae 239
Spondeorum tarditas 59
Σποράδες *inſulae à Cycladibus an di-*

ſtinguantur 111
Spuma vnde fiat 101
Squalor quid ſit 417
Stant puluere campi 237
Stat hæc, & ſtat contra 137
Stata forma 428. 429
Statuae heroum 85
Statuas, & columnas quibus Romani erigebant 271
Status pacati aëris 429
Stella ſeptem ad Arcticum polum 334
Stirps maſc. gen. 114
Stoici virtutem in ſumma tranquillitate conſtituunt 27. eorum opinio de ſeminibus in ſingulas res influentibus 287. 288. de nominibus 489. de vento 288
Strepitu 353
Suada 159
Suadae medulla 158. 159
Suauiloquens 158
Subiices quid ſignificent 341
Sublimen quid 420
Subulo 294
Sudorem ſalſum eſſe 381
Suetonij locus explicatur 436
Sultis 234
Sum, & im pro, eum 96
Summus 372
Supero 48
Suppernati 224
Surus 226
Sus piſcis vbi optimus 254
Sybina 228
Syderibus ſinguli tribuuntur equi 409 410
Συγκοπή 5
Syllabas breues quaſi pronuntiando veteres obſorbebant 261
Συναλοιφή 6
Συνεκδοχή 12. 13
Συντομία 17
Σύριγγες quid ſignificent 344
Συστολή 6

T.

T, Saepe inculcatum tremorem exprimit 218
Tabularum Decemuir. locus obſeruatur 95
Tabularum XII. locus explicatur 148
Taenia 357
Talionis poena, Neoptolemi poena dicitur 466
Talla quid 298
Talthybius Aſtyanactis corpus Hecubae affert 372
Tam pro, tamen 468
Tametſi 241
Tanaquil vxor Tarquinij 106. 107
Ταπείνωσις 9
Tapete, tapetum, tapes, & vnde deriuetur 503
Taratantara, vox tubae efficta 102
Tarentum vrbs 1X.
Tarentini Ennium ſibi ciuem vendicant ibid.
Tarpeia Veſtalis virgo 78
Tarquinius Priſcus auguriū accipit 106 regnum occupat 107. annum in meliorem ordinem redigit ſecundum varios ſcriptores 90. per dolum regno exuitur, & interficitur 108
Tarquinius Superbus regnum inuadit 110
Tartarinus 201
Tartarus, & vnde dicatur ibid.
Tatienſium centuria 78. 79
Tatius Sabinorum rex 78
Ταυτακισμός 4

Telamo

Telamo, & Agamemno olim dicebatur 347
Telamon Aeaci ſilius 346. 347
Τέλειος Iupiter 491
Τελειοστιχίδες 304
Telephi fabula 413. 414. 415. 416
Teleſimachus Piſiſtrati ſilius 84
Temeno Dorienſes Argos aſſignarunt 400
Templa caerula 82. 83
Templum linguae 500. 501
Templum quid ſignificet & cur ſeptum dicatur 365
Tempus rerum omnium parens 488
Tenebrae ex quibus ſint progenitae 202
Tenue dicendi genus 2
Termo 143
Terra rerum omnium principium 284 cur mater appelletur 277. cur pila 223 eius epitheta 285
Terta pro terſa 500
Τεττιγοφόροι qui fuerint 330
Tetu i XVI retuliſti 53. 54
Teuthras Myſiae rex 413. 414
Texere naues 236
Textrinum ibid.
Θ, & Φ, quis inuenerit 273
Thales aſtrologiae peritiſſimus, & in eum anus cuiuſdam verba 351
Theano Metaponti vxor 426. 427
Themiſto Athamantis vxor 405
Theodorus Gaza notatur 253
Theras Auteſionis filius 400
Therſites in ſimiam mutatus 232
Theſaurochryſonicochryſides 371
Theſproti populi 377
Thetis Achillis mater, olim Thelis dicta 342
Thraces infantem in lucem editum lugent 403. 404
Θρεττανελό, vox citharae efficta 105
Thyeſtis fabula 419. 420. nominis deriuatio 370
Thynni vbi optimi 258
Tiberinus pater 93. 94
Timor vnde exoriatur 27
Titan Sol appellatus, Luna vero Titanis 199. 466. 467
Titan, & Saturnus iureiurando violato de regno contendunt 486. 487. eorum contentionem quaenam compoſuere ibid.
Titanum crudelitas 487. domus vbi fuerit 495
Titus Caecilius Teucer 124
Τμῆσις 14. 242
Tongeo XVI.
Tonorum diſcrimen 407
Tonſa quid ſit, & vnde dicatur 293
Tonſilla 223
Topper 503
Torrus pro, torris 505
Toruiter 70
Toſtus 364
Trabes pro, trabs 315
Tracto verbum 101
Tranſlatio 10. 14
Trauſi populi, & eorum mos 404
Tribalis laudi, et gloriae parentum immolatio fuit 76
Trifax 469
Triformis quare Luna dicta ſit, &
Τριοδῖτις, τῶν τριόδων ἐπόπτις 467
Τριόρχης quid, & vnde dicatur 233
Triſtis 297
Trithemimeris 5
Triuia quare Luna dicta ſit 467
in Triuijs à quibus Lunae olim ſingulis nouilunijs pro ſacrificio coena parabatur, & huius rei ratio ibid.
Τρόπος 5. 10

Tros vnde oriundus ſit, eiuſq. poſteritas 52
Tuba quinam vtebantur 148. *eius inuentor* 102
Tubae, ac tibiae in funeribus adhibebantur 229
Tudites, &
Tudito 105
Tullij quid ſignificent 344
Tullus Hoſtilius Albam euertit 102
Tumulti pro, tumultus 353
Turdus piſcis, & Merula an ſexu, & ſpecie diff rant, & quomodo Graecè appellentur 256
Turnebus notatur 381 434 469
Tutanus quis, & vnde dicatur 173
Tutulati &
Tutulus quid 91
Tyrij bilingues 501. 502
Tyros inſula vnde Sarra nuncupata ſit 150

V.

V, Literae crebra repetitio quid denotet 156. 378
V pro, b 110. *pro, y* 113
Vagio 148
Vago verbum 354
Vagor nomen 189
Vapor per omnes corporis artus diffuſus quid efficiat 100
Q. Vargunteus Ennij Annales in libros digeſſit 32
M. Varro aetatem patriae, ac temporū deſcriptiones aperuit 214. *emendatur* 47. 343. 362. 372. *notatur* 228 334 *eius locus reſtituitur* 130 143. 286
Varronis Atacini locus explicatur 435
Veia XV
Veliuolum mare, & veliuolae naues 180
Velleris aurei variae appellationes 316
Venalium ſeruorum ſignum 320. 321
Veneror, & vnde deriuetur 93
Ventus quid 107. 288
Venus cur à Romanis magno honore culta ſit 92. *prima conſtituit aſtra, & Mercurio demonſtrat* 496. *prima meretriciam artē inſtituit ibid. Iouem orat* 81. *eius corollae ex roſis* 293
Veratrix mulier 176
Verba peregrina venuſtatem, dignitatemq. afferunt XVI
Vermen pro, vermis 87
Vero verbum 176
Verrius notatur 489
Verro 177
Veſper 505
Veſta 278. 327
Veter, veterior, veterrimus 234
Veteres multa in principalibus ſyllabis mutarunt, ex Priſciano 129
L. Veturius 157
Viâs pro, viae 1. 133
Vicani qui ſint 350
Victoriae alas tribui ſecundum Pindarum 191
Victorini locus reſtituitur 241
Vieo 293
Vinum poëtis equi magni loco eſt, & quinam eo calidi ſcripſerint XIII
Virago 241
Virgilius caſtiſſimus, ac religioſiſſimus Latinitatis auctor, verba, periodos, integroſq. verſus ab Ennio mutuatur, & alienigenis aliquot vocibus ſua carmina cōſpergit 1. *an reſpon-*

reſponderit ſe aurum ex Ennij ſordibus colligere ibid. 2. eius aenigma explicatur 345. opinio de animo 279. locus reſtituitur 87
Viri etymon 424
Virtutem in mediocritate Peripatetici conſtituunt 28. Stoici verò in ſumma tranquillitate 27
Vita vitalis 505
Viticem cur Samij colebant 57
Vitis centurionis erat inſigne XII
Vitis inuentor quis fuerit 407
Vitula dea 468
Vitulor verbũ, & eius deriuatio ibid.
Vlula auis vnde nomen trahat 164
Vlulo quid propriè ſignificet, & vnde deriuetur ibid.
Vlyſſes cum Aiace contendit, & cauſam obtinet 342. eius poſt naufragia arma, de quibus certamen fuerat, quò tempeſtate delata ſint 343
Vmbra caerulea 435
Vmbra marina piſcis 256
Vngulus quid XV
Vnitatem hyperionida cur Pythagoras vocabat 199
Vocalium frequens concurſus qualem reddat orationem 318
Volup 137
Vranus 486
Vulpes marinae vbi optimae 258
Vultur, vulturis, et vulturus auis 232 233. eius aſpectus feliciſſimus 68
Vulturij qui ſint 232

X.

XANTIPPVS Carthaginienſium dux 134
Xenophanis de terra opinio 284. de Sole 280
Xerſes 219. 220. 221

Υ.

Υ, Et v, commercia mutua 54
Ὑπερβατόν 9
Ὑποτύπωσις 16
Ὕστερολογία 14
Ὕστερον πρότερον ibid.

Z.

ZAMOLXIS, & Zautraſtes legiſlatores cui leges acceptas retulerint 89
Zenonis opinio de animo 279
Zethus 446. 447
Ζῶμα 7
Zopyrus ſculptor 390
Zoroaſtres animam alatam eſſe voluit 44

FINIS.

Exſtant in calce libri ſecundi Auctoris in primum, atq. alterum emendationes: errata verò, quae in tertio, & quarto nobis inuitis irrepſerunt, operarum feſtinationi condonabit aequus Lector, germanoq. ſenſui reſtituet.

REGESTVM.

† †† ††† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP † QQ RR SS TT VV XX YY ZZ.

AAA BBB CCC DDD EEE FFF GGG HHH III KKK LLL MMM NNN OOO PPP QQQ RRR SSS TTT VVV XXX YYY ZZZ.

Omnia ſunt folia praeter D ſeſquifolium, & O O O ſemifolium.

Imprimatur.

Flaminius Torcella Vic. Gen. Neap.

M. Philocalus Pharaldus Carmelita vidit.
Idem f. 112.

NEAPOLI,

Apud Horatium Saluianum.

M. D. X C.

1006495

Digitized by Google

REGESTUM.

[illegible]

Imprimatur.

Flaminius Torello Vic. Gen. Neap.

M. Philippus Pharaldus Canonicus vidit.
Idem [illegible]

NEAPOLI.
Apud Horatium Salvianum.
M. D. X

Digitized by Google

Google

Digitized by Google